XXIV. 6-16

I-II-1401

A 1160
1269

OSVALDI CROLLII
Veterani Haſſi

# BASILICA CHYMICA,

CONTINENS
*PHILOSOPHICAM PROPRIA LABO-
rum experientia confirmatam deſcriptionem & v-
ſum remediorum Chymicorum ſelectiſſimo-
rum è Lumine* GRATIÆ *&*
NATVRÆ *deſumptorum.*

In fine libri additus eſt eiuſdem Autoris Tractatus nouus
DE SIGNATVRIS RERVM INTERNIS.



COLEGIO
N.° 414
DE FARMACEUTICOS
DE MADRID.
Miguel Burillo

GENEVÆ

Apud PHILIPPVM ALBERTVM.

M. DC. XXXI.

COLONIÆ,

Ad Illuſtriſs. & Sapientiſs. ANHALTINVM PRINCIPEM,

# CHRISTIANVM COMITEM ASCANIÆ, DYNASTEN SERVESTÆ, AC BERNBVRGI Dominum, & Patronum ſuum clementiſſimum,

## OSVALDI CROLLII Epiſtola Dedicatoria.

INDAGANTI *mihi toto mentis conamine, Illuſtriſsime, omníque laude digniſſime* PRINCEPS CHRISTIANE, FAMILIÆ ANHALTINÆ *ſummum Decus, num noſtris iſtis deploratiſſimis Temporibus, in quibus nil ferè à petulantiſſimâ Inuidæ Linguæ Maledicentiâ tutum eſſe ſolet, hanc meam* BASILICAM CHYMICAM, *varijs ac diuturnis peregrinationibus, laboribus & vigilijs*

¶ 2

*indefeſsis, ſumptibus haud exiguis, longa denique obſeruatione ac meditato ſtudio cõgeſtã ac ante aliquot annos conſcriptam, in Lucem emitterem, ancépſque iudiciorum pelagus ſubirem:* Occurrerunt *in ancipitis iudicij biuio hæſitãti impedimenta varia. Qui enim ratione iuſtâ ſe totos, hâc noſtrâ infeliciſsimâ ætate, ad Veræ Sapientiæ ſtudia conuertunt, & relictis Vanitatibus* Ethnicis*, ſpretíſque Scholaſticarum ſupra arenam fundatarum opinionum, errorúmque labyrinthis, deinceps in abſtruſis Naturæ Myſteriis diligenti inueſtigatione inquirendis, iiſdemq́; labore ſagaci omnia vincente in lucem eruendis ſuã feliciter volunt impendere operã: etſi opus arduum, magnum, & laudabile ſuſceperũt, diuerſa tamẽ multorum hominum, & ſæpè ſine vllo ſuo merito iniquiſsima ſolẽt ſuperborum experiri iudicia. Tanta eſt enim ferrei, & à virtute alieniſsimi huius æui noſtri Malitiæ plenitudo, vt cuilibet integrum ſit ſuam infantiam, nequitiam, & improbæ mentis arrogantiam mundo prodere, aliorum laudatos labores carpẽdo, ita vt ferè nil per tabularũ liuorem intactum maneat.* Dum enim *alter alteri facultatẽ ingenij inuidet, fit, vt quem quis imitari non poſsit,* eundem *odiſſe incipiat;*

Perſcrutamini Scripturam & Naturam, in qua Dei Miracula occultata ſunt.

Donorum diſsimilitudo non rixatur inter bonos.

piat: Ignaui inſuper homines mũdanis irretiti illecebris, aut diuitiarum cupiditate flagrantes, eos contemnere ſolent, quos virtute præſtare, vſumq́ fructum Talenti ſibi concrediti ad DEI Laudem & gloriam cum proximo ſuo egeno communem habere animaduertunt. Poſtpoſitis tamen his remoris omnibus, vicit me tandem non Priuatum ſed PVBLICVM Commodum, non Aſtrale & Ambitioſum ſcripturiendi, ſed Veritatis Chymicæ ab Impoſtorum laruis repurgandæ & manifeſtādæ ſtudium: Animus inprimis benè de omnibus liberalibus ac Philoſophicis Reipubl. Spagyricæ, tàm præſentis quàm poſteri ſæculi Ingeniis merendi cupidiſſimus: Non ignorans Homines (poſt celebrationem ac Honorem Creatoris) Hominum gratiâ procreatos, vt mutuis inter ſe ſtudiis & amicitiæ officiis ſocietatem colant, aliique aliis (ſiquidem Homo Homini Deus) in Timore Altiſſimi ſuccurrere ac prodeſſe, tùm poſſint, tùm Charitatis Chriſtianæ vinculo iure etiam teneantur. Prodeat ergo fœtus ille, Nutu DEI, feliciter ſub auſpiciis ILLVSTRISSIMI RE & NOMINE CHRISTIANI PRINCIPIS: qui ſingulari ſuâ Munificentiâ huius in lucem editionis facilem expeditúmque mihi laborem fecit:

1. Petr. 4. ſect. 10.

*Quo nomine tota etiam Reſpubl. Medica & Spagyrica, omnem inde prouenientem vtilitatem, excerptúmque fructum, meritò poſt Deum Immortalem Celſitudinis ipſius Liberalitati, mecum acceptā feret: Et ſic ad perpetuam Nominis eius Memoriam & Honorem illo fruentur etiam Nationes Exteræ. Alÿ autem Megiſtanes, ſibi indè Exemplum capient, vt ÿſdem facultatum irritamentis & calcaribus multorum ingenuorum fortunæ indignatione deiectorum, humique iacentium animos erigant, & quia Virtutis amātiſſimi Virtuti deditis libenter præſtò ſunt, ſua benignitate, fauore, ac munificentiâ priſtinam Principum Humanitatem imitati, viris dignis egeſtatis onere preſſis, ac commoditati publica conſulere cupientibus, & valentibus, clementer ſuccurrant.*

Principis eſt ſtudium Sapientię promouere, ac Naturæ & Artis ſecreta indagare.

*Cùm autem multis abhinc ſæculis, Inclyte Princeps, cōſuetudine diuturna ſit receptum, vt libri Noui Viris Principibus (quos omnium maximè, myſteria maxima noſſe, & his donari præ aliis decet) conſecrentur, quò illorum patrocinio & fauore ceu Mineruæ ægide muniti, ab iniuriâ Inuidorum Calumniantium (prout eſt immundi huius mundi, vbi ſemper alter in alterius liuet & graſſatur ingeniū,*

corruptæ

*corruptæ conſuetudo) eò magis vindicentur: non dubitaui hos meos labores, & hoc vigiliarum mearum munus Tuarum Virtutum meritis adſcriptum, Illuſtriſſimæ Celſitudini T. offerre, eámque huic Mæcenatem & Patronum deligere, vt ſi improbi quidem Sophiſtæ, craſſâ liuoris & calumniandi inſaniâ illud arrodere velint, ipſum iam Tuū factum diſcretionis perſpicaciâ, ac iudicij candore feliciter protegas atque defendas: Siquidem Antiquiſſimorum Regum, Principum, & Sophorum Exemplo laudatiſſimo, inter paucos hac noſtra Tempeſtate ferè præcipuus exiſtis, cui Deus eiuſmodi habilitatem, dexteritatémque Mentis largitus eſt, vt talia oblata & intelligere, & examine recto expendere ſciat: Et de quo ſibi meritò gaudere & gratulari poteſt, quod cognito Summo* TRIVNO BONO, DIVINO *ſcilicet*, MACRO-ET MICROCOSMICO, DEI *vtpote*, LVMINIS NATVRÆ & SVI IPSIVS, *in reconditiſſimis illis Scientijs, quibus in Sublunari mundo nō ſanctiores, nō præſtantiores aliæ vllæ, Cabalæ videlicet Magiæ, & Woarchadumiæ, (æternæ cœleſtis noſtri Patris* SAPIENTIÆ *ſolius Veræ, pediſſequis caſtiſſimis) ſingulari Diuinæ Prouidentiæ Benignitate, Celſitudo*

*Tua poſſit ſuum Nomen profiteri: & iuxta prudentiſsima Reipub. Gubernacula & ſceptra feliciſſima, etiam Philoſophorum ac Sophorum ſtupenda cumulatè addiſcere myſteria. Quæ Fortunata Beatitudo è ſexcentis Proceribus vix vni: è Reipub. Literariæ anteſignanis ne milleſimo cõtingere ſolet. Quapropter ſera poſteritas, iurè aliquando mirari poterit, quòd Venerandæ Antiquitatis veſtigia, etiam noſtro hoc caliginoſo ſæculo in magni illius Oſtanis, & Oſiridis & TER Maximi HERMETIS nepotibus & genuinis hæredibus deprehenſa & conſpecta fuerint, qui videlicet difficillimos rerum abſtruſarum aditus intueri, ſcrutari, contemplari, diſcernere & dijudicare valuerint. Sed ne multa verba, fortè non ſatis apto loco profundam, intra propoſiti cancellos me recipio. Talem igitur iure optimo Patronum & Principem eligere conueniebat, qui vt modo dictum per ſe poſſet curuum diſcernere recto: qui oculis videret propriis, auribus non audiret alterius, nec ore loqueretur alieno: Et cui non auderent maligni Homines dicere*

Candida de nigris, & de candentibus atra:

*Qui inſuper artium maximarum rerúmque ſecre-*

*ſecretiſſimarum cognitione excelleret & abundaret, ſicuti cum admiratione fatentur etiam literatiſſimi Viri, qui Celſit. eius familiariter norunt: Et cuius ceu Armatæ Palladis admirandas & Heroïcas virtutes, iuxta inuictam animi magnitudinem in Expeditione Gallicana propè Rotomagum patefactam, qui oculata fide diligenter atque accuratius perſpexiſſent præſentes, nunquam ſatis ob dictionis inopiam pro merito laudare poſſent.*

*Quamuis autem longè pretioſiori munere dignus ſis, Tuaq́ue Virtus maiora mereatur, Optime Princeps, tamen hoc exiguum Clientis literarium munuſculum (ſubmiſſæ meæ erga ſe obſeruantiæ & gratitudinis debitæ monumentum) Celſ. Tua ſerena fronte in præſentia accipere non dedignabitur: Et cùm hactenus fortuna non obtulerit melius, illud interea ſingulari ſuâ innatâ Clementiâ, animo donantis æſtimabit. Vale feliciſſimè, Principum omnium noſtri ſæculi Decus ſingulare, & Theſaurum Luminis Gratiæ & Naturæ in agro Cordis repoſitum diligentiſſima & piïſſima indagine, petendo, quærendo ac pulſando eruere perge ad Sacroſanctæ* TRIVNITATIS *Ineffabilis Bonitatem, Sapien-*

Ternarius ſacer per Binarium in Vnitatem omnis conſummatæ Perfectionis autorem reducendus eſt. Ioh.17. ſect. 11.21. 22.23. 1. Cor.6. Pſ. 145. ſect. 21.150. ſect. 6.148.

*tiam & Potentiam agnoſcendam, ſuſpiciendam atque celebrandam, donec Tenebricoſo Quaternarÿ Puncto ſuperfluo amandato, & adepto Purificati Ternarÿ Puncto copulatiuo ad Monadis ſimplicitatem reducto, poſt ſufficientem Supercœleſtium Virtutum, Metaphyſicarúmque Influentiarum ſpeculationem & comprehenſionem, tandem peracta ſtatione fiamus denuò Beata Immutabilíque Quiete* VNVM *in ipſo* VNO, *in quo omnia ſunt* VNVM: *Huic Vni & Soli omnis Laus, Honor, Virtus & Gloria, ab omni ſemper exhibeatur decantetúrque Creatura, Amen. Pragæ Anno M. DC. VIII. è Muſæo.*

PAVLI

# PAVLI MELISSI
## FRANCI, COMITIS
## PAL. ET EQV. AVR.
## Ciuis Romani.

# ODE ALCAICA.

*AD OSVALDVM CROLLIVM*
*Medicum Excellentiſs.*

PLVRES per annos Galliam
& Auſonas
CROLLI perágras, diſcere
feruidus
Artes honeſtas, exteráſque
Inſimul ore rotundiori
Sonare voces, quæque Macháonum
Requirit vſus laude celebrium
Callere, non ex more vulgi,
Aut leuiter ſale ſiue lymphâ,
Fictæve tincti corticis vnguine:
Sed ex profeſſo ſcripta veterrima

Graiûm Latinorúmq; ad vnguem
Noſcere, & egregium quid vltra
Tuopte Marte extrudere. Viuidum
Natura neſcit acrior impetum
Celare, nec præſtantiores
Igniculos cohibet ſepultos
In corde Pallas. Nouimus, in quibus
Verſere flammis, eliciens aquas
Membris ſalutares victis,
Balſameóſque creans odores,
Et quicquid ægris expedit artubus.
Plus vna prodeſt gutta tuæ (ſcio)
Stillationis, quamdè tota
Vitra medentum aliorum & ollæ.
Quin vna ſaltem plus pilula efficit
Puſilla, quàm vel ſeptẽ aliæ aut nouẽ
Maiore compactæ pugillo,
Ventriculo minus vtiles, nec
Tam profuturas. Fallor, an inclitos
Quos aula honorat ſplẽdida Cæſaris,
Sollerter æquabis Galenos,
Hippocratémq; Menecratémque,
Et

Et Æſculapi numen, & obuiis
Quicunq; morbos tollere pharmacis
Norunt, & optatam medelâ
Pæoniâ dare ſanitatem?
Experte raras Mulciberis face
Inuentiones ac medicamina,
Diuine Crolli, confer vnum
Cūcta reperta breue in volumen,
Vt his fruantur, qui ſtudij flagrant
Amore talis. Pro meritis quibus,
Iidem precabuntur, perennes
Incolumis maneas in annos,
Addens repertis plurima commoda,
Queis longiorem corporibus diem
Dones, amicorúmque vitam
Neſtoreum reuoces ad æuum.

# AD
# OSVALDVM CROLLIVM.

ADSPICE naturæ ſuccorum propria, CROLLI,
Senſerit herbarum cum deſtillatio flammam
Horas per certas, artis non inſcia doctæ,
Sal petit ima, oleum medio nat, ſpiritus alto.
Hæc tria ſic incluſa vitro, diſtincta colore,
Singula quæ poſſis oculo internoſcere claro,
Quis non aureoli PARACELSI dia reperta,
Ingeniúmque ſagax, & mirum prædicet ignem,
Quo præeunte artes chymici didicere nouellas,
Quo monſtrante ægri curantur ſimplice guttâ?
At te felicem quis non miretur in vsûs
Humanos promus condus qui talia ſeruas?

Anno cIↃ. IↃ. XCIII.
Haidelbergæ.

*Meliſſus F.*

IN BA-

## *IN BASILICAM CHYmicam Clariſsimi & Excellentiſsimi Viri* D. OSVALDI CROLLII *Medici &c.*

CROLLIVS Inuidiæ quia ſeſe audentius offert
Edendo medicis ſcripta probata ſophis,
Tam virtute ſua peragit monimenta perenni
Synceræ præſtat quam pietatis opus.
Sed quia grata Deo, affectiſq; ſalubria membris
Exigit: æternum Phœbus Apollo mihi eſt.

### *Aliud.*

O CROLLI decus, & medicæ Coryphæe cateruæ
Qualemcumque etiam ſecula docta ferunt,
Spagyricas ſi quis ſapit & diſcriminat artes
Pro ſcriptis grates, quas tibi debet, agit.
Inuida turba tonet, turgeſcant ilia faſtu,
Laurigeros feriunt fulmina nulla ſophos.

ELISABETHA IOANNA,
*VVeſtonia Angla.*

# DE VERA ANTIQVA PHILOSOPHICA MEDECINA ELEGIA.

*Ad* OSVALDVM CROLLIVM, *Philoſophum peritiſſimum, ſuum amicum cariſſimum,*

## M. VLRICI BOLLINGERI, Poëtæ Coronati.

NON OSVALDE *meis eſt vis ea tanta Camœnis,*
O CROLLI *Medici gloria magna chori:*
*Quæ tenui dicat præconia maxima verſu,*
*Veráque quam miſeris ſpem medicina ferat.*
*Hæc eſt quæ noſtras extollit ad æthera mentes,*
*Atque Creatorem prædicat eſſe Deum.*
*Quælibet herba probat quòd ſit diuina poteſtas,*
*Quæ nobis rerum condidit omne genus.*
*Inſpice quæ ſæto claudat natura receſſu,*
*Pectore qui credis numina nulla tuo.*
*Hæc eſt, quæ nos eſſe Deos diuûmque nepotes*
*Admonet, in tenebris heu tamen illa iacet.*
*Hem, quia tanta tenet cæcas ignauia mentes,*
*Et noſtros oculos faſcinat vmbra leuis.*
*Non hodie ſuperant operis veſtigia priſci,*
*Nomina vix noſtro tempore nota manent.*

*Quis Chymicam nouit, quæ muta cadauera rebus*
*Vulcani flammis demere ritè docet?*
*Hic labor, hoc opus eſt Vulcani diſcere vires,*
*Pharmaca qui morbo certa parare cupis.*
*Lemnius ille Deus totam tibi perficit artem,*
*Ne pigeat prunis applicuiſſe manus.*
*Balſama quæ triplici clauduntur in ordine rerum,*
*Hoc cape, ſi cordi eſt vera medela tibi.*
*Cum Plantis poſſunt Animalia ferre ſalutem,*
*Et tibi præſtabit vis Mineralis opem.*
*Ne modò decipiat facies te mortua rerum,*
*Quære ſub externis interiora tibi.*
*Mercurium dicunt, nec non Sal, Sulphur, in iſtis*
*Inuenies medica quicquid in arte valet.*
*Eſt maior, mundúſque minor, qui fœdere certo,*
*Adſpice, quam ſemper conuenienter eant?*
*Inſeruit maior per pharmaca grata minori,*
*Promit & è triplici claſſe ſalutis opem.*
*At genus humanum medijs in noctibus ORCI*
*Tartarei religant ferrea vincla Dei.*
*Cognita ſunt paucis velati fœdera mundi,*
*Aptáque quæ morbo ſit Medicina ſuo.*
*Proh pudor: hoc etiam ratione carentia norunt,*
*Ipſa parant curam dum ſibi bruta ſuam.*
*Quando feris tergo capris hæſêre ſagittæ,*
*DICTAMNVM quærunt gramina nota ſibi.*
*Nec ſuus accipitrem latuit medicaminis vſus,*
*Vnde poteſt oculos exacuiſſe ſuos.*
*SERPENTINA ſuis non eſt ignota colubris,*
*Cæcáque pungentes vrſa requirit apes.*

*At qui-*

*At quibus eſt ſuperi cœleſtis imago Parentis,*
*Talia num voluit nos latuiſſe Deus?*
*Haud equidem credam, ſed nos malus abſtulit error,*
*Dum nimis ingratis ſpernimus iſta modis.*
*Heu mihi quæ res eſt iam peruerſiſſima mundi,*
*Adſcribit Sathanæ munera ſancta Dei.*
*O grauis impietas quæ ſanctam reſpuit auram,*
*Quæ potiùs tenebras quàm bona lucis amat.*
*Ergo malus Dæmon nobis has contulit artes*
*Primæui notas quas habuere Patres?*
*O fortunatos, quibus hæc arcana reuelat.*
*Demiſſus cœlo ſpiritus ille Dei.*
*Nónne docente Deo cunctis ſua nomina Plantis,*
*Et vires docuit primus ADAMVS homo?*
*Vnde ſuæ virgæ poterat vim noſſe IACOBVS,*
*Non bene naturæ ſi didiciſſet opus?*
*Et non corruptum quamuis iam lumine caſſum*
*IOSEPHVS poterat corpus habere Patris?*
*AMRAMIDÆ IEHOVAS monſtrauit nobile lignum,*
*Vnde fuit dulcis redditus humor aquæ.*
*Et ne conuiuis Colocynthis amara noceret,*
*SAPPHATIDES farris puluere fecit opem.*
*Vlcere correpto Regi pius ille SACERDOS*
*Ficubus impoſitis Pharmaca grata tulit.*
*Et SALAMO, phyſicum quem non ænigma fefellit,*
*Quæque iuuet docuit, quæque ſit herba nocens.*
*Talis erat PHARIIS etiam TER maximus HERMES,*

Talis HALY, & magna laude GEBERVS ARABS.

Talis & ORVS erat Graia de ſanguine gentis,
Qui nobis rerum ſymbola ſacra dedit.
Et PELVSIACIS qui ſceptra gerebat in oris
Ætherios CHALIDES notus adúſque Polos.
Adde NOVÆ VILLÆ Dominum, Latiúmque magiſtrum,
Fatidicum nomen qui MORIENIS habet.
Nec minor arcanæ ſcrutator LVLLIVS artis,
RIPLÆVSQVE ſenex, ROGERIVSQVE fuit.
Optimus ARTEPHIVS cauſas aperire latentes,
Et TREVISANA dictus ab arce Comes.
Nec non occultas naturæ tradidit artes,
Qui SPANHEMÆA præſul in æde fuit.
Et VVIMPENÆVS Boiæ lux maxima terræ,
ISACVS & Batavi gloria magna ſoli.
Divinus tali eſt PARACELSVS in arte Monarcha,
Secula cui ſimilem nulla tulêre Virum.
CORNDORFER Paracelſiacum ſe gaudet amicum,
Quem pariter PHÆDRO, LAIDECERVSQVE probant.
Sunt etiam tales noſtro qui tempore viuunt,
Hanc Sophiæ veram qui tenuêre Viam.
Bombaſtum ſequitur felici tramite Vatem
MONTANVS toto notus in orbe ſenex.
VVINZIVS, & noto MOLLERI nomine dictus,

Naturæ

*Naturæ felix hiſtor vterque fuit.*
*Huic etiam ſtudio* BERGERVS *deditus vni*
*Artifici miſcet Pharmaca grata manu.*
*Nec minus egregium ſternit* VIGELLVS *honorem,*
*Pæoniâ ſanans vulnera dira manu.*
*Et quem* MVFFETVM, DEE, TORNERVMQVE *celebrat,*
*Nunc etiam medicis Anglia clara ſuis.*
*Et variis aperit* PORTAM BAPTISTA *medelis,*
*Et qui de* QVERCV *nobile nomen habet.*
*Maximus hâc etiam ſcrutator in arte* DRYANDER
*E patriâ* CROLLI *natus & ipſe tuâ.*
*Et peregrinator* SCERBETIVS *alter Vlyſſes*
*Multa videns terræ myſtica, multa maris.*
*Haffnia* CRAGÆA *genitum de ſtirpe celebrat,*
*Et ſe* GRAMANO *iactat Hiera ſuo.*
*Non* ARRAGOSIVS*, non hac rudis arte* PLATERVS*,*
*Conſulit ægrotis qui Baſilæa tuis.*
*Et cum* ZVVINGERO *patriâ* GESNERVS *eâdem*
*Editur, eximios ſcripſit vterque libros.*
*Adde quibus duri* CRASIS *& mixtura* SIDERI
*Egregium nomen fratribus eſſe dedit.*
SALPENOTVS *habet, quod languida corpora nullo*
*Corrumpi morbo vi medicante ſinit.*

*Nónne SEVERINVM PETRVM ſua Dania laudat?*
*HVSERVMQVE vehit Gens Vbiana ſuum?*
*LINCCIVS huic adiutor adeſt, & fidus Achates,*
*Bombaſti vt viuant gloria, fama, libri,*
*Conſimili ſtudio totum DORNÆVS in orbem*
*Emiſit Chymicis ſcripta probata viris.*
*Sic & ANHALTINIS clarus BALDVINVS in oris,*
*Doctrinæ fautor, REX PARACELSE, tuæ.*
*Sic vos Haſſiacis VVOLPHII ſuccurritis aulis*
*Conſilio medico, Pæoniáque manu.*
*HARTMANNVM tibi quid referam? quem Phœbus & omnis*
*Aonidum & Charitum turba ſacrata ſtupent?*
*Hic decus & ſplendor, Medicorum & gloria, quos hac*
*Tempore peſtremo ſecula docta ferunt.*
*Quid tibi MOSANVM dicam? qui doctus in arte*
*Spagyricâ Haſſiaci eſt gloria ſola ſoli.*
*Adde BODENSTENIVM celebris quem fama notauit,*
*Atque ANDERNACO laus ſua digna manet.*
*Nec minus æterno DARIOTVS nomine dignus*
*Ob Chymicas artes florida ſerta gerit.*
*Conſulit HORNERVS patriæ, ſi fortè laborat,*
*AVREOLVM quoniam conſulit ille ſuum.*
*Doctus & HILLERVS varios depellere morbos*
*Nouit, & Onoldæ pharmaca ſana dedit.*
*CRETSCHMERVS terræ doctus rimare fodinas,*

Quâ

*Quâ lateant venis plena metalla ſuis.*
*Et caros* HESSVS *non vltimus inter amicos*
*Eſt equidem Medico dignus & ille choro.*
*Ille priùs rigidi perplexa volumina Iuris.*
*Nunc opus euoluit ,* REX PARACELSE, *tuum:*
*Conſulit in medium tua ſi res ægra laborat,*
*Aut grauis inuaſit ſi tua membra lues.*
*Hunc ſequitur* MAIVS *felici ſydere natus,*
*Qui Paracelſiacos vertit vbique libros:*
MAIVS *Apollineo procedit ab ordine doctus,*
*Vallis præfectus nunc Ioachime tuæ.*
*Nec* RVLANDE *meo tu verſu indictus abibis,*
*Te meritò noſtri Cæſaris aula colit.*
*Nec vos tranſierim Muſis & carmine noſtro,*
*Naturæ clauſas qui ceciniſtis opes.*
TOXITES *noſter, noſter* SVCHTENVS ALEXIS,
*Hic eſt ingenio clarus & ille ſuo.*
*Nunc ad te redeo* CROLLI, *quem magnus Apollo*
*Inſignem medicum Mercuriúſque dedit.*
*Sunt tibi doctrinæ myſteria nota vetuſtæ:*
MERCVRIVM *vidi ,* SAL , OLEVMQVE *tuum.*
*Quid* PHOEBVS *poſſit , nec non* CYLLENIVS ALES,
*Noſti, quid poſſit* LEMNIVS *ille* DEVS.
*Inde tibi triplicis paret concordia mundi,*
*Illa vetus rerum quâ medicina latet.*
*Non tamen hoc tam grande cupis celare talentum,*
*Vt quos inuidia liuor amarus habet.*

*Multa etenim præſens poterit monſtrare libellus,*
*Communem reliquis quem ſinis eſſe viris.*
*Tu quoque quæ magno tibi cum ſudore paraſti*
*Per Latias currens Franciacáſque plagas,*
*Ad commune bonum claras emittis in auras*
*Hactenus arcano pharmaca clauſa ſinu.*
*Hinc tibi poſteritas meritò perſoluere grates*
*Debebit, ſcriptis doctior illa tuis.*
*Macte tuo dono, reliquos contemne profanos,*
*In cœlo reſtant præmia magna tibi.*

ENCO-

# ENCOMIVM VVETTERÆ ATHENARVM HASSIÆ,

*Scriptum ab*

M. VLRICO BOLLINGERO P. L.

# AMPLISSIMO PRVDENTISSIMOQVE Senatui Populóque Veterano.

*OSVALDVS CROLLIVS Medicus S.*

AMPLISSIMI, Conſultiſſimíque Viri, vt etiam apud totam poſteritatem inſigne ac memorabile aliquod exemplum extaret ſingularis & peculiaris Dei Optimi Maximi, erga cariſſimam noſtram patriam Clementiæ & Bonitatis, volui hoc loco inſerere Encomium illius carmine olim ab amico conſcriptum, quod Argentorati anno XCV. excuſum fuit, & nunc vnâ operâ hâc ſecundâ evulgatione, vobis,

bis, inſtar libri mei appendicis, gratitudinis & obſeruantiæ ergò à me nũcupatum. Idque eo potiſſimùm fine, vt ſemper vnà cum ſera poſteritate horum beneficiorum memores, indeſinẽter Deo mecum agatis gratias, quòd ſuâ beneplacitâ benedictione plures ex illa literatos ſimul & ſemel ferè excitarit viros, quàm vix ex alia nulla (adſit veriuerbio venia) totius Europæ licèt celeberrima prodierint vrbe. Ita vt meritò illud & noſtrę quadrare poſſit quod de ſua patria memorat Ithacus, quamuis ſit ſterilis & aſpera, attamen eſſe κουροτρόφον. Præter memoratã literarorum copiam hoc inſuper aſſeuerare poſſum, vix vnquã fuiſſe quicquam in vllo ſcientiarum genere tam reconditum, quod non vni aut alteri è nominato cœtu ſuâ gratiâ manifeſtare placuerit: tum vt hâc ſuâ ſpeciali Miſericordiâ nos

omnes, cunctarum miſerationum ſuarum longè minores, ad ardentiorem ſui incitaret cultum, timorem ſcilicet & amorem: tum etiam vt omnibus hominibus manifeſtum faceret, ſibi eſſe integrum ſua diſtribuere & erogare dona, ſine perſonarum & locorum aut temporum reſpectu.

Hiſce valete Viri Ampliſſimi & honorandi, & animo mecum pio, grato, ac memori hunc peculiarem Numinis Fauorem toto vitæ decurſu cum omnibus poſteris agnoſcite, vt Patrem miſericordiarum, ad vlteriorem ſuorum beneficiorum continuationem & nunc & deinceps ſemper experiamur propitium, cuius Nomen ſit benedictum in ſecula, Amen.

Anno M. DC. VIII.

EN-

# ENCOMIVM WETTERÆ ATHENARVM HASSIÆ.

LAVDABVNT alij Solymam, ſeu Perſica Suſa,
Cecropis aut vrbem, quæ doctis artibus olim
Præſtantes genuere viros, toto orbe celebres:
Tu tamen excelſis nuper circundata muris
WETTERA, quæ veteri gaudes ita nomine dici,
Quâ Druſi miles ſua caſtra vetuſta locabat,
Tu BOLLINGERI meritò laudabere Muſis.
Non quod te natura bonis donauit opimis,
Et tibi ditat agros fœcundo copia cornu,
Æolus & mites, & ſanas temperat auras,
Vnde laboriferis creſcit vis ſtrenua membris,
Quod tibi ſerta, parant vario diſcrimine Nymphæ
Plaudentéſque agitant choreas, & Oreades hirtis
Cum Satyris ludunt, Dryadéſque ibi frondibus altis
Veſtitæ ſua regna tenent, & luſtra frequẽtãt.
Quod tibi progenies non infœcũda ferarũ
In ſylua, & rident circum frondentia tempe:

*Omne volatilium genus eſt circumq́ſupraq́;
Æthera mulcentũ cantu, lucíſque volãtum.
Quod tibi deſcendunt largi de fontibus amnes
Piſciferiq́ lacus (hinc fercula grata parãtur)
Quódque tuo gremio varÿ vis magna metalli
Eruitur, multo ditátque numiſmate gazas.
Quòd tibi grex ouiũ, celſaq́ in rupe capellæ
Innumeræ pendent, ſunt & pecuaria campis,
Et cultis adeò vis eſt genialis in hortis
Nutãtes onerans ramos: quod iugera culmis
Flaueſcunt, plenáque vrgẽt ſe meſſe nouales:
Omnia prætereo reliquis communia terris,
Quod canere incipiam, proprium tibi fata dederunt.
Tu paucis adeò quamuis poſſeſſa colonis
Vna tamen plures Phœbi producis alumnos:
Qui miſſi de ſede tua, per totius orbis
Diſperſi plagas, vitam excoluere per artes
Atque ſui memores alios fecêre merendo.
Námque ſacerdotes quidam diuina gubernant
Tẽplæ* DEI*, ſuus vt nũquam nõ debitus aris
Perſtet honor, veráq; *DEVS *pietate colatur.
ORTHIVS *hinc ortus vicinâ ſede receptus
Quâ iacet ad Lanum duro de Marte vocata*

*Vrbs*

*Vrbs vetus, Aoniæ ſtatio gratiſſima turbæ,*
*Chriſticolas bene duxit oues ad paſcua læta.*
*Et tuus ille ſenex, ſuperas q nuper ad arces*
PINCIERVS *ſcandit, gratæ pietatis honorem*
*Reſtituit Patriæ, ſacri quam ſemine verbi*
*Plantauit multos non infeliciter annos.*
*Editus hinc etiam longæuâ ætate verẽdus*
CALVINVS, *Duce ſub Catto qui dogmate ſacro*
*Pandit ad aſtra viam: ſatus hinc de ſanguine claro*
*Interpres Chriſti,* IOANNES CROLLIVS *ille,*
*Quem pubes Germana fuit mirata docẽtem*
*Ignara Allobrogum linguæ, quo tẽpore ſacros*
*Mõſtrauit cultus, ad flumina nota Lemanni.*
*Quis numeret Iuris doctos legúmq; peritos.*
VVETTERA *quos genuit:* VVLTEIOS *aſpice fratres*
HERMANNVM *cum* CHRISTOPHORO *qui rebus agendis*
*Excellũt pariter, certiſſimus auctor vterque*
*Conſiliis prodeſſe bonis:* HIRSFELDIVS *Abbas*
*Conſulit hunc: illum princeps* LVDOVICVS *honorat.*
*Aſpice* PINCIEROS *cognato ſanguine iũctos.*
*Ex illis lõgũ venit* LVDOVICVS *ad* ALBIM

*Adque ſinum* CODANI *reddit ſua iura* LV-
BECCIS.
IOANNES *bonus eloquio, dum vita manebat*
*Legatum geſsit non rarò ad Cæſaris aulam*
AVSTRIACVMQVE *Ducem: nunc caſſum lu-*
*mine luget*
*Arbiter Imperij, funeſtiſque horrida bellis*
BELGIA, *cui placidam curabat reddere pa-*
*cem.*
*Iam mihi* GERNANDOS *ſpecta tres ordine*
*fratres*
*Quos Themis & Themidos Charis & Sua-*
*dela ſorores*
*Certatim exornant:* CALVINVM *his inſu-*
*per adde.*
*Quid deceat, quid dedeceat, quæ regula mo-*
*rum*
*Ille tibi melius Chryſippo, & Crantore dicet.*
*Nec tu carminibus noſtris indictus abibis*
PORPHYRI CROLLI, *iuſta qui iuris amuſsi*
*Omnia diſpenſas, nulli pietate ſecundus.*
*Hîc tardis ingens vbi* SEQVANA *flexibus er-*
*rat,*
*Dum ſequeris Muſas per binos ſedulus annos*
*Hîc te ſors rigido clauſũ ſub carcere preſsit.*
*Nõ equidẽ tales vnquã mala crimina pœnas*
*Innocuo peperêre tibi, ſed proditor hoſpes*

*Et tua*

Et tua pura fides in tanta pericula vitæ
Te ſociósque tuos poſuit, iam triſte parabant
Supplicium flammæ: ſed vos, mirabile dictu,
Fæmina ſeruauit tanto in diſcrimine rerum
Macte animo CROLLI, pietas ſua præmia ſecum
Sẽper habet, iuſtíſq; viris nõ deficit vnquam
Rebus in aduerſis, cum ſpes non vlla iuuandi,
Auxilium præſens ſtellãti ex æthere miſſum.
Nec te tranſierim LÆLII qui nomine gaudes
Optime LAVRENTI, ſacra digniſſima lauru
Quã Themis impoſuit, cui tu tã fidus alũnus:
Iam procul à patriâ te Conſultore VISVRGIS
Vtitur, & BREMA ſacrorum Præſul in vrbe.
At vos quos memorem quos vnica WETTERA multos
Protulit edoctos herbas, vſúmque medendi?
Nuper erãt gemini caro cum patre DRYANDRI, (tes
Quæ ſit morborũ propriíſſima cauſa, quid ar-
Efficiant medicæ, quæ vis operetur in herbis:
Quæ virtutũ ipſis DEVS incremẽta miniſtret
Ipſe pater docuit, patrÿs quàm proximus oris
Alter natorum mortalia tecta reliquit
Ante diẽ raptus: verùm alter in orbe remoto
Pæoniã in morẽ magnâ cũ laude POLONOS

*Liberat à morbis* PARACELSI *dogma ſecut⁹.*
*HicGermanorũ fuerat ter maxim⁹* HERMES
*Vnus in arcanâ rerum virtute Monarcha*
*Omnigenos morbos diuinâ ſuſtulit arte,*
*Et docuit morbis non viſa prioribus annis*
*Pharmaca, felices illos ſempérque beatos*
*Qui diuina viri ſeruant præcepta medendo.*
*Venit & ad Styrios* VVLTEIO *ſanguine natus*
*Arte Machaoniâ celebris, cui ſublita nullo*
*Mens fuco, dudum famâ ſuper æthera notus.*
*At tu* PINCIERI *generis memorabile nomẽ*
*Tu benè Naſſouijs Ducibus ſuccurris, & ægris*
*Scis medicas adhibere man⁹, vbi laps⁹ ad oſſa*
*Eſt dolor, aut artus depaſcitur arida febris.*
*Hos meus* OSVVALDVS *ſequitur felicibus auſis*
CROLLIVS; *arcano quâ vi natura receſſu*
*Intus agat, rerum vires dum ſeparat ignis,*
*Quæ virtus herbis, animalibus atq; metallis,*
*Omnia cognouit: quando diſcrimine miro*
*Ducit ab impuris puriſſima ſemina rerum.*
*Vidi ego Sal nitidũ, pinguẽ vidiq́; liquorem,*
*Mercurium vidi, medicamina plurima vidi*
*Quæ nõ Hippocrates, quæ nõ ars nota Galeni*
*Hacten⁹ edocuit, quæ* CROLLIVS *ipſe parauit.*
*Hoc etenim ſtudio, ſeptẽ peregrinus ad annos*

*Per*

Per Latiā terrā, per Celtica regna medentes
Ille viros vidit, varias luſtrauit & vrbes.
Inde ſagax animi, longóque peritus ab vſu
Artibus inſtructus varijs, varióque diſertus
Eloquio redijt, ſeu diſſerat ore Latino
Seu Gallo, aut Italæ promat cōmercia linguæ.
Iam PAPPENHEMIO vitæ morúmque Magiſter
Additus eſt iuueni, cū quo dimiſſus ad vrbem
Germani proceres vbi conuenêre ſacríque
Sceptriger Imperij: rem dignā geſſit vtérque
Eſſet vt integritas captiui nota parentis
Quē ſors dura premit, patriiſq; à ſedib⁹ arcet.
At tu qui tanti menſuram nominis imples
MAXIMILIANE puer præſentem exporrige frontem.
Iam iam tempus adeſt, priſcum quo Cæſar honorem
Reſtituet, patrémq; ſuā reuocabit in aulam.
Interea te Parnaſſum deducet in altum
CROLLIVS ille tuus carū quem nuper amicū
Hac Bebenhuſæā mihi ſors cōiunxit in æde.
O quoties vnà totas conſumſimus horas
Colloquijs læti, & docti ſermonibus oris!
Non quam dulce femur lepori, quam dulce palumbi
Sit lat⁹, aut pernis, aut quæ ſit gratia triglis,

*Sed qui ſit pietatis honos, quæ gloria doctis*
*Artibus, & quæ ſint Francæ cõmercia linguæ,*
*Acceptũ huic refero, ſi quid diſcernere poſſum*
*Gallorum voces, quarum præcepta loquendi*
*Tradidit ille mihi: Salue cariſſime* CROLLI,
*Cum* PAPPENHEMIO, *ſi quid mea carmina poſſunt*
*Nulla dies vnquã memori vos eximet æuo.*
*Nunc age dic Erato proceres quos publica rerum*
*Cura tenet populo ciuilia dicere iura:*
*Quiq́ modis aliis ſtudiis operantur honeſtis*
*Ad commune bonum nati quos* WETTERA *fato*
*Ex vtero peperit: velut intra mœnia Troiæ*
*Inſtar montis equus fortes effudit Achiuos.*
*Emicat hos inter ceu Lucifer ortus Olympo*
*Ille ſenex* IVSTVS VVLTEII *ſanguinis auctor*
*Felix prole ſuâ, per quam poſt fata ſuperſtes*
*Sẽper erit, nomenq́ eius laudéſque manebũt.*
*Huic ſua cura fuit Cattis prodeſſe Lycæis*
*Vt iuuenes habeant doctóſque pióſque Magiſtros,*
*Qui ſtudiis mores iungãt, ne praua malorum*
*Corrumpant exempla, aut cæca licentia vitæ*
*Tranſuerſos rapiat: noſtri ſera temporis ætas*
*Talia contemnit, ſed merces magna laborum*

*Permanet*

*Permanet in cœlis amaranthi è flore corona.*
*Proximus huic agris natalib⁹ ortus ab iiſdē*
*Gente ſatus* STADIA, *quo nemo plura locorū*
*Climata percurrit, donec peruenit ad Indos*
*Extremos, vbi gens habitat crudelis, & olim*
*Nec viſu facilis, nec dictu affabilis vlli:*
*Humanis quæ corporibus, quæ veſcitur atro*
*Sāguine, quem tremuli rorāt in cratib⁹ artus,*
*Hunc illi prenſum toties mactare volebant*
*Ni* DEVS *in melius flexiſſet dira virorum*
*Pectora, Chriſticolæ ſortem miſeratus iniquā.*
*Ad patrios donec iam poſt duo luſtra penates*
*Incolumis rediit, docuitque prioribus annis*
*Ignotas terras, trabibus ſeu forte cauatis*
*Seu quis iter pedib⁹ Cyclopas quærat ad iſtos.*
*Hinc etiam occurrit memorandus carmine noſtro*
CROLLIADVM *genitor, vir magnus honore ſenectæ*
*Qui faſces quintas Cōſul quintámq; ſecurim*
*In patriâ geſſit facti grauis vltor iniqui*
*Magnus vt Arpinas aut longi Mutius æui.*
*Fortunate ſenex nunquam tua fama peribit*
*Parta tuâ virtute tibi, quin illa magíſque*
*Per celebres floret natos ſeróſque nepotes.*
*His* SYLBVRGÆÆ *nō vltima gloria gentis*
*Accedit, Latiā & Graiā, quo nemo loquelam*

*Dexterius nouit, libros dum tractat, & illis*
*Sedulus inſudat, cōmunémque edit ad vſum*
*Purgatos mēdis, vir noſtra ad cōmoda natus.*
*Iūgitur huic patrij qui tradita frena Lycæi*
*Laude regit magnâ, cui* MERCATORIA *no-*
*men*
*Stirps dedit, huic merx eſt cōſolatura ſenectā*
*Muſarū ſtudium, quā ſi quis venerit emptū*
*Crede mihi, nunquā (quæ ſit fortuna) pigebit.*
HENRICVS *itidem nobis ſe* LÆLIVS *offert.*
*Ille nouem quondā fratres non vltimus inter*
*Panonium Muſas longè deduxit ad Iſtrum,*
*Sed cadit ante diē, cœlique in parte locatur.*
*Nō autem dignis potero celebrare Camœnis*
PINCIEROS *inter Germanos nomine* PAV-
LVM
*Amphiō citharâ, cui carmine cedat Homer⁹,*
*Rex Ponti linguis. talem vix vlla tulerunt*
*Secula, qui varijs ſuperauerit artib⁹ omnes.*
*Heu,* DEVS *hunc tantum terris oſtendit &*
*vltra*
*Non ſupereſſe dedit, miſerandâ peſte perem-*
*ptum.*
*At* BOLLINGERO *iam vos ignoſcite vati*
WETTERICI *heroes reliqui, quorum inclyta*
*fama*
*Orbe cluet toto: Quis enim tot nomina ponat?*

*Quis*

*Quis tot* CIRCOVIOS? *quis priſco ſanguine natos,*
*Tot* DECIOS? *quis tot* FONTIS *cognomine dictos?*
FETTIADES *&* BREVLÆOS *inſignia famæ*
*Pectora, quis* SAVRO *&* FISLERO *ſtemmate cretos,*
*Quis* MILIOS? *Quis* MESMILIOS, *& ſanguine natos,*
SEFREDO? *Quis tot nomen* PISTORIS *habentes,*
*Quis canat* ELSNEROS, *quibus & pugnæ area nomen*
STRETTOVIIS *fecit? Quis tot* COMBACHICA *dicat*
*Mollibus in numeris cognomina dura, nec ipſo*
*Sat concinna ſono, verſuq́ incompta Latino?*
*Saluete illuſtres animæ, & tu maxima ſalue*
WETTERA *nobiſcū natalis terra virorum.*
*Per quos talis honor ſeris tibi ſurgit ab annis*
*Qualis erat Solymæ, & Suſis, & qualis Athenis.*

SOLI DEO GLORIA.

PRÆFATIO

# ADMONITORIA
## AD LECTOREM CANDIDVM:

In qua, iuxta Medicinæ Chymicæ comprobatam pręſtantiam, & Hominis Microcoſmi excellentem dignitatem à pauciſſimis obſeruatam, de vtriuſq; Philoſophię, GRATIÆ ſcilicet & NATVRÆ, Myſteriis profundiſſimis ac reconditiſſimis agitur.

AVTHOR AD ZOILVM.

*Inuide, quid laceras Chymicorum Dîa reperta?*
*Hæc bona ſi non ſunt, tu meliora doce.*

# AD

# PIVM ET CANDIDUM LECTOREM CHYMICÆ AC PHILOSOPHICÆ MEDICINÆ STUDIOSUM,

## OSVALDI CROLLII, ILLUSTRISSIMI PRINCIPIS CHRISTIANI ANHALTINI MEDICI,

*Præfatio admonitoria.*

QVAMVIS, beneuole Lector, Romani Angeronam, Græci Harpocratem, Taciturnitatis nomine commendarint: omnes etiam antiqui Philoſophi ſecreta prophanare, Naturæque theſauros ſordidis, & nondum defæcatis hominibus temerè proſtituere, Actæonis exemplo, grauiter prohibuerint: Attamen cùm Pater noſter cœleſtis, nos omnes affluenter ſuis donis præueniens, Sol ſit omnibus æqualiter lucens (ſine

*Pſal. 145. ſect. 9. Matth. 5.*

*Ioh.1.ſect.5.*

*Strabo ait tum demum mortales imitari deos, cùm benefici fuerint.*

*Matth.25. Luc. 19. Victor.*

*Dona Dei creſcunt & augentur communicando.*

reſpectu enim & inuidia Bonis & Malis, Gratis & Ingratis, ſuam communicat lucem ) meritò hunc, cuius filij eſſe debemus, imitari tenemur: iique omnium maximè, quos ſua gratioſa miſericordia, è tenebroſo LaborumErrorúmque labyrintho & circumferentia ad manifeſtam Quietis & Veritatis ſemitam ac centrum deduxit. Ideo talentum mihi à Patre Luminum concreditum impiâ quadam taciturnitate in ſudario, diutius inhumanâ obruere inuidiâ non viſum fuit: cùm ingenuis animis Sapientiæ fores ſemper patêre debeant, neque talibus Μουσῶν θύραι vnquam conſpectæ fuerint ἄφθονοι. Benignum námque & humanitatis plenum officium eſt, erranti proximo, viæ præmonſtratorem ſe præbere facilem, non errantem verò in via recta retinere. Quo nomine, amice lector, ad Diuinæ Majeſtatis & Liberalitatis ( cuius inſtrumentum & calamum ſaltem me cunctarum ſuarum miſerationum & præſtitorum beneficiorum longè minorem, eſſe & opto & ſpero in hac euulgatione ) laudem & gloriam: proximi etiam ſeu totius Reipubl. Chymicæ commodum & incrementum, è cordis mei profundiſſimo ſcrinio, prѯſtantiſſima depromo hîc tibi Arcana Spagyrica ( quorum præparationes poſt multiplices ſumptuum, temporis, & laborum errores, propriâ meâ manuali experientiâ ſunt à me priùs comprobatæ omnes) qualia in hunc vſq; diem, ſimul & ſemel in publicum prodiiſſe, nec auditione accipere potui, nec è Veterum intelligere monumẽtis. Alienum à me ſemper fuit, nugis & mendaciis, quorum ſeculum noſtrum

*Fuerunt etiam ex mea ſpontanea communicatione ab aliis quædam ex his pro Imperatore noſtro Rudolpho præparata.*

ſtrum (fæx & amurca mundi) admodum ferax eſt, lectorẽ onerare: multò minus ingens volumen (qualia complura apud me diuturnis laboribus collecta latét) tædioſiſſimarum Receptarum formulis complere, quibus cẽtonibus iam video Medicinæ ſtudioſos obrui & ita intricari, vt ipſi ferè ſub tam graui Receptarũ pondere corruant & moriantur. Quæ autem per annos ferè viginti in moleſtiis meis ac variæ fortunæ laborioſis peregrinationibus, per Galliã, Italiã, Germaniam, Hungariam, Poloniam, Bohemiã, à Chymiatris, maximæ experientiæ doctrinæq; viris, partim precibus, partim pretio & permutatione (vt taceã in praxi medica, nutu Dei, proprio ſtudio, inuenta mea, eàque non pauca) indefatigatâ diligentiâ, & curioſâ exploratione adeptus ſum, vtilitati priuatæ communem præferens, charitate inſuper Chriſtianâ miſeriâ & neceſſitate ægrotãtiũ motus, pro mea in Rempubl. medicam fidelitate, prius Vulcani beneficio probatiſſima, oculatis, vt ita dicam, manib. aſpicere & contrectare volui, antequam illa emolumento publico à me donarentur, vt hoc pacto filij doctrinæ indagatores & amatores veritatis, quod ego magno meo malo didici, nũc optimo conſequantur compendio, videlicet non fallaces (vt hactenus in tanta impoſturarum fertilitate conqueſti ſunt) opiniones, ſed multis experimentis exploratã diúque exoptatam veritatem. Et ſic quoque nonnulla, confecto priùs magni anni Platonici curriculo, cum fœnore ad ſuos integra, & longè ſplendidiore ornatu veſtita reuertẽtur gratis, quàm ego ea-

*Quo plerũque maiores Receptæ, eò minores virtutes.*

*Benignũ eſt teſte Plinio in Epiſt. ad Veſpaſia. & plenum ingenui pudoris fateri per quos pro fecimus.*

dẽ ab authorib. ſemilacera &pretio olim acceperam. Nã apud nõnullos, ad quos rumor multorum Arcanorum recõditorũ me tædioſis itinerũ difficultatibus & ſumptib. pellexerat, ipſa præſentia, vt ſæpè fieri ſolet, famã minuit: ita vt aut trita tũc mihi viderẽtur, quæ illi pro ſecretis oſtentabant: aut mutila & manca, quorũ defectus erat ſupplendus è multis deſcriptionibus à me, in vnam redactis, comprobante nihilominus eandẽ prius proprio ignis examine: permutatione etiam ipſis non damnoſa (ſecundùm peruulgatam illam cõſuetudinem Chymicam, ϗ δός τὶ ϗ λαβὲ τὶ) ſæpè à me ſtudia mea cum ipſis cõferente, ouum in colloquio mutuo pro nuce accipiebant, qua longis, operoſis & vanis laboribus fracta, carioſum tandem reperi nucleum, aut nuclei loco cortices & ſiliquas obtinui: Inde factum eſt, vt ſine Naturæ *Vulcano*, veriſſimo artium & myſteriorum à poëtis decantato inuentore & doctore, maxima pars illorum (pace tantorum virorum ſalua hoc dixerim) qui noſtra ætate, de ſecretioribus pręparationibus Spagyricis ex aliorum relatu, non ſua ſcripſerunt manuali experientia, hunc fructum Chymiæ ſtudioſis attulerint, vt plerunque poſt magnos in vanum locatos ſumptus, tãdẽ etiam cauſam ipſis perditi cùm laboris, tùm longiſſimi dederint temporis. Rem ita ſe habere fatebũtur mecũ lubentes ij, qui meo exẽplo & alieno damno nõ acquieſcentes, talia Pyrotechniæ & Chymię miniſterio deinceps examinare, ſuóque periculo proprio cautiores fieri maluerint: Et ſicuti multa ſunt in dictis quæ nõ reperiuntur in

tur in factis, ita multa cadũt inter Theoriam & Praxin: Experietur, qui ſibi de alieno periculo cupit facere proprium, & decipi ab his, qui ab aliis fuerunt decepti. Ideò in hoc ſtudio, nõ cuipiã vlterius habeatur fides, quàm quiſque propria ſua experientia palpando & videndo per debitum ignis, falſum à vero diiudicantis, examen comprobatum reperit. Et quia ſecundùm Æſchylũ ille demũ reputatur prudens ὁ χρήσιμα, ὐχ ὁ πολλ' εἰδὼς, malui pauciora & ſelectiora offerre, animo ſubinde reuoluẽs illud Damaſceni, Medicamenta tibi pauca tenẽda ſunt, quorũ vires & operationes multoties es expertus: Nihilominus in hac paucitate tibi cõfidenter aſſeuerare poſſum, in totius naturę maieſtate & penu (ſi vniuerſalẽ illã & celebratiſſimã Medicinã ab antiquiſſimis à condito mũdo ſapientib: Philoſophis poſſeſſam, & ad miraculum vſque legitimis ſuis heredibus decantatam excipias) vix latenter quieſcere, præcipuis his medicinæ ſecretioris Arcanis oblatis, ſelectiora & efficaciora: ὐ γὰρ ἐν τῷ μεγάλῳ τὸ εὖ, ἀλλὰ ἐν τῷ εὖ τὸ μέγα. Quin ſyncerius Philoſophię operam nauando intima Naturę penetralia, præparationũ pia aſſiduitate, naturaliũ[m]que cauſarum diligenti contemplatione cõiuncta debitè adierit, experiẽtię inſuper labores & difficultates nõ recuſauerit, ex hoc Naturæ gremio reuelato, manuarię operationis ſolertia (ſi gratia fauoris Altiſſimi ipſi infuſa fuerit) profert lõgè maiora, quàm prima facie polliceri videntur. Quamuis autem vires ſingulis ordine aſſignatas; ego, à quo medicinã facio, nõ omnes expertus ſim, ſicuti ipſas opere ipſo præſtiti præparationes: attamẽ, quia

*Diſcite aliorum monitis cauere, ne inſumptæ operæ pœniteat.*

*Vide Anaxagoram in ſuo libello περὶ τῶν ἐυστροφῶν φυσικῶν.*

*Fructus & ſumma vtilitas laborẽ artificis tempúſque impenſum ſatis ſuperq; compenſabit.*

*Qui propter intellectus inertiæ ſuæ deſiderium non obtinet, ignorantiæ & imperitiæ ſuæ culpam, nō naturæ defectui, nec mihi, ſed ſibi imputet.*

potiſſimam partem vſu medico deprehēdi veram. Spagyris in laboribus Chymicis prouectis & exercitatis, filiis videlicet artis, terminorum eius peritis, ac veræ Philoſophię fontibus prolutis: qui de his ſolo etiam intuitu haud iniquā cenſuram ferre, facilique cōiectura aſſequi poſſunt, (eiuſmodi enim & non duræ ceruicis, obtuſique ingenij artificem, hæ præparationes, nil cum Alchymiſtarum vulgo commune habentes, requirunt, ne indigniſſima calumnia τὰ τοῦ τεχνίτου σφάλματα, τῆς τέχνης εἶναι νομίζηται) illis inquā artificib. ἐγχειρητικοῖς nullum erit dubium, quin & cæteræ vires ab expertiſſimis Chymiatris lōgo rerum vſu, certóque experimento comprobatæ, & nunc vna opera publicatæ, indubiè deſideratum præſtando effectum ſint voto & auidæ expectationi ſatisfacturæ. Ideò veri & profundiores Medici, diuino afflati ſpiritu, miſericordia Samaritana erga ægrotantem proximū, cuiuſcunque ſortis & conditionis, moti, qui in timore DEI methodo conuenienti & artificioſa his ſua propria opera legitimè, (niſi velint effectu deſiderato defraudari) nō aliena, vt plerunque fieri ſolet, ſophiſticè & fraudulenter præparatis vtentur, experimento cognoſcent, adhuc longè maiores efficacias, & virtutes inter medendum, ſi præſertim pro natura infirmi & iudicio præſentis Medici offerantur, quam ego hîc aſſignare nec potui nec debui, ſicuti Temporis filia DEI nutu docebit Veritas.

Sed quibus me hoc publico promerito nunc fluctib. objicio? quid obſecro in hac iudiciorū alea & diuerſitate agendū? quid in tāto carptorum

rum peſſimè vel optima arrodentium prouētu faciendum? Scutū obiiciam intrepidus, quo me tuear, ſynceritatis videlicet meę, benéq; de Repub. Spagyrica merendi ſtudiū: Hoc imperitorum ſuperba non timebit iudicia, & omnia aduerſariorum præuiſa tela, Iracundiam puta, Maledictionē, Inuidiā, Superciliosum contemptū veriſſimum Inſcitię teſtem, facillimè retundet.

*Ignorantia Superbiæ & Nequitię indiuiduæ comes.*

1. Inſurgent in me & iraſcentur grauiter primò ſecretiores Philoſophi Hermetici, quib. potiora iſthæc arcana antea fuerunt ex parte perſpecta: conquerentes iniuriam ſibi fieri, ſi illa, quæ ſummis ſtudiis & longo temporum interuallo conquiſita, altóque ſilētio hactenus compreſſa fuerunt, tam ſubitò lucem videant, & cum hominum vulgo communicentur: Fractorem me ſigilli Chymici vocabunt, quòd, myſtico Pythagorico ſilentio non initiatus, & Hyppocraticæ legis immemor τὰ ἱερὰ ἱεροῖς, Veritatē Chymicam, in Vmbrarum & Inuidię carceribus hactenus detentam, liberauerim, liberatámque è vinculis foribus patefactis benignè communicarim poſteritati. Verùm hi, quia veræ Sapientiæ heredes, & Regni Philoſophici ciues, clauſâ Inuidiæ feneſtrâ, DEI & proximi ſemper amātes ſunt, aut ſaltem eſſe debēt, ſublato in altum capite & oculis Cabaliſticis, non ignorabunt in vera Cabala, Magia, & Woarchadumia longè potiores theſauros ſibi Oratorij & Laboratorij beneficio, petendo videlicet, quærendo, & pulſando, indefeſſis laboribus & vigiliis eruendos repoſitos eſſe, à *Gratiæ* & *Naturæ* Lumine, temporis tandem progreſſu, omnib. indifferenter manifeſtandos, vbi exacto priùs *Sanguineo*

*Siracid. cā. 43. ſect. 36. 37.*

*Filij iudicio*, *Patris Aqueum* indubitanter ſubſecuturo, in *tertio* demum *Spiritus Sancti* ſeculo, (olim per *Ignem*, propter occulti manifeſtationem, renouando) *Helias* Artiſta *Reparator* omnium aduenerit: Cuilibet enim Diuinitatis Perſonæ, ſuum ſeculum eſſe deſtinatum, non obſcurè colligere eſt, è duodecim tripartiti Symboli Apoſtolici Articulis, totidem Magni & vnici Diei, huius videlicet duraturi Mundi horis congruè correſpondentibus. Et ſic poſteritati gratæ, in Chymicis Lumine Naturali expertæ, & à Deo ad harum præparationem incitatæ (Scientiæ videlicet ac Sapientię heredib. dilectis) præſentes has mecum nullo modo inuidebunt micas: ab inexercitatis enim pigris ſeu ignaris contemptoribus Arcana hæc Chymica, ob manualis operationis ineptitudinem, bene intacta manebunt: ſicuti etiam à prophanis, prauis & indignis, reuelatorum myſteriorum Theologicorum, Philoſophicis apto loco (ſermone breui, ſed ſufficienti his qui intellecturi ſunt) immixtorum, nullum erit ob ſpiritus Sapientiæ carentiam, ingeniorúmque tarditatem comprehenſionis & perceptionis periculum.

*Zephan. c.3. ſect. 9. Malac. 4 ſect. 5. 6. Zach. 14. ſect. 9. Sirac. 48. ſect. 10. 11. 12.*

*Soli qui sũt digni illa verè intelligent, quibus videlicet Deus rationem humanã per mentem illuminauit: Ideò nemo temerarium ſe oſtendat iudicem, ante veritatis cauſæ agnitionem ſententiam ſuã proferendo.*

2. Spurij autẽ & Adulterini Theophraſtæi (ſceleratiſſimum hominũ genus) rabidiſſimè meam ſynceritatem accuſare non deſinent, ægerrimè ferentes, quòd deinceps ſimulata ſua experientia, amicitia ficta, pietate fucata, pollicitationibus variis & vanis, doloſè ſuas impoſturas venales, & magna pecunia redimẽdas, apud illos, qui

qui animum ad cauendum fallendúmque minimè inſtructum habent, circumferre non poſſint: Nec prout eſt quorundam de facie & veſtitu ſe non facilè manifeſtantium artificioſa vafricies, dum ex aliorum congreſſu & colloquiis ſententias captando, ſibi deinceps ſuppreſſo benefactorum nomine eruditionis, ſapientiæ, prudentiæque famam apud Magnates aucupantur, & quæ ab aliis bonis viris, technarum multitudine, ſuis videlicet fallacis ac verſipellis aſtutiæ fraudibus ac verſutiis expiſcati ſunt, more ſuo ſolito pretio ampliùs diſtrahere, multò minùs ementitas ſuas, ſine vlla veritatis ſcintilla Cacochymicas & Sophiſticas, litera longa dignas artes, pompoſa ſpecie vendere, quòd hac vice Phariſaïcam pellem, vulpinum ac maledicum animum tegentem, (quo multos innocentes virtute ſua & inculpata vita viros integerrimos, peſſimi illi ad arrugias condemnandi impoſtores, perfidi ac ſceleratæ linguæ famicidæ, quorum etiam vmbra nocet, non ſolùm mendaciter inſectari, verùm etiam honeſtum laudabiléque eorum nomen in odium & periculum vocare conſueuerunt) ſibi detractam animaduertent. Natio hæc praua & adultera, cui decipere dulce eſt, mauult eſſe famæ magnæ, quàm bonæ, & plerumque, quia virtutibus nequeunt, ſceleribus innoteſcere volunt. Ideò his à cœtu omnium verè Philoſophantium in perpetuum excommunicatis impoſtoribus, myſteriorum DEI, ſecretorúmque Naturæ ignaris & indignis (propter quos laudatiſſimum & honoratiſſimum

*Tales furto ac benefactorum calumniâ quærunt ingenij laudem.*

veræ ac inclytæ Alchymiæ nomen, non ſolùm apud rude vulgus, verùm etiam apud literatos, qui tamen ex ſua ignorantia aliorum ſcientiam metiuntur, infame ac odioſum immeritò euaſit) diſplicuiſſe, verè laudari eſt. Quid enim poteſt contingere illuſtrius, quàm ab illis perditiſſimis agyrtis & ſeplaſiariis ad haram potiùs quàm ad Aram Spagyricam idoneis vituperari, quorum laus ſæpe ſuſpendio digna, & à quibus non niſi optimi & doctiſſimi quique ſemper odio ſunt habiti.

*Non artis hæc, ſed hominum arte abutentium ſunt vitia.*

3. Galeniſtarum verò pars ſyncerior & ſubtilior, Nicodemiana, ingenio mitiore, quæ propter metum & excommunicationem Rabinorum quorundam Athenienſium veritatem publicè profiteri, hactenus nondum auſa eſt, lucem hanc diutiſſimè exoptatam, obuiis vlnis excipiet auidiſſimè: abſit tamen omen, quod haud vano mentis augurio præſentio, ne poſt plenariam iſtorum perceptionem *Inuidia* hinc certo ſuboritura doleat hæc vſui publico communia facta: ita vt poſtea iidem ſimulato contemptu, illa feruidiùs carpant: vel vt aliquando plus ſapere videantur, contractis ſuperciliis, ac concriſpatis naribus eadem (ſuis tamen vſibus, ſed ſine DEI benedictione, clanculum reſeruata) frigidiuſculè commendent. At cum Inuidiæ ſtimulis ſemper vulnerata conſpiciatur Virtus, ac proficientium & Reipub. ſtudentium comes ſit Inuidia: imò ne Iupiter quidem, ſeu pluat, ſeu ſerenus ſit, omnibus placeat, & difficillimum ſit ingrato

*Vbi inuidia & odium in conſilio eſt, cæcum eſt ibi iudicium.*

*Omnib. placere non ſtudeo, cùm nec omnes nec omnia mihi placeant.*

mundo operam gratam præſtare poſſe, miſericordiâ potiùs quàm irâ hi digni ſunt, donec aliquando ex Inuidiæ ſuæ Purgatorio cruciante, spontè ſe liberent.

4. Pars verò craſſior & fæculentior, quæ veritate relicta, comitem ſibi errorem adiunxit, omnis humanitatis & veræ Philoſophicæ literaturæ planè rudis & expers, omnium maximè ludibriis ſuperciliosis hanc meam erga Remp. laceſſet beneuolentiam. Verùm enimuerò, cùm ſecundùm Comicum his maleferiatis Miſochymicis & Miſoſophis in ignorantia ſua ſepultis, nil quicquam iniuſtius: horum inſuper demerſæ in cœno & puluere ſcholaſtico mentes nil ſublime ſuſpicere poſſint, imò veteri ſemitæ & craſſæ ſuę inſcitię immori malint quàm vt diſcipuli habeantur eorum, in quos ſibi docendi imperium arrogarunt: nemini mirum videatur, ſi hi inſolentes & manifeſti Naturæ ſecretorum contemptores, elato ſupercilio, audito ſolo *Chymiæ* Nomine inhorreſcentes, hucuſque diuiniſſimam hanc artem ſine omni rubore, ſtultâ ac barbarâ quadam arrogantiâ improbando ridere, omni conuiciorum genere impudenter proſcindere, & inſtar canum, ignota allatrantium, ſtomachosè inſectari ac indignè lacerare, non ſunt veriti, quam tamen ne à limine quidem ſalutarunt vnquam: tum quòd Diuinæ Sapientiæ exortes, pro fatua mentis inſcitia, ambitioſáque ſtultitia, nulla habent arma alia, quibus contra Veritatem dimicent, ac margaritas proiectas conculcent, quàm quæ Dux illorum illis ſuppeditauit, *Binarius* ille Ca-

*Alchymia duplex, Naturalis à filijs Artis in magno pretio habita: Sophiſtica ab iiſdem ſummoperè deteſtata.*

lumniator: tum etiam quòd iracundiæ ſeu rabiei Cyclopicæ in Anticyram deportandæ cauſam non habeant aliam, quàm (vt ipſimet & publicè & priuatim fatentur) legitimæ præparationis ignorationem. At cùm ignoti nulla cupido, & de ignotis tanquam de rectè cognitis ſtatuere, non ineptum modò, ſed ne à turpitudine ſit alienum, quomodo quæſo eiuſmodi Doctores Scholaſtici ob intellectus inopiam Sanctuarium Naturæ nunquam ingreſſi, hominum non vulgarium, non vulgaria ſtudia condemnare vel audent, vel ſaltem iure poſſunt? Et cur Philoſophiæ & Medicinæ Titulos & Honores iniuſtè vſurpant, & Nominis ſui ſtipendia impetrant publica, ſi præclara illa opera, in quibus vniuerſa Naturæ poteſtas viget, veritate tandem conuicti & compulſi, ceu miracula Magica cum plebeis admirentur? Nec tamen ceſſant contemnere multos famatiſſimos ſeculi noſtri etiam literatiſſimis viris comparandos Medicos, totius vitæ decurſu in artis operibus verſatos, & Arcanorum Naturæ peritiſſimos viros, quod (quamuis in vtraque Medicina & veteri & noua, tam è lectione probatiſſimorum Authorum, quàm ab ipſa Luminis Naturæ, vulgaribus Medicis planè incogniti, experientia ſufficienter inſtructi) vaniſſimos illos mundi Honores, & Doctoratus, vt vocant, Authoritates, & Titulos (quibus nec Hippocratem, nec Galenum, nec vllos illorum coætaneos, licèt authenticos eorum iudicio, Medicos præditos aut gloriatos legimus) propter

Joh. ſect. 44.

pter

pter ſuas Rationes non expetant, potiſſimùm ne manifeſtata veritate ſepoſita in Ethnicos Deorum Scholaſticorum errores iurare, ipſiſque immori Academico adſtringantur iuramento. Et hi quidem perſonati Tituli, etſi olim inſtituto laudabili virtutis calcar, & eruditionis præmium demeritum erant, hodie tamen in facultate præſertim medica, multis indigniſſimis, aut prece, aut * pretio conferuntur (non loquor de illis, qui doctrinæ meritis Gradus ſui iuſtos Titulos Laureáſque aſſequuntur) qui poſtquam primo biennio ſeu triennio ſtudiorum ſuorum documenta daturi, figulinam in iactura vaſis adeò nobilis experti ſunt, procedendo ſecundùm ſuam methodum omnia errata excuſantem, ſiue viuat ſiue moriatur æger, demum anno quarto, quinto, & ſequentibus eruditionis in Medico requiſitæ inſufficientiam & inopiam, proprio etiam nominis dedecore, & conſcientiæ remorſu animaduertunt: Et tunc meritò dubitare deberent, num etiam Galeni Theoremata nobis non minùs, vt ſcribit, quàm vrſis & apris deſtinata, eiúſque medicinæ methodi, nulla antiquitatis authoritate ſtabilitæ, quibus noſtrum triumphat ſeculum, bonum haberent fundamentum, quia finem ſuo principio in magnis morborum curationibus non reſpondere oculariter conuincuntur. Dum autem aliorum bonorum virorum literas pro nihilo ducunt, neſcientes artem medicam ita immenſam & amplam eſſe,

*Vide Paracelſum tom. 5. in fragmẽtis medicis, fol. 167. 168.*

*Impia Tyrannis, captiua tenere ad præfinitos autores ſtudioſorum ingenia, & initiandis diſcipulis adimere libertatem indagãdæ & ſequendæ veritatis.*

**Fit hoc mediante pecunia & gratia, non ſciẽtia. Error eiuſmodi Medicorum terrâ tegitur, vt dicit Socrates de temerariis medicis cum corio humano, ſeu verius* DEI *imagine impunè ludentibus, & cũ animæ ſuæ detrimento nouum cœmiterium erigentibus.*

vt præclarè nobiſcum agi exiſtimare debeamus, ſi vel in primo ſenectutis limine hanc ipsã quod ſatis ſit, fuerimus aſſecuti, quamuis ex laboribus & aliorum obſeruationibus ſuæ ſocordiæ & pigritiæ, nil vlterius diſcendi argumentum ſumant, tandem tamen depoſitâ ſuâ pertinaci arrogantiâ, quâ ſe longè eruditiores viros, laudi & vanæ gloriæ non ſtudentes, ſuperciliosè deprimere nituntur, à calce ad carceres reuocari, & ipſos Naturæ non Doctores aut Magiſtros, ſed Diſcipulos & Miniſtros renaſci oportet, ſi modò ſuam ſtationem deinceps cum laude & honore tueri, & inſcitiæ ac auaritiæ infames exprobrationes apud plebem deuitare velint. Quàm multi mihi ex illo grege clanculum conqueſti ſunt, quorum tecta iam niue erant cooperta, & qui meliorem vitæ partem ferè in vulgaribus ſcholaſticarum vanitatum vanitatibus, & ad medendum nil planè faciẽtibus opinationibus medicis ſine vllo fructu infelici pertinaciâ traduxerunt, ὅμοιοι καρκίνους μασσωμένοις οἳ δὶ ὀλίγον τρόφιμον, περὶ πολλὰ ὀστεῖνα ἀσχολοῦνται: quod agnitæ veritatis dulcedine allecti, poſt tam longas deuiationes & ſeriam ſeriámq; errorum, fatuitatum & ſtolidarum perſuaſionum cognitionem ac confeſſionem, ſalubri adhibitâ pœnitentiâ, depoſitis priùs ſcientiarum impedimentis, *Opinione* videlicet & *Faſtu*, veluti poſtliminio non erubuerint, in ipſo ſenio (quia pulchrum, ſenem Sapientiæ ſtudere, & cũ Diogeneinſtadio currente curſum non remittere) prudẽtis ſerpẽtis imitatione ſenectã deponere, ac nouâ aſſũptâ pelle, huius artis Chymicæ eſſe diſci-

*Solus Deus eſt Naturæ Dominus & Magiſter: Gradus autem ſeu Titulus, licèt maiorem in mundo authoritatem ac nominis exiſtimationem ob vanam gloriã afferat, ſapientiorem tamẽ & doctiorem efficit neminẽ.*

*Dediſcenda deliramẽta.*

*Mundus regitur opinionibus.*

diſcipulos, ſuóſque in poſterum dies cum Arcanis & in *Deo* & in Natura conſumere: ac iuxta magnum librum *Gratiæ*(vnde Animæ noſtrę ſalus æterna)etiam alterum *Naturæ* arcana tractans, ad ſalutem corporis ſpectãtia, exquiſitiùs rimari, nec pręcipuos Naturę theſauros, in quibus grauiſſimorum morborum medicinæ ab Altiſſimo collocatæ ſunt, intactos relinquere: Ne autem in mortuis ſuperficierũ vmbris, ſeu externis Qualitatibus Galenicis errore infelici morerentur & ſepelirentur, ſuæ ſenectuti *laborem* & Naturę Fanum, ceu monumentũ quoddam honoratiſſimum extruxerunt: E quo iuxta Creatoris luculentiorem cognitionẽ(ad quam tam per ſedulam operum *Dei* ſcrutationem & admirationem, quàm per Creaturarum ſeu Naturalium rerum laborioſam examinationẽ & ſequeſtrationem Philoſophicam peruenerunt) hunc etiam eximium laborum ſuorum, vigiliarum, temporis & ſumptuum ſunt conſecuti fructum: vt cum deinceps ceu multa experientia confirmati Medici, ad Ægrotorum lectulos vocarentur, vbi non multis verbis Medici ad diſputandum, ſed eiuſdem multùm praxis ad curandum conducitur, non amplius opus fuerit conari in arte, quod deſideratur externis reſarcire illecebris: numeroſa videlicet officiorum

*Deus eſt primus liber ad vitã æternam: ex Deo enim vitæ Regula.*

*Firmamentum ſeu Cælum cum incluſis ſecundus eſt liber Naturalis ad vitam mortalem: ex Aſtris enim Phyſica ſcientia haurienda.*

*Beatitudo præſentis vitæ conſiſtit in cognitione Naturæ, ideo poſt æterna in rebus temporalibus ſummum eſt inueſtigatio ſecretorum Naturæ.*

*Eiuſmodi Medicum ceu inſignẽ Terreni Luminis magiſtrum non pœnitet. Vide Agrippam libro 6. epiſtola 6. Mundani Medici omnia pecuniæ & honoris proprÿ deſiderio faciunt, cùm tamen Finis medicinæ non ſit nummorum corraſio, ſed manifeſtatio ſecretorum Naturæ & Amoris medici in proximum ægrotantem.*

multitudine ſubterfugia quærere, & molliendo ſermones ſuos inſcitiæ patrocinia, vt ſuperciliofum Medicorum vulgus (lautiores ſaltem ægrotantes infamis lucri cauſa, anguſtioris fortunæ ruſticellis, vt vocant, neglectis, ambiens) difficultate primorum & præcipuorum officiorum perterritum facere cõſueuit. Ex hac vulgi farina ſeu furfure, aliquorum inſuper ea eſt peruerſitas & malitia, vt Carbonianorum (quos ita vocát) Medicorum inuenta & Arcana medica, doloſa diſcendi cupiditate clàm captata, quibus cum ſucceſſu atque emolumento vti ſe poſſe animaduertunt, tumidis verbis annihilent, rejiciant & damnent, & vulgo tanquam venena prohibeant: ipſi verò interim debitas autoris laudes ſibi ipſis vendicant, mendaci ac inuerſo furto, artium inuentores & benefactores ſuos demeritis ſpoliant honoribus, vt medicamentis his technis acquiſitis pro ſuis eò commodiùs & maiori cum oſtentatione vti poſſint. Et his ſanè laureatis Apuleiis, ſiue leonum ſiue vulpium pellibus indutis, ad Balnea Dianæ aditus non ſolũ pręcludi debebat, Pythagora ipſo vetãte cibos in ſcaphium ponendos eſſe: verùm etiam in hortum Chymicum iiſdem ruditer irruentibus, ſelectiſſimas has præberi non conueniebat Lactucas, cum ipſis Tribuli & Cardui ſufficerent: Attamen cum ſtultorum & improborum calumnię, ſecundùm ſapientum virorũ iudicium, magno animo parui faciendæ ſint, & olla feruens muſcarum inſeſſum nõ formidet, meliora me quoque ſperare iuberent quorundã voluntates hu-

maniores & faciliores redditæ, ac Cenſurarum violentię (iniquo veritatis odio depoſito) mitigatæ, quibus vulgo & Magnatibus inuiſa & ſuſpecta reddere talia *Dei* dona conati ſunt: nolui bonos & immeritos experiri damnum ingratitudini ſordidæ alioquin debitum: nec indignitate quorundam veræ & antiquæ Medicinæ ſectatoribus benignos hos occludere fõtes, qui & veterum doctrinam medicam exacto iudicio perpenſam, quotidie ad incudem reuocant, & tempeſtiuâ ab erroribus pœnitentiâ deſiſtentes, Paracelſo etiam (inuidiâ & maledicentiâ fugatâ) ſuum, quem in practica & præparationibus meretur locum, relinquunt.

*Paucorum culpa in multitudinis non debet redundare detrimentum.*

Quamuis autem accuſationum copia ſępe iudicibus faſtidioſa & ſuſpecta extitit, tamen propter mundi iniuſtitiam iſthæc, hoc loco, & his temporibus, vbi iniquitas abundare, & multorum caritas, quam in Chriſtianis pectoribus erga fratres ardere æquiſſimum erat, refrigeſcere cœpit, commemorata, nullo modo ſuperflua & parerga cenſeri debent: neque verò Medicos pia doctrina præditos ſermo hic offēdet, quem de ſolis Superbiæ, Inuidiæ & Ignorantiæ mancipiis, Chymicæ Veritati contra conſcientiam in *Dei* & Naturæ contumeliam, Reipublicęque detrimentum reluctantibus, hîc dictum volo. Antequam verò ipſam Remediorū deſcriptionem aggrediar, operæpretium me nõ exiguum allaturum confido, ſi priùs *Dei*, ſummi auxilio fretus, in hac Prȩfatione Admonitoria quędam pertractē, quę à Philoſophico Medico, ſummo mentis apice & diligentiſſima indagine ſunt perluſtranda.

Et primò, Quænam ſit illa Medicina, ægritudines à corporibus humanis expellẽs, à pauciſſimis Medicis hactenus cognita & obſeruata: cui addita eſt abſoluta Elemẽtorum & Hominis Microcoſmi deſcriptio Philoſophica, Obliuionis ferè Ignorantiæ matris caligine obſita & inuoluta.

Secundò, vbinam illa Vera Medicina lateat.

Tertiò, quòd Corticibus tecta beneficio Vulcani eruenda, & debito artificio præparanda ſit.

Quartò, qua virtute & quo modo in corpus humanum illa agat, & morbos expellat.

Quintò, qualem miniſtrum requirat Medicũ.

Sextò, de Antiquiſſimorum Philoſophorum Medicina vniuerſali & ſumma à multis decantata, à pauciſſimis non dico poſſeſſa, ſed nec viſa, nec credita, Coronidis & Epilogi loco aliquid, in proclamatę Veritatis ſubſidium, agetur.

## I. DE VERA MEDICINA.

*Sirac. c. 34. ſect. 20. cap. 37. ſect. 26. Vide Labyrinthũ medicorum apud Paracelſum.*

VEra Medicina, de qua, implorata priùs diuini auxilij aſſiſtentia, hîc agere decreuimus, merũ eſt *Dei* Altiſſimi donũ: non ab Ethnicis, ſed à ſupremæ vniuerſitatis vnico Rectore, ſolo videlicet Deo, dierũ Antiquiſſimo, & errare neſcio, Luminũ patre, petenda & diſcenda. Ideo nõ ex Creaturis, ſed ex Deo diſcẽda eſt Sapientia, qui omnium Arcanorum conditor ſolus ſcit, quas proprietates cuique creato indidit: Nunquã enim à mortali præceptore aut

litera mortua, tam rectè & commodè diſcitur, quàm ab eo, qui omnium rerum eſt perfectus artifex, ſicuti eſt ipſe Creator ſublimis & glorioſus Deus, à quo ad nos profluit, non aliter atque à radiis ſolaribus calor, qui flores & omnis generis germina producit. Quid enim habet Homo, quod non ſupernè accepit? Omnes per retrogreſſionem diſcunt à primo, & hic à Deo, qui ei ſcientiam creauit.

*Matth.18. Ioh.6. Pſal.58.*

Medicus naſci debet è Lumine Gratiæ & Naturæ ab interno & inuiſibili Homine, interno Angelo, Luce Naturæ, quæ inſtar veri Doctoris homines inſtruit: prout Spiritus Sanctus Apoſtolos linguis igneis inſtruxit: Exercendo confirmatur illa, & in lucem producitur, non ſtabilitur Humana, ſed *Dei* & *Naturæ* inſtitutione: Fundata enim eſt non ſupra figmenta humana, ſed ſupra naturam, quam Deus ſancto ſuo digito ſublunaribus, præcipuè verò Metallis perfectis impreſſit, ideo verum eius fundamentum Deus eſt. Medicina ergo nihil aliud eſt, quàm creata & incarnata miſericordia à Patre cœleſti, egentibus & ærumnoſis mortalibus erogata, vt patiens ægrotus ſenſibiliter videat, & experiatur benignum erga ſe in afflictionibus ſuis Creatoris ſui amorem, miſericordiam & auxilium, ſicque Deus in ſuis mirabilibus glorificetur. Hæc autem vera Medicina ſeu Mumia Naturalis & Naturæ nucleus in vitali ſulphure continetur, totius Naturæ theſauro: & fundatur in Balſamo Vegetabiliũ,

*Fruſtrà enim docet præceptor diſcipulum, qui ad artẽ nõ eſt natus ex Aſtris.*

*Medicina eſt gratia data à Deo, cuius fundamentum non ſunt Academici libri, ſed inuiſibilis miſericordia Dei & donum. Illa inſuper ſcripta quæ vero fundamento ac experientia innituntur.*

*Hæc eſſentia medica vocatur in medicina aurum.*

Mineralium & Animalium, cui omnium actionum in Natura principium acceptum referimus: Illius poteſtate vnicâ, omnes omnium morborum curationes abſolui poſſunt, ſi (vt paulò poſt dicetur) debitè præparata, & ab omnibus impuritatibus ſeparata: legitimáque methodo conuenienter, imbecilli, languenti & proſtratæ Naturæ humanæ, à piè docto adminiſtretur Medico. Huius Medicinæ Fundamẽtum eſt, quantum minor Mũdus, id eſt Homo, cum maiore & extremo conueniat Mũdo: ſicuti per Aſtronomiam & Philoſophiam duos globos ſuperiorem & inferiorem explicantem abundè edocemur. Philoſophia enim docet vires & proprietates Terræ & Aquæ, ſicuti Aſtronomia Firmamenti & Aëris. Philoſophia & Aſtronomia faciunt internum & perfectum Philoſophũ, nõ ſolũ in Macrocoſmo, verũ etiam in Microcoſmo. Neceſſe igitur Macrocoſmi, tanquã parẽtis, diſpoſitionẽ Microcoſmo, filio ſcil. Homini, accõmodare, & Mundanã Anatomiã, cũ Microcoſmi Anatomia debitè conferre. Exterior mundus eſt Theorica Anatomia, ſpeculũ in quo minor mũdus, id eſt Homo, videtur: ſiquidẽ ex ipſo Homine mirabilis & præcellẽtis ſuæ ſtructuræ & creationis, quantũ Medico neceſſaria eſt, cõprehendi non poteſt. Conueniunt autem non formâ externâ, aut corporali ſubſtãtia, ſed in omnibus viribus & virtutibus, prout magnus mundus eſt, ita quoq; paruus, in eſſentia & interna forma planè vnum & idem ſunt, forma ſaltem externa diſcernit Mundum & Hominem. Id nobis euidentiſſimè palàm facit

*Medicina à Deo illuminãte mirabiliter libro Naturæ, id eſt Cælo & Terræ inſcripta, ibi per Chiromantiam & Phyſiognomoniã legẽda & inueſtiganda.*

cit Naturæ Lumen, quod nihil aliud eſt, quàm illius mundi viſibilis cum corpore microcoſmico diuina quædam analogia: Quicquid enim viſibile in Homine latet, hoc in Anatomia viſibili totius Vniuerſi manifeſtatur, quia Natura microcoſmica in Microcoſmo, eſt inuiſibilis & incomprehenſibilis: Ideò in magni mũdi Anatomia viſibili & comprehenſibili, vtpote in ſuo parente omnia manifeſtantur: Parentes Hominis Cœlum & Terra, è quibus vltimò Homo creatus, & qui parentes nouit, & anatomizat, ille Hominis filij, Creaturæ videlicet perfectiſſimę cognitionem veram in omnibus ſuis proprietatibus aſſecutus eſt, quia in ipſo, vt Cẽtro, omnia totius vniuerſi confluũt: & ipſius Anatomia in ſua Natura eſt Anatomia totius vniuerſi. Externus mundus eſt figura Hominis, & Homo eſt mundus abſconditus, quia viſibilia, in ipſo ſunt inuiſibilia, & vbi fiũt viſibilia, tunc morbi ſunt, non ſanitates, ſiquidem eſt microcoſmus, non mundus: Et hæc eſt vera cognitio, vt Homo microcoſmicè viſibiliter & inuiſibiliter ſeu magicè cognoſcatur. Ex vtriuſque Microcoſmi & Macrocoſmi Anatomia vera atque ſolida, cuiuſque ſani & perfecti medici excreſcit eruditio, cui demũ tutò, veluti ſacræ cuidã anchoræ, inniti poteſt: Cõſiderando omnium morborum originem, apparebit, Naturam tam Macrocoſmi quàm Microcoſmi eſſe medicinam, morbum, & ſui ipſius medicũ: Medicus ex Natura, neceſſe eſt vt creſcat, quia in ipſo, ab ipſo, ex ipſo nil eſt, niſi ex Natura, Natura inſtruit medicum non Homo. Et quia

*Sine cognitione Luminis Naturæ ſeu maioris Mundi nullus medicus poteſt habere exactam morborũ & Microcoſmi cognitionem.*

*Macrocoſmus eſt Theoria & ſpeculum Hominis Microcoſmi.*

*Finis Philoſophiæ & Aſtronomię eſt Homo.*

Hominis materia eſt Extractum quatuor Elementorum, oportet vt in ſe habeat familiaritatem cum omnibus Elementis & ſuis fructibus: Imò abſque illis viuere non poteſt. Quis enim mortalium Aëre, Terra, Aqua & Igne, aut fructibus illorum poteſt carere? Deus enim Elemēta creauit propter ſuos fructus, vt hominem nutriendo & medicando ſuſtentent. Omnia ergo Elemēta externa præfigurāt totū hominem, & illis cognitis, cognoſcitur Microcoſmus, ſunt enim ſimilia, & ſunt Microcoſmus, & in quatuor Elementis eſt vna Anatomia, eſſentia, materia, nullum aliud diſcrimen præter formā: Sic in rerum natura eſt Ignis, Aër, Aqua Terreſtris: rurſus Aqua, Terra Cœleſtis: ſimiliter Terrena, Ignea, Aërea Aqua: poſtremò Aëreus Ignis, Aqua Aërea & Terra aërea. Ita quatuor Mercurij genera, & quatuor genera Metallorū, Nix quadruplex, Amethyſti & Gemmæ quadruplices, cuiuſcūque ſemper ſunt quatuor, vnum in Firmamento ſeu Elemento cœleſti: alterū in Aëre: tertium in Aqua: quartum in Terra: Ita Homo quadruplex: Deus enim longè mirabilior in ſuis operibus inuiſibilibus, quàm viſibilibus, teſte Paracelſo, creauit in omnibus quatuor Elementis ad euitandum vacuum Creaturas viuas, inanimatas, (videlicet ſine Anima intellectuali) quadruplices ſcilicet Elementorum incolas, ab Hominibus ad imaginem *Dei* creatis, intellectu, ſapientia, artibus, operationibus & manſionibus diſcrepantes. Aquę ſunt Nymphæ, Vndenæ, Meloſynæ, & harum monſtra ſeu ſpurię Sirenes Aquę innatantes. Terræ ſunt Gnomi,

*Cognitio quatuor Elementorum omnes morbos & curas vnius hominis mōſtrat.*

*Medicinæ cognitio in exteriori mundo ſumenda videlicet ex Limbo, vnde Hominis cognitio etiam dependet. Quodlibet Elemētum ſuā potentiam & operationem in omnibus quatuor Elemētis perficit.*

Gnomi, Lemures, Sylphes, Montani, Zonnetti, quorum monſtra ſunt Pygmæi. Aëris ſeu noſtri mundi aërei ſunt vmbratiles, Syluestres, Satyri, horum monſtra ſunt Gigantes. Ignis ſeu Firmamenti ſunt Vulcanales, Pennates, Salamandræ, Superi, quorum monſtra ſunt Zundel. vt taceam Flagas, quas in multa millia genera diuiſas Theophraſtus Animæ Macrocoſmi incorporatas, in ſuis ſcriptis aſſerit. Sic etiam Quadruplex Medicina: exempli gratia *Cor* Macrocoſmicum Igneum, Aëreum, Aqueum, Terreum, *Cordi* Microcoſmico Hominis in omnibus correſpondens: In Homine enim ſunt omnia vnius operationis: ſic etiam de reliquis membris corporis intelligendum: ſemper enim Microcoſmi filij membra, quadruplicibus membris Macrocoſmi parentis correſpondere debent: Ita deprehendemus, quemlibet morbum & medicinam eiuſdem eſſe Phyſiognomoniæ, Chyromantiæ, & Anatomiæ: Qui huius Fundamenti intellectu caret, non poteſt eſſe probatus medicus: Sic etiam è Veterum ſcriptis compertũ habemus inter Aſtrologos & Chymiologos non modicam eſſe cognationem: Cœleſtis enim Aſtronomia inferioris eſt quaſi parens & magiſtra, quandoquidem eſt vtriſque ſuum Cœlum, ſuus Sol, ſua Luna, ſui alij Planetæ, & ſuæ Stellæ, ita tamen vt Aſtrologia rerum ſuperiorum, Chymoilogia rerum inferiorum rationem habeat. Quicunque è nigris illis Philoſophis diuina gratia fulti *Mentem* conſecuti ſunt, artificioſáque Analogia corporum proprietates in ſuperiori glo-

bo animaduerſas Aſtris & corporibus inferioris globi legitimè accõmodare poterũt, omnes difficultates Philoſophicas, ænigmatica obſcuritate inuolutas, cõpẽdioſâ facilitate veriſſimè aperient, & ad Indos vel Americos nõ ſibi Philoſophandi gratiâ deinceps peregrinãdum eſſe fatebũtur. Prouidẽtiâ enim & bonitate Creatoris factũ eſt vt inuiſibilia reliquorum Elementorũ Aſtra, in ſupremo Elemento viſibili ſpecie repræſentarentur, motuúmque leges, & temporum prædeſtinationes clarè explicarent, quamuis nil ſit in vniuerſa inferioris Naturæ Familia, quod non innatis Aſtris, totam Aſtronomiam officiis prædeſtinatis accommodatam abſoluere poſſit: ſic Æſtatis, Hyemis, Veris, Autumni ſydera, vt doctè P. Seuerinus Danus* annotat, in Terra continentur, in Aqua, Aëre, quæ niſi conſpirarent cum Aſtris Firmamenti (cui ſoli è vulgaribus Philoſophis plurimi errore infelici totam Aſtronomiam aſcripſerunt) ſteriles Cœleſtium vtique accuſaremus impreſſiones in annonæ difficultate. Cœlum namque duplex eſt: Externum, vt omnia corpora Aſtrorum in cœlo Firmamenti, & Internum, quod eſt Aſtrum ſeu corpus inuiſibile ac inſenſibile in omnibus cœli ſtellis: Iſtud corpus Aſtrorum inuiſibile ac inſenſibile eſt Spiritus Mundi, ſeu Naturæ, vt vocat Paracelſus, Hylech, diffuſus in omnia Aſtra, ſeu potiùs ipſe eſt omnia Aſtra: Et ſicuti iſte Hylech in magno mundo omnia Aſtra particulariter continet: ita quoque internum Hominis cœlum, quod eſt Spiritus Olympicus, omnia Aſtra par-

** In ſua Idæa medicinæ Philoſophicæ.*

*Teſtantur Arthritici qui inſtantẽ temporum mutationem præſentiẽtes ſæpè ſuo dolore Vates & Aſtrologi fiunt inuoluntarij: Sic multi ægroti præſentiũt mutationem futurorum in quatuor Elementis, & Elementa Hominis interna præſentiunt mutationes externorum.*

particulariter complectitur. Atque ſic Homo inuiſibilis eſt omnia Aſtra non tantùm, ſed vnum & idem prorſus cum Spiritu mundi, ſicuti albedo in niue. Quemadmodum omnia ab intra ſcaturiunt & procedunt ab inuiſibilibus & occultis, ſic etiam viſibiles corporales ſubſtantiæ veniunt ex incorporalibus ſpiritualibus, ex Aſtris, & ſunt corpora Aſtrorum, & manent in Aſtris, vnum in alio: Hinc ſequitur quòd non ſolùm omnia viuentia, ſed etiam omnia creſcentia, imò lapides & metalla, & quæcunque in vniuerſa rerum Natura exiſtunt, ſpiritu ſydereo ſunt prædita, qui vocatur Cœlum ſeu Aſtrum, Faber occultus, à quo omnis Rerũ procedit Formatio, Figura, & Color. Ab hoc proprio & interno Aſtro (quod Paracelſus vocat Ens ſeminis & virtutis) Sole videlicet microcoſmi, generatur, producitur, pingitur, formatur, & regitur etiam Homo. Quando autem dicimus omnem Formam Rerum fieri ab Aſtris, non intelligendum eſt id de Cœli Carbonibus, viſibilibus, nec etiam de inuiſibili corpore Aſtrorum in Firmamento, ſed de cuiuslibet rei proprio Aſtro: Ideò ſuperius Firmamentum in inferius ſpecificatum non virtutes vel arcana infundit, vt falſa Philoſophia opinatur ſtellas Firmamẽti influere virtutes herbis, arboribus, minimè gentium: Quodlibet creſcens & viuens fert ſuum proprium Cœlum ac Aſtrum apud ſe, & in ſe, ſuperiores ſtellæ ſuo curſu per Zodiacum excitant inferiores creſcentias, prouident ipſis roribus, pluuiis, tempeſtatibus, ſed non influunt Aſtrum internum creſcentium,

*Vt Ratio Aſtra externa regit, ita Medicina Aſtra interna.*

*Aſtrũ Hominis & Cœli vnum ſunt.*

*Formatio rerum eſt in Aſtris ſicuti Ferrum in Imaginatione fabri ferrarij.*

*Par. in Paramiro de Ente Aſtrorum. Hinc natiuitates etiam ſunt erigendæ.*

*Lege Paracelſum in Paramiro de Ente Aſtrorum.*

non odorem, non colores, non formam, ſed omnia ab interiori Aſtro ſeu Fabro occulto proueniunt, & non ab extra: Aſtra externa nec inclinant nec neceſſitant Hominem (ſiquidem non ab aſcendente, nec conſtellatione Planetarum, ſed de manu *Dei*, per ſpiraculum vitæ habemus cõditiones, proprietates, & mores, ideò hominis ratio aſtra externa debebat regere) ſed Homo potiùs Aſtra inclinat, & ſua Magica imaginatione inficit, & impreſſiones lethales cauſatur: niſi enim nos filij magnæ Creaturę, Patrem noſtrum irritaremus noſtris peccatis, maneret mãſuetus erga nos, teſte Paracelſo in Paramiro l.2. de Origine morborum, c.7. Curſus externi Firmamenti cum ſuis cõſtellationibus liber eſt, & à nullo regitur, ita curſus firmamẽti & ſtellarum in microcoſmo (qui non materialiter in ſpiritibus corporum perficitur) cum ſuis conſtellationibus liber eſt, & minimè regitur ab externo Firmamẽto. Sicuti enim nõ poteſt Aër vel Sol, pomum aut pyrum ſupra arborem collocare, oportet vt à centro ad circũferentiam creſcat ex Aſtro interno, è Cœlo interno, multò minùs externum ſuperius Cœlum poteſt influere virtutem creſcentibus: Nihilominus Fructus Aſtrorum ſeu ſeminum Cœleſtium, Aëreorum, Terreſtrium, Aquæ, in vnam Rempub. conſpirarunt, eiuſdem Anatomiæ ciues: quare ſocietate & actionum grata viciſſitudine ſe inuicem mutuò fouent. Hæc eſt toties decantata Aurea Catena, viſibilis & inuiſibilis Naturæ ſocietas, hoc Cœli Opiſque matrimonium, hi Platonis Annuli, hæc abſtruſa in intimis

*Annuli Platonici & Catena Home-*

ſnis Naturæ adytis Philoſophia, cuius adipiſcē- dæ gratia ſcimus Democritum, Pythagoram, Platonem, Apollonium ad Brachmannes & Gymnoſophiſtas, item ad Hermetis columnas in Ægyptum commigraſſe. Hoc ergo fuit Antiquiſſimorum Philoſophorum ſtudium, à Lumine Naturę, ſingulari *Dei* inſpiratione ab ipſis comprehenſum, in quo admiranda & infinita Creatoris noſtri Potentia & incomprehenſibilis elucet Sapientia, ita vt inæſtimabilem eius Bonitatem in Creaturis, & ineffabilium myſteriorum Infinitatem, ſatis admirari & prædicare non poſſimus.

*rica nil aliud ſunt quàm Ordo & Series Rerum Diuinæ deſeruiens Prouidentiæ, Rerum gradaria & concatenata Sympathia.*

Nec hoc ſilentio prætereundum, *Tria* eſſe Rerum omniū *Principia*, quæ in quolibet compoſito reperiuntur. Notiſſimum eſt enim ea, in quæ reſoluuntur corpora naturalia, quoq; partes, ex quibus conſtabant, ab initio ſuę compoſitionis exiſtere: Nullū autem corpus à Natura compoſitum, in plura neque pauciora poteſt artificio ſolutionis partiri, quàm Tria, *Mercuriū* ſeu liquorem, *Sulphur* ſeu oleum, & *Sal*: In his tribus, quodlibet creatum generatur & conſeruatur. Nam Sancta *Triunitas*, per ſuum *Triunum* prolatum verbum *Fiat*, omnia creauit *Triuna* analyſi Spagyricâ teſte: Deus per verbum *Fiat* produxit materiam primam, quę ratione trium Principiorum contentorū primo triplex eſt, & poſtea hæ tres ſpecies ſeparatę ſunt in quatuor diuerſa corpora ſeu Elementa, non aliter ac ſi peritus artifex è Plumbo faciat Minium, Ceruſſam, Vitrum, & Spiritum Saturni. Ita Mundus

cum omnibus creatis corporibus nihil aliud eſt, quàm fumus coagulatus, è tribus ſubſtantiis, vt à Sulphure, Sale, Mercurio: Hæc enim tria ſunt materia, è qua omnia corporalia creata ſunt. Hoc à Spagyris viſibili experientiâ & certificatione incõtradicibili demonſtrari poteſt: In lignis viridibus tria etiam exiſtunt humiditatum genera: Primum aquoſum Mercurio fugitiuo reſpondens, quod lignum à combuſtione pręſeruat: Alterum admodum pingue & ole ginoſum inflammationis & combuſtionis cauſam, inſtar Sulphuris, adminiſtrat: & hæc duo ab igne conſumuntur: Tertium autem vnctuoſum ac quãtitate exiguum, in cinere remanet (Sal videlicet) ſubtile eſt & perenne: Ita etiam materialis corporis humani cauſa eſt Terra triplici illâ Salis, Mercurij, Sulphuríſque ſubſtantiâ ditata: Sal coagulatione corporibus Soliditatem tribuit, Colorem, ac Guſtũ: Sulphur Salis coagulationem benignâ commixtione temperat, dat Corpus, Subſtantiam & Tranſmutationem: Mercurius, qui inſtar Elixiris dat Virtutes, Vires, Arcana, aſſidua vitalis ac vegetatiui liquoris irrigatione, duo priora actionũ frequentia ad ſiccitatem & ſenium in horas feſtinantia fouet, fluidáque ac labili ſubſtantiâ mixtionem omnem facilem reddit. Tria hæc corporum omnium Principia, officiis proprietatibúſque propter virtutis mixtionem plurimum ſunt diſtincta, licèt vnam, ſimilarémque corporum ſubſtantiam ſenſibus exhibent. Quidam Theophraſtęi, qui rerum occultarum pleniùs, examinatiúſque perſcrutati ſunt cauſas,

*Deficiente ſale, id eſt Mumia, res ad vermiũ generationem eſt idonea.*

Quar-

*Quartum* addere ſolent, quod Spiritum vocant, qui quamuis è Mineralibus & Vegetabilib. haberi poſſit, tamen in Animalibus propter ſubtilitatem artificis actionibus nõ ſubjicitur, nec capi poteſt: ſic Sulphur Igni, Sal Terræ, Mercurius Aquæ, Spiritus Aëri responderet. Et quia in Elementorum mentionem incidimus, de illis è compendioſa Seuerini traditione hęc pauca ſubjungemus: Vera Elementa planè ſpiritualia cuſtodes ſunt, nutrices, loca, minerę, matrices, & receptacula totius Creaturę: imò eſſentia, exiſtentia, vita & actus Entium vniuerſorũ. Loca autẽ ſunt Rerum nõ otioſa, ſed ſuis proprietatibus inſtructa, quæ vitam & alimentum exhibent ſuis locatis, id eſt ſeminibus, vt ea de ſe proferant, quæ in theſauris & penetralibus recondita obſeruant. Diſtributa ſunt in globos duos, ſuperiorẽ, Ignem ſeu Firmamentum ſcilicet & Aërem, albumini & teſtæ oui comparandum: inferiorem, Aquam & Terram, vitello oui ſimilem. In his quatuor Naturis incorporeis, inanibus, vacuis, Lucem & Seminales Rerum omnium Rationes Benedictione Diuina ſemel repletas, nec in æternum defecturas, incomprehenſibili Magiâ ex æternis Diuinæ Sapientiæ Theſauris, impoſuit Creator, virtute *Verbi* explicantis vnitam multitudinem, & Spiritus illius qui ſuper Aquas ferebatur: *Principia* corporum adiungens, quibus ceu veſtimentis & domiciliis induerentur, in mundanam hanc ſcenam progreſſura: In Elementorum enim Theſauris inuiſibilibus, tanquam in Abyſſo

*Spiritus Domini ſuper aquas.*

*Geneſ. c. 1.*

„ deliteſcunt *Semina* & *Aſtra* rerum vincula, ab
„ initio Creationis collocata (viſibilia inuiſibili-
„ bus, ſumma infimis coniungentia) & deſtinatis
„ temporibus progredientia, quorum beneficio
„ Elementa conſpirant & conſentiunt, ac totius
„ Naturæ ſympathia cuſtoditur, illorúmque mi-
„ niſterio Mundana Prouincia adminiſtratur, &
„ noua ſobolis ſuffectione æternitatẽ æmulãtur.
„ Sine his Seminibus, quia Elementorum officia
„ explicarunt, adipiſci non poteſt Elementorum
„ cognitio: & vt Semina Elementis, ſic iiſdẽ cor-
„ porum Principia Seminum indiſſociabiles co-
„ mites, nexu indiſſolubili conſerta cohærent, &
„ ad Generationum Lithurgiam incomprehenſi-
„ bili donorum varietate inſtructa ſunt. (Semina
„ enim & Principia Rerũ Generationis & Mul-
„ tiplicationis vim acceperunt poteſtate *Verbi* il-
„ lius, cuius imperio vniuerſa obtemperant:)
„ Quemadmodum autem Semina ab Elementis,
„ vix vlla mentis ſubtilitate ab inuicem diſiungi
„ poſſunt: ſic Corporum Principia ab illis, Natu-
„ ræ legibus nunquam vix vllâ artis induſtriâ id-
que non perfectè ſeparari queunt. Notandum
etiam hoc loco, quòd quædam Elementorum
corpora, proprietatib. magis veſtita ſunt, & ſunt
Arcanis deſtituta, nec habẽt in ſe Cherionium,
„ ſteriles ſunt ſaltem qualitates Relollaceæ, in
„ quibus nulla *poteſtas* ad ſanandos morbos: quæ-
„ dam autem corpora Seminum proprietates
„ imitantur, quæ habent Tincturas, in quibus,
„ quamuis concurrant Caliditates, Frigiditates,
„ Humiditates, Siccitates, ab iis tamen actiones
non

*Hipp. in li. de Antiqua med.* πάντα ἀπὸ δυνάμεων.

,, non procedunt, pro præſentiâ ſaltem aſſiſtunt ,, legatorum comites: in his corporibus ſeparatio poteſt fieri virtutum ab inualido, puri ab ,, impuro. Elementa autem noſtra Elementata, ,, viſibilia quatuor, videlicet Ignis ſeu Firmamentum, Aër, Aqua, Terra, omnium rerum ,, matrices, productrices & receptacula ſunt. ,, Fructus ſunt Seminum, aliorúmque Elementorum perenni fluxu & irrigatione generationibus inſeruientes: Ex tribus primis etiam ,, ſunt compoſita, & in eadem reſoluuntur: Tria ,, etiam nunc dicta in qualibet matrice repe, riuntur, & quolibet cuiuſque matricis fœtu. ,, Anima in Homine eſt Elementum Igneum ,, Cœleſte: partes ſolidæ & ſpermaticæ ſunt Terra: partes humidæ vt Sanguis & alij Humores ,, ſunt ex Elemento Aquæ: Aër eſt totum, quod ,, vacuum eſt, & vbi nulla eſt ſubſtãtia. Sed hæc, ,, vt iam dictum, audienda ſunt de Elementis ,, Elementatis (vera enim Elementa ſunt ſpiritualia) quia minima quæque Semina mundanam Oeconomiam æmulantur, & adumbratam Elementorum ac principiorum analogiã ,, oſtendunt: atque hoc pacto Rebus omnibus ,, ineſſe Elementa fatemur, eáque miſceri & cõſeruari beneficio Balſami & Radicalis Tincturę: Sic Aqua ipſa, quatuor Elemẽtis inſtructa, fœcunda nutricatione, & multiplicatione ,, Semina ſua fouet. Hæc è Seuerino hactenus allata, quia iniecto puluere oculis non attentè legentium caliginem & tenebras offundere poſſunt, Elementorum doctrinam lucidiorem

*In Animãtibus Terrã referũt Oſſa, Caro Aërẽ, Spiritus vitalis Ignem, Aquã verò Humores.*

ſubiungemus. Verus Philoſophicus Medicus diſcens doctrinam quatuor Elementorum ſeu quatuor mundi columnarum, ſeipſum ſaltem cognoſcere diſcit & illud ex quo ortum habet, ſicque ab Externo cognoſcit Interni fabricam, veram videlicet maioris & minoris mundi Anatomiam. Terra vt dictum cum Aqua eſt Cẽtrum: Aër circulariter ambit Aquam & Terrã: Nouem Sphærę vel Firmamentum cum omnibus ſtellis ſunt Ignis. Vera Elementa, cum ſuis propriis Aſtris non ſunt viſibilia, aut ſenſibilia, ſed ſicuti Anima in Corpore eſt inſenſibilis, ita etiam Elementa in ſuis corporibus. Corpus Elementorum eſt res mortua & tenebricoſa: Spiritus eſt vita, & diuiſus eſt in Aſtra, quæ ſuas creſcentias & fructus de ſe dant: Et vt anima ſuum corpus à ſe ſeparat & in illo habitat: ita etiam hæc Elementa ſpiritualia in ſeparatione rerum omnium excreuerunt à ſe corpora viſibilia per ſeparationem. Caliditas potentialis ſeparat à ſe ſtellas, vt herbæ in Terra flores à ſe ſeparant: Humiditas Aërem, Frigiditas Aquam, Siccitas Terram: hoc eſt, ex Elemento Terræ prodiit corpus Terræ: ex Elemento Aquæ emanauit corpus Aquæ: ex Elemento Aëris effumauit corpus Aëris & compactum eſt in ſua Natura: ex Elemento Ignis emicuit corpus Ignis, & compactum eſt in ſua ſubſtantia, Cœlum videlicet viſibile. Ex his corporibus Elementorum, tandem prodeunt ac proueniunt creſcentia: & ex his demum fructus mediantibus & operantibus

*Ex Elementis formatæ ſunt omnes creaturæ: Aëri attribuuntur animantia, Terræ vegetabilia, Aquę mineralia. Ignis vnicuique dat vitam.*

*Quatuor matrices Rerum.*

*Omne Productum ſeu Creſcens diuerſum eſt & ſeparatũ à ſua matrice generãte, vt piſcis ab Aqua.*

Astris: Nã omne corpus viſibile non eſt à ſe, nec ex ſe, ſed à ſuo inuiſibili Elemento & Astro. Ex Corpore Igneo emicuerunt astra viſibilia, ſeu ſtellæ in Firmamẽto: ideò Ignis eſt nutrimentũ & conſeruatio ſtellarũ, teſtatur Noſtoch, quod Igne veſcantur, & eundem à ſe excernant denuò, licèt in inferiori aëre ſupra terram in mucilaginoſam materiam vertatur. Ex corpore Aquæ creſcunt Metalla, Salia, Mineralia. Ex corpore Terræ creſcunt Arbores & Herbæ. Noſtra viſibilia Elementa ſunt aliorum ſaltem corpora & domicilia, & vim illorum impediunt & remorantur. Omnia enim, quæ viſibili corpore copulata ſunt, ſuffocant & frangunt vim, potentiam, & operationem interni ſpiritus. Terra eſt duplex, Externa viſibilis, Interna inuiſibilis. Externa non eſt Elementum, ſed eſt corpus Elementi, & eſt Sulphur, Mercurius, Sal: Elementum autem Terræ eſt vita & ſpiritus, in quo Astra Terræ iacent, quæ per corpus Terræ producunt omnia creſcentia: Terra enim, licèt videatur mortua, nihilominus in ſe cõtinet omnium rerum ſemina, ſeminaléſque virtutes: Ideo ipſa dicitur Animalis, Vegetabilis, Mineralis, quæ ab omnibus reliquis Elementis fœcundata, omnium ex ſe ipſa eſt genitrix: Sic arbores, herbæ, gramen, flores, fungi & omnia Terræ creſcentia ſunt corpora Astrorum, & fructus Terræ, ex inuiſibilibus Astris ferunt ſuos fructus, vt flores, pira, poma, ceraſa, & quilibet horum fructuum iterum eſt Astrum & Semen.

*Ex quo quid naſcitur, ex eodem etiam cibatur & conſeruatur: Ita halec extra aquam citò moritur. Hãc Regulam etiam Theologi & Medici ſibi applicent.*

*Terra per ſe mortua, ſed Elementum eſt inuiſibilis occultæ vitæ.*

*Tanta Elementi Aquæ poteſtas, vt ne ſpiritualis Regeneratio fiat ſine Aqua, ſicut Chriſtus ad Nicodemum dicit.*

*Ignis noſter non eſt Elementum, cũ inſtar mortis omnia conſumat.*

*Cælum eſt Quartũ & primũ Elementum reliqua omnia in ſe concludens, quemadmodum teſta ouum.*

*Nullum Elementum altero carere poteſt, ſed ſemper commixtio quatuor Elemẽtorum in generatione omnium rerum reperitur.*

Aqua etiam duplex eſt, Corpus videlicet, quod eſt Mercurius, Sulphur, & Sal: Elementum autẽ eſt vita & ſpiritus in quo Aſtra Aquæ continentur, quæ inſtar matris è ſua abyſſo proferunt omnia mineralia, ſalia, metalla, lapides, gemmas, arenas, & omnes Aquæ fructus, qui tamẽ è Terra effodiuntur. Cuiúſque enim Elemẽti Aſtrum in peregrina regione & matrice parturit, ſuóſque fructus deponit: Et inſigni prouidẽtia cuncta videntur ad Terram declinare, eiúſque fœcunditatem promouere. Sic Firmamenti fructus in Aëre abſoluuntur, hinc inferiori globo communicantur, ſicuti nix ex Igne generata in Aëre & Terra reperitur. Aërei fructus ex Centro ad circumferentiam procedunt, ibi coagulationem & perfectionem conſequuntur. Aquæ ſemina in Terræ gremio pariunt, deinde ad ſuperficiem tendunt: Terra verò in hanc circumferentiam, in qua viuimus, vigemúſque, fructus ſuos educit: Granum enim in Terra productum, colligitur in Aëre ſuper terram: Ita vniuerſorum Elementorum procreationes ad humanam Prouinciam veluti ad deſideratum terminum voluntario feſtinant impetu, & benigna irrigatione, omnes Naturæ partes fouent: Sic etiam æternæ legis immutabili decreto fieri videmus, Aquam non plus producere, quàm Terra enutrire, Aër fouere, & Ignis abſumere poſſit. Ita Aër duplex eſt: habet etiam ſuum Elementum in ſe, tanquam inhabitatorem: Balſamum eſt omnium creatorum, & vita reliquorum trium

Elemen-

Elementorum, nec ſubtilius Elemētum à Deo creatum, quod per ſe viuit, & omnibus dat vitam, ſine quo nec Firmamentum, nec Aqua, nec Terra poſſent ſuos fructus producere: imò Ignis ſine Aëre non poſſet ardere, multò minùs Ignis Creſcentiæ Cœli videlicet Carbones lucere. Similiter Firmamētum ſeu Ignis etiam duplex eſt: & habet in ſe ſuum Elementum tanquam inhabitatorem, & illud Elementum habet in ſe omnia Aſtra & ſemina: Ignis enim Elementum ſeu Firmamentum corporeum, ex ſe emiſit corpora ſtellarum, Solis, Lunæ, & Planetarum. Sicuti autem ex Terra creſcebant herbæ, flores & arbores, & manebant in Terra, ita etiam creſcebant (tempore Creationis) ex Cœlo corpora ſtellarum, & manebant in Firmamento ſeu Cœlo, in ſuis orbibus natantia ceu volucres in Aëre. Duodecim ſigna Cœleſtia in Zodiaco, cum aliis ſtellis in Cœlo ſunt fructus Ignis, veniunt ex inuiſibilibus Aſtris Ignis: Quô enim Firmamentum ſubtilius eſt Terrâ, eô fructus eius aliorum trium Elementorum fructus ſuperant ſubtilitate & operatione: Sic Septem gubernatores mundi nihil aliud ſunt, quàm fructus Ignis: Ex Elemento Ignis ſeparati ſunt, & per ſeparationem creuerunt, vt in Terra flores vel herbæ, ſed flores manent in Terra, in ſuo loco immobiles, ſtellæ autem in Firmamento minimè, ambulant enim in Igne, & DEI Prouidentia natant illa Sphærica corpora in ſuis orbibus, ſicut piſces in Aqua, pluma in Aëre, habéntque ſuum nutrimentum à

*Par. in Paramiro de Ente Aſtrorum dicit Aërem ante omnes creaturas creatum.*

*Omnia humida à Sole attracta è Terra conſumuntur in aëre, cuius fructus ſunt ſpecies Tereniabin Mannæ.*

*Elementum Ignis ſecundùm Paracelſum eſt Firmamentum Cœli.*

*Sicut in Terra flores ſtellarū colores: Ita ſydera in Cœlo Terræ pratum extendunt.*

Cœlo. Sunt etiam duplices, vt omnia alia creata, viſibile eorum corpus oculis videmus tanquam lucentem lucem, inuiſibile Aſtrum ſeu ſpiritus ſydereus in ſtellis aſpectum noſtrum fugit: Ita Solis corpus verè non eſt Sol, ſed ſpiritus in corpore latens. Idem etiam de Homine audiendum. Porrò quatuor dictorum Elementorum Aſtra ſunt ſemina in quatuor matricibus, ſempérque duo ſunt ſimul & in vno, vtpote Corpus & Aſtrum, Inuiſibile ac Viſibile: Corporale creſcit è Spirituali, manétque in eo, ac ita propagantur Virtutes Inuiſibiles, Semina, Aſtra, per Corporale Viſibile in multa millena millia: ſicuti Ignis ſe augmentat in ligno, vel in materia conuenienti ſemper vnus Ignis ex alio oritur, Angeli ſe augmentare non poſſunt, quia nõ habent corpus: Homo ſe augmentare poteſt mediante corpore. Omnia creſcentia, herbæ, arbores, piſces, aues, animalia, poſſunt ſe augmentare beneficio corporis hoc modo (Semen enim vel Aſtrum ſine corpore nil facere poteſt) quamprimum vbi Semen vel Aſtrum moritur, & putreſcit in ſua matrice, tunc Aſtrum progreditur in nouum corpus, & multiplicat ſe, vt Chriſtus ſimilitudine & exemplo Naturæ ipſe vtitur, & inducit granum Tritici, quod in Terram proiectum morte putreſcit, & demum fert multos fructus ſeu grana, quæ eandem vim habent quam habuerũt priora, de quibus deſcendunt. Putrefactio conſumit & ſeparat veterem Naturam, ac educit nouum fructum. Ideo Vita æterna non poteſt eſſe in aliquo corpore, niſi priùs fuerit mortuum, quia

quia mors eſt cauſa glorificationis ipſius corporis in Vita æterna, ſicuti corruptio eſt cauſa nouellæ generationis Diuinæ ſubſtantiæ: Vita prima herbarum & medicamentorum moriatur neceſſe eſt, vt per Putrefactionem & Regenerationem operâ Chymici habeatur Vita ſecunda, in quâ Tria Prima cum ſuis arcanis viribus Medico neceſſariis ſe demum manifeſtant, nam abſque Regeneratione nullum Medicinæ Arcanum, quod ſine omni qualitatum complexione conſiſtit, haberi poteſt. Cognito itaque externo Mundo cognoſcit Philoſophicus Medicus etiam Hominis Corpus Phyſicum à Terra nutrimentum capiens, & Sydereum à Firmamento victitans, nempe Corpus Phyſicum nil aliud eſſe, quàm Sulphur, Sal & Mercurium (omnia enim Corporalia, vt paulò antè dictum his tribus continentur) & videt creſcentia non ex quatuor Corporibus viſibilibus, nec humoribus quatuor, ſed ex ſemine oriri inuiſibili, ſicuti herba aut arbor è ſemine creſcit. Nō Anatomia Localis Microcoſmi & cadauerum, ſed Anatomia Eſſata & Elementata mundi & microcoſmi oſtendit morbos & Recepta: Mēbra magni mundi ſunt Remedia membrorum microcoſmi, concordando externam & internam Anatomiam, non gradus contra gradus: Quemadmodum vna Anatomia viri & mulieris: ita etiam vna Anatomia morborum & medicinarum. Sicuti in Homine Homo morbi, ita etiam in Medicina Homo Medicinæ.

*Anatomia morborum corporis ex Aſtris internis petenda, ſeu impreßionibus cauſantibus medico magis neceſſaria quàm illa Localis cadauerum.*

*Baſis verorum medicorum, Morborum & Rerum Anatomia.*

Ac licèt arcana Herbarum virtus ſeu ſtellæ Cœli medici nobis notæ ſint, potiſſimùm tamen etiam conſiderandum eſt Medico, vt ſciamus Naturæ Concordantiam, videlicet quomodo Aſtrum Medicinæ ſeu Cœli magici cum interiori Hominis Aſtro & Olympo concordandum ſit, propter hanc ſimilem Anatomiam Mumia ſiſtit ſanguinem Humanum. Luſcinia morbis aranearum obnoxia eſu illarum reſtituitur: Externum enim ducit ad Internum: ſicuti eſt in magno mundo, ſic etiam in paruo: Qui igitur cognoſcit creſcentia & Fructus Terræ, herbarum, arborum, quòd videlicet omnia è ſemine vel aſtris progrediantur, ille ſimul cognoſcit in Corpore Phyſico tam varios morbos latere, qui morbi non ex quatuor fictitiis humoribus ſeu qualitatibus, ſed propter Analogiam maioris & minoris mundi è ſemine veriùs oriuntur: morbis magni mundi cognitis, non ſunt morbi microcoſmi incogniti: Quot ſpecies mineralium in Mundo, tot etiam in Homine: Tot enim genera morborum, quot ſpecies, corpora & ſemina creſcentium: Numerus morborum non ſcitur, niſi quis ſciat numerum omnium creſcentium. In Elementis enim Humanæ Naturæ conſentaneis, Semina fouentur, & Aſtra Cœleſtia, Aërea, Aquatica & Terreſtria, quæ digeſtis decretiſque temporibus fructus producunt ſanitatis vel morborum nuncios: Sic ergo tria prima ſunt cauſa omnium morborum: In quocunque enim corpore illa per vnionem conueniunt, illud verè ſanum

*Cauſa & ſubiectum morborum. Ex mineralibus microcoſmi (quæ Iliadus omnia in ſe cōtinet) multi oriuntur morbi.*

*Morborum origo ex tribus primis in quæ Aſtra poſſunt aliquid imprimere, quemadmodum Ignis in lignū aut ſtramen, vel crocus in Aquam.*

ſanum iudicari poteſt: in quo verò non (ſiquidem Sanitas in Temperatura conſiſtit) morbum & mortis primæ radicem ſubintraſſe planè ſtatuendum eſt. Morbi hereditarij è ſemine vel Aſtris producti, partim vocantur Elementares, quia qualitatibus calidis, humidis, frigidis ſe manifeſtant: Alij, quorum maxima pars Aſtrales ſeu Firmamentales, qui oriuntur è Firmamento Hominis, quod in Homine non minùs integraliter continetur ſicut Elementa: Et vt corpori viſibili creſcit ſuus cibus à Terra: ita etiam ſydereo Hominis ſpiritui ſeu Homini inuiſibili, (qui exterioris domus incola eſt) ab Aëre & Igne ſeu Firmamento externo creſcit ſuus cibus, videlicet ab Igne Firmamenti, vt artes omnes, opificia, linguæ, facultates: Cœlum enim eſt pater & doctor omnium artium, excepta Theologia & Sancta Iuſtitia, quæ non ab Aſtris, ſed immediatè à Spiritu Sancto diſcuntur: Nam omnes Credentes & Renati manent incogniti & occultati Aſtronomo, vt videre eſt in Paracelſi Philoſophia Sagaci. Quemadmodum enim Magnes ferrum attrahendo ſpiritum Martis exugit, relinquendo æruginem, ita Homo habet duplicem Magnetem ratione corporis, partim enim Aſtra ad ſe trahit, & prout Apes è floribus & herbis mel, ita ex illis ſuum cibum exugit, Sapientiam videlicet mundanam, ſenſus, cogitationes: partim verò ſua vi attractiua ab Elementis allicit quotidianum nutrimentum carnis & ſanguinis ſui: Ac ſicuti corpus Elementale attrahit Elementaria corpora per famem & ſitim, ita ſpiritus ſydereus

*Morbi Elementares Elementaribus Remediis, Aſtrales Aſtralibus curentur: De his Aſtralib. Remediis Sagaci & Adepto Medico notis Galenici nil intelligunt.*

*Mors demonſtrat hominem bipartitum in Externũ & Internũ: In Externo, qui eſt puluis & terra, latet morbĩ materia, & illud quod nos affligit: Ideò à ſimilĩ medicina petenda, & Spagyricè à fæcibus ſeparanda: Internus & Aſtralis Homo habet etiam ſua medica-*

*menta Medicinæ Adeptæ cognita.*

Hominis à radiis ſuperiorum ſyderum, omnes artes, ſcientias & facultates, omnémque Sapientiam humanam: Firmamentum enim eſt Lumen Naturæ quod Homini omnia naturaliter influit. Porrò Aſtra ſeu Elementa (quæ ſpiritus ſunt) ſunt ἄποια, id eſt ſine qualitate, nec calida, nec frigida, nec ſicca, nec humida, ſed producta ex ipſis ſunt qualitate prædita. E Terra enim prouenit Papauer, Opium, Lolium frigidum: Flãmula, Perſicaria calida. Ex Elementis námque contraria creſcunt. Ex Igne creſcit Nix, Pluuia, Ros, Iris, Venti, Tonitru, Grando, Coruſcatio, & ſimiles meteoricæ impreſſiones omnes, ab Archæo Firmamenti ex tribus primis productæ. Sunt enim fructus & egeſtiones, vt loquitur Paracelſus, ſtellarum Firmamenti: imò ſunt fructus inuiſibilium Aſtrorum, quæ in ſtellis ſunt, & inuiſibile viſibile faciunt: Stellæ enim inſtar arborum Terreſtrium ſuos fructus ſuppeditãt. Inde manifeſtè liquet, quòd morbi non curentur per contraria, quaſi calor deberet frigus pellere, ac ſi Elementa ex Homine eſſent expellenda: verùm per arcana vel Aſtra quæ Medicus beneficio Chymiæ ex materia vltima in primam reducere poteſt: Et hęc arcana nec frigida nec calida ſunt actu, tollunt omnes morbos ſicuti ſecuris arborem cædit, quæ nec frigida nec calida eſt: Eiuſmodi etiam ſunt Quintæ Eſſentiæ, Magiſteria, & ſimilia.

*Ex quo quid naſcitur, ex eodẽ etiam cibatur, nutritur, viuit, ſeruatur, ſanatur, ægrotat, punitur & moritur.*

Nunc

*Nunc de* HOMINIS *Microcoſmi* GENERATIONE, DIGNITATE *ac* EXCELLENTIA *aliquid, auxiliante* DEO, *dicturus ſum.*

SIcuti ſumma Philoſophia eſt animum illuſtrans ſe ipſum rectè noſſe, ita extrema Turpitudo atque morbus animi peſtilentiſſimus ſe ipſum ignorare. Ignorantia, ait Triſmegiſtus ad filium Tatium, eſt maximus hoſtis, & primarius vltor intra vnũquemque. Væ tibi Homo, qui negligis immenſum patrimonium & talentum ac depoſitum tibi commiſſum, ſeu Theſaurum in vaſe fictili reconditum & effodiendum non animaduertis: Non vides DEUM in temetipſo, quem mundus non videt, nec recipere poteſt, licèt nobis intimior ſit, quàm nos nobiſmetipſis ſumus, ſiquidem in medio cordium noſtrorum DEI ſpiritus habitat. In rei veritate, toto vitæ curriculo, nil aliud diſcere poſſumus, quàm Diuinum illud è Cœlo delapſum: Γνῶθι σεαυτόν: Agrippa ergo piè & doctè diſſerit, Veram viam (ſecundùm Apollinis Delphici oraculum præ foribus eius templi ſcriptum) ad veram Sapientiam, perpetuámq; Beatitudinem conſequendam, ſi te ipſum cognoueris, quia eſt in Homine omnium rerum, naturarúmque Vera & Realis poſſeſſio: inſuper vel ipſius omnium Creatoris peculiaris perfectáque Imago: Ideo oportere omnium rerum ac naturarum ipſiúſq; Creatoris Cognitionem (in qua ſolum vera Sapientia Beatitudóq; conſiſtit) à ſeipſo primùm exordiri: ſic quòd Homo

*Altiſſima & vtiliſſima ſcientia eſt* DEI *cognitio & ſui ipſius probè cogniti despectio.*

*Luc.16.*
*Paul.2.Corinth.4.*
*Ioh.14.ſect.17.20.*

*Prima* DEI *cognitio ſcire quid Homo ſit.*

*Aug. Pſ.39. Qui enim ſe nouit, Deum nouit, quia Deus nuſquam vult habitare, quàm in Homine, vbi maximè conſpicuus.*

intelligens ſe ipſum, in ſeipſo, tanquam in quodam Deifico ſpeculo intueatur, intelligátque omnia, quo nomine Dauid Pſalmo 139.* dicit, *Domine mirabilis facta eſt tua ſcientia ex me.* E contra, qui ſeipſum ignorauerit, nullarum rerum veram, intrinſecámque ac eſſentialem cognitionem habere poſſit, ſed ſimilis brutis animantibus, quicquid extra ſe cognoſcit, extra ſe permanebit: Nulla enim cognitio, ſiue à Cœlo influxa, ſiue ingenij labore terrænáque diligentiâ acquiſita, perpetuò manebit in anima, ſed obliuioni ſubiecta tranſibit, niſi ſola illa, quæ in abdito Intellectu Eſſentiali cognitione intrinſecus recepta eſt: Ipſa autem Eſſentialis intrinſeca cognitio non eſt ex Carne & Sanguine, nec in multitudine Librorum & lectionis, nec in pluralitate Experientiæ & antiquitate dierum, nec in perſuaſionibus Humani Verbi, & contentione Rationis, ſed in ipſa paſſione Diuinorum, non in diſcendo, ſed in patiendo Diuina, Hominis Mens perficitur. Totum ſitum eſt in cognitione, quia ſumus ex omnibus & omnia in nobis portamus, non aliter vt ipſe DEVS Pater noſter. Filius æqualiter poſſidet omnia cum Patre ſuo: Omnia ergo bona Naturalia & Supernaturalia antea ſunt in Homine, verùm vt per peccatum obtenebratur in nobis Diuinus ille Character, ſic expurgato & expiato peccato, rurſus ille magis magíſque illuceſcit: Concreata eſt nobis omnium Rerum Notio, & in meditullio ſpiritus latent cuncta, ſaltem opus eſt excitatione noſtri à ſtertore & ſomno, qui per peccatum obdormiuimus

*Ab intra videmus Deum.*

* *Sect. 14.*

*Dionyſ. in lib. Diuinorum Nominum.*

*Ioh. 17. ſect. 11. 12.*

*1. Iohan. 4. ſect. 17.*

in donis à Deo oblatis, vt nec videamus, nec ſentiamus, aut credamus illa bona eſſe in nobis præſentia: Eſt enim Humanus Intellectus maximarũ diſciplinarũ capax, vel vt Platoni placet, priuſquam corpori iungatur, omnium ſcientiarum plenus, qui corpore oppreſſus latet, vt ignis ſub cinere ſopitus, ſed ab humoribus iam dictis excitatus & commotus ſplendet, & quæ ſuis Theſauris delituerant, oſtendit opes. Niſi enim omnes Theſauri Cœleſtis & Terrenę Sapientiæ antea eſſent in nobis, certè Chriſtus non iuſſiſſet nos quærere, nec poſſemus inuenire, ſi nihil eſſet à Deo nobis datum aut depoſitum. Nobis ipſis igitur probè cognitis in vtroque Lumine, ſecundùm Spiritum & Naturam, tunc ope Diuina intrauimus ianuam apertam in nobis, & ante oſtium cordis pulſanti Deo aperuimus, viuentes ſecundùm *Dei* voluntatem, omnia habemus neceſſaria ad præſentem & æternam tam ſapientiam quàm vitam: Et ex hac ſui contemplatione & cognitione ſedula, oritur etiam immediatè vera *Dei* cognitio (neutra enim ſine altera exacta & abſoluta eſſe poteſt) & poteſt Homo bonam, magnámque partem cognitionis eius Qui eſt, ex ſui ipſius conſideratione venari, ſiquidem omnes ad *Dei* cognitionem, pro data capacitatis gratia obligamur. Dionyſius ait, Nos Deum non ex ipſiùs Natura cognoſcere poſſe, ſed ex Creaturarum omnium ordinatiſſima diſpoſitione ab ipſo producta, vt imagines quaſdam ac ſimilitudines Diuinorum ipſius Exemplarium

*Lumine Naturæ bene cognito, cognoſcitur Deus.*

*Apoc. 3. ſect. 20.*

*Inexcuſabilis eſt Homo, qui ignorat Deum: maledictus autem, qui illum agnoſcens non veneratur.*

*Ioh.17. ſect.3.*

præ ſe ſerētes. Homo qui Deum ignorat, à Deo ignoratur, & qui relinquit *Dei* notitiā, à Deo relinquitur. Ignorantia autem *Dei*, omniū malorū fons, omnium ſcelerum radix eſt, per quam omnia vitia conualeſcunt & augentur: Sicuti è contra in omni probitate & innocentia, omniū rerum cognoſcere & amare Principium ipſum, omnium Creatorē Deum, ſumma pietas, ſumma iuſtitia, ſumma ſapientia, ſummáque Hominis felicitas eſt. Eam ob cauſam Saluator noſter verè dicit, Hanc eſſe Vitam æternam, vt Patrem Verum Deum *Cognoſcant* Homines, & *Ieſum Chriſtum*, videlicet vt Trinitas in credente agnoſcatur & colatur, quæ cognitio ſola affert vitā æternā: nā ambulans in Vita Chriſtiana naſcitur Filius *Dei*, natus Filius *Dei* neceſſariò habet Patrem, habens Patrem obſignatur Spiritu Sancto: Qui autem cognoſcit Filium, etiam nouit Patrem, nam hi vnum ſunt. Cognitio *Dei* eſt Beatitudo & Vita Æterna, nam qui Deum in Chriſto cognoſcit, fit habitatio & Tēplum *Dei*, & ſic Deificatur, fit enim filius *Dei* ex Deo natus: Et ſicuti per cognitionē Mūdi viſibilis peruenimus ad cognitionē Opificis inuiſibilis, ita ex Chriſto viſibili ſeu vita Chriſti diſcimus noſſe Patrē, nā eſt Via ad Patrē: ſicuti autē nemo poteſt venire ad filiū, niſi audiat & diſcat ex Patre, ita nemo rectè poterit cognoſcere Mūdi machinam niſi doctus à Deo: Hinc patet Ethnicorū ſcripta de Natura plerúnq; falſa eſſe, quibus Philoſophia & reliquæ facultates cōtaminatæ & deprauatæ ſunt. Vanum ergo eſſet

*Quò quis magis cognoſcit Deum, eò magis ipſum amat, & eò firmiùs credit in ipſum, & qui amando credit Deo eidem adhęret, & qui Deo adhæret, fit vnus ſpiritus cum ipſo.*

ſcien-

ſcientiam ab illis quærere, qui in inquirendo omnem ſuam ætatem conſumpſerunt, ac tempus & induſtriam perdiderunt, nec vllam veritatem inuenire potuerunt, licèt plurimi illorum ex ignorantia magis, quàm malitiæ errore ducti & abrepti fuêre, Luce Veritatis illis nondum exortâ, Lumineque Naturæ à Spiritu Sancto necdum accenſo. Omnis vera Philoſophia cum reliquis facultatibus è Sacris literis fundari debet, & redire in Deum, vt ſemen inter ſpinas ob defectum Solis apud Gentiles ſuffocatum, apud Chriſtianos Renatos ad perfectionis complementum deueniat: ad perfectionem omnium artium requiritur Renaſcentia, & Vera Philoſophia debet eſſe fundata ſupra lapidem angularem Chriſtum: Quapropter ſummoperè nobis cauendum eſt, ne permittamus Ethnicorum errores Philoſophicos ſupra Chriſtianæ Philoſophiæ rationes militare. Soli namque Chriſtiani, quibus Veritas inſita eſt, ſemen ex Deo ad Philoſophiam beneficio Regenerationis Ethnicis denegatæ habentes, verè & ſine errore & Philoſophari & reliquas facultates rectè tractare norunt: Poſt effuſum enim Spiritum Sanctum, Credentes poſſunt eſſe ex Deo docti. In ſumma, in Cognitione *Dei*, totius mundi Theſauro omnia ſita ſunt, adeò vt ſine hac nemo poſſit venire ad Vitam æternam: Nam cognitionem ſequitur Fides, Spes, Amor, Amorem ſequitur Adhæſio, Adhæſionem ſequitur Vnio, in Vnione ſita eſt Beatitudo & Sapientia.

*Theologia enim eſt Fōs Naturalis & Supernaturalis ſciētiæ.*

Hanc Regenerationem intra ſecreta religioſi
*In Pæmandro.* pectoris ſui ſilentio tectam ſacer *Hermes* & alij
corde mundi, & vitâ ſancti viri, ante Incarnatũ
*Verbum*, per Spiritum Sanctum illuminati, meliùs
cognouerunt, quàm è noſtris plurimi, qui
ſe Chriſtianos vocare ſolent, & malunt potiùs
*Dei* cognitores quàm amatores videri. O ma-
*1. Ioh. 4.* gnum miraculum! Homo cuius animus Deo
*Sap. 1.* per Chriſtum vnitus, veram poſſidet omnium
*Ioh. 17.* rerum Sapientiam, & omnium Arcanorum cognitionem
abſolutiſſimam.

Porrò qui cognoſcit ſeipſum, Fundamentaliter
cognoſcit in ſe omnia, ac intra Tempus &
Æternitatem locatus Supra ſe contemplatur
Deum æternum Creatorem ſuũ, ad cuius ima-
*Anima enim DEI proles & Imago.* ginem & ſimilitudinem cum reliquis Angelis
eſt amore imperſcrutabili conditus: Iuxta ſe
nouit Angelos æuiæternos pares ſocios & co-
*Apoc. 22.* mites, à quibus corpore, & futuro iudicio ſaltem
diſcriminatur: Infra ſe magnum videt Mundum
viſibilem, cuius ſimulachrum gerit, & omnes
Creaturas, cum quibus ſymbolum habet, videlicet
Parentem ſuum ex quo natus eſt ſecundũ
externum & mortale corpus. Natura enim
Homini verſatilis & verſipellis ingenij vero
*Siracid. 15. ſect. 14.* *Proteo*, flexibilem indidit animum, vt in medio
huius mundi Paradiſo conſtitutus, Diuinâ coo-
*Ier. 21. ſect. 8.* perante Gratiâ, Surſum ſe erigendo in Quietum
Angelum regenerari, vel fortunæ ſuæ faber
deorſum ſerpendo in Inquietum Brutum degenerare
poſſit. Sed Creatura Rationalis libera,
*Gen. 2. ſect. 17.* neglecta paterna admonitione, & obedientia

debi-

debita, inſtar Furis & Latronis è medio ad ſeipſam reflexa, ſpreto Creatore, ſuum *Malum* & proprium Nihil, voluntario damno & exitio experta eſt: Et ita abutens indulgẽtiſſimi Patris liberalitate, quam dederat ille liberam optionem è ſalutari ſibi noxiam fecit, & non contentus ſua ſorte more Luciferi ambitioſè appetens altiora ex oppoſito ſe locans contra Deum, tandem ex deliciarum horto, inſperata metamorphoſi in hanc lachrymabilem & tenebroſam Miſeriæ & Ignorantiæ vallem deiectus fuit. Primus enim Homo relictus in manu conſilij ſui ſponte ſua, à recto calle declinauit in extremum Miſeriæ gradum, & vtriuſque Boni & Mali poſſeſſionem in ſui perniciem appetiit, prout Hermes & Moyſes ſufficienter demonſtrant. Homo, mundi copula, vltimum animal admirandum & honorandum ſexto die loco lapſorum Angelorum poſt reliqua omnia è *Limo Terræ*, ſeu totius mundi machina viſibili è Cœlo ſeu Cœleſtibus Sphæris & Terra compacta, videlicet è ſubtiliſſima Eſſentia totius machinæ mundi in vnum corpus concentrata, extrahitur & formatur à ſummo Spagyro in formam corporalem: nimirum è præſtantiſſimo Compoſito & ſubtiliſſimo Extracto totius mũdi, ex Centro omnium circulorum: Ideò Nazianz. de Hominis opificio, Homo à Deo poſt reliqua factus vt Deus in ipſo exprimeret, ſub breui quodam compendio, quicquid diffuſè antea fecerat, omnia videlicet membra totius mundi. Quemadmodum enim tota Oratio ex alphabeto & ſyllabis: ita Microcoſmus

*Arrogãtiò enim alterius bonorũ, neceſſariò duo incommoda affert ſecum, Furtum videlicet & ſui ipſius Latrocinium & mortem.*

*Lapſus eſt defectus ab Vnitate ad alteritatem.*

*Creauit Hominem Deus vt numerus & ruina Angelorum inobedientium in Regno Cœlorum reſtauraretur.*

ſeu Limus Terræ ab omnibus corporibus & creatis extractus & compactus eſt. Summus ac omnium opifex Deus æternitatis, accipiebat Quintum eſſe, ex omnibus creatis, & ex illis fingebat ac componebat Hominem horum omnium Principem & Finem, eíq; tanquam Filio in Terra locum Celſæ Diuinitatis eximium tenenti congratulatus eſt: Ex parte Corporea, ſeu corruptibilis Naturæ gerit Imaginẽ Macrocoſmi ſenſibilis & temporalis: Ex parte Animę ſeu immortalis Naturę gerit Imaginem mundi Archetypi, id eſt immortalis Sapientiæ ipſius DEI: Ita in illum ingrediebãtur omnes Animalium, Vegetabilium & Mineralium proprietates: inſuper ei Anima viuens inſpiratur. Iam Deus eſt omnia à ſeipſo: Homo eſt omnia à Deo factus: Ideo vltimò creatur, vt per ipſum notaretur abſolutio & perfectio rerum omnium. Et eſt Homo nexus, vinculum, nodus, compages, ac faſciculus omnium Creaturarũ: Omnia enim creata, ſunt ad ipſum ordinata eúmque tanquã DEI Oeconomum in huius mũdi Hortum locatum reſpiciunt ac venerantur. Et ſicuti Deus eſt Cẽtrum & Circulus omnium à ſe productorum, (vniuerſæ ſiquidem Diuinę Bonitatis opera circularia ſunt & perfecta, ad ipſum à quo prodierunt, ſphæricè rotata) Centrum, quòd omnia ab ipſo manant, & quia omnium rerum Eſſentia omnia etiam penetrat: Circulus autem, quòd veluti omnicapax Tabernaculum omnia concludat ac complectatur: Intra Deum enim omnia, extra quem nihil tam ante productionem, quàm

*Pſ. 8. Omnia ſubieciſti pedibus eius: Paracelſus excipit quatuor Elemẽtorum ſaganas & incolas.*

quàm poſt productionem rerum, ſublato videlicet hoc mundo viſibili. Ita etiam Homo ad Creatoris ſui imitationem, eſt Centrum Creaturarum, & Circulus omnium earundem. Nam non ſolùm ad ipſum omnia in mundi machina reſpiciunt, tanquam ad Ducem & Rectorem, propter quem omnia etiam ſunt creata: verùm etiam ſupra ipſum vt Punctum medium & Retinaculum, omnes Sphæræ ſuos radios, operationes, reflexus & influxus, omnes iterum Creaturæ ſuas vires effundunt. Circulus verò Homo dicitur, quòd in ſe omnes creaturas contineat, & omnia ex ſummo Bono manantia ſecum reducat ad fontem Æternitatis, ex quo originaliter ſingula fluxerunt & emanarunt. Prima DEI imago Mundus, Mundi Homo, Hominis Animal, Animalis Zoophytum, illius verò Planta, Plantæ autem Metalla, & horum Lapides, ſimilitudines, imagineſque repræſentant. Magnus ergo mundus cum mundo paruo, per omnia vnus, inſtar prolis cum parente ſuo, à prudenti Antiquitate ſapienter quidem μικρόκοσμος, à multis verò hodiernis, ſine vllo intellectu ita vocatus, quòd magnus viſibilis mundus ſit factus Homo: Et quemadmodum magnus mundus bipartitus Viſibilis & Inuiſibilis, ita etiam Homo paruus mundus duplex eſt, Viſibilis ſecundùm corpus, Inuiſibilis ſecundùm Spiritum: Sunt autem in Homine duo Spiritus, vnus è Firmamento ſydereus Spiritus, alius venit è ſpiraculo vitæ, &

*Voluit Deus creator, vt omnia per Hominem ſibi honorem exhiberent. Sicuti Terra eſt corpus receptiuum omnium ſeminum, ſic etiã Homo.*

*Spiritus primus ex Limbo, ſecundus Spiritus è verbo Fiat.*

*In Homine duplex eſt Sapientia, Angelica ſecundùm quam viuendum, & Animalis quæ negligenda.*

ore Atiſſimi eſt Anima intellectualis à Deo inſpirata. Ita Homo habet tres partes, Corpus mortale cum ſydereo Spiritu, & Animam Æuiæternam, quæ eſt domicilium Imaginis DEI vel Spiritus ſancti in Homine. Si Homo Voluntate propria vel arrogata viuit, ſecundùm Carnem & Sanguinem ſaltem, ſenſualiter eſt Brutum, & cognoſcitur an ſecundùm Paginæ Sacræ Epitheta, ſit Canis, Vulpes, Lupus, Ouis, Sus, aut Viperarum progenies, ſicuti inferiùs in Tractatu de Signaturis diſſeremus latiùs: geminare enim hic ſermonem ſuperfluum foret: Si viuit Rationaliter, tunc eſt Homo, & dominatur Animantibus in ſuo corpore: Si verò imaginis DEI proprietate obſeruata viuit ſecundùm Dealem Spiritum ex Arbore Vitæ, ſeu ſecundùm Talentum & Theſaurum in fictili ſibi concreditum ac depoſitum, dominatur Aſtris & omnibus rebus. In Homine omnia ſunt comprehenſa, & ipſe fert omnia in ſe: Ex quo enim factus eſt, illud fert in ſe: E mundo factus eſt, & mundum gerit in ſe, & à mundo geritur. Porrò ſicuti Prima materia (quæ erat Eſſentia quædam ineffigiata confuſa, quam Matrem mundi ſeu Chaos & Hylen Philoſophi nominarunt) erat ſemen magni mundi, ita magnus mundus eſt ſemen Adami: vt enim Mundus abſconditus erat in Aquis inuiſibilibus ſupra abyſſum, ita Adam occultatus iacebat in mundo. Prima materia fiebat mundus, & Magnus Mundus fiebat HOMO. Sicuti Arbor creſcit è ſemine, ſemen eſt Arboris Initium,

*Renaſcentia malam geneſin vincit. Luc. 19. ſect. 13. Matth. 7. ſect. 12. Matth. 15. ſect. 15.*

*Corpus inuiſibile Hominis ex ſpiraculo DEI, ſiue Æuiæternum, nō ſubijcitur Aſtris vel Aſtronomo. Gen. 1.*

*Matrix enim mundi eſt Aqua ſupra quam Spiritus Domini ferebatur. 2. Petri 3. Terra ex Aqua emerſit.*

tium, & ſemen eſt etiam Finis Arboris, quia in quolibet grano ſeu ſemine Arboris iterũ abſcondita eſt Arbor alia: Ita Prima materia (quam Paracelſus Limbum nominat, cuius Terra erat *Verbum* Domini) erat ſemen omnium creandorum, & Homo erat vltimus inter omnes quaſi perfectum ſemen, quod ex ſe iterum gignere poteſt alium Hominem qualis ipſe eſt: Et licèt Homo non ſit ſemen, vt aliud ſemen, tamen habet potentiam de ſe emittendi ſemen, è quo ſimilis Homo producitur, qualis ipſe eſt: Et vt Adam totum mundum in ſe gerit, omniáque creata, ac à mundo conſeruatur, ita quilibet ex eo natus idem geſtat, quod ipſe geſtauit, videlicet totum mundum, ab illóque etiam geſtatur & conſeruatur vt Adam: Omnes Homines vnus Homo è carne, ſanguine, & ſpiritu. Ergo cognitio Hominis debet ſumi ex vtroque Lumine, quia filius non cognoſcitur ex ſeipſo ſolo, ſed è patre: Homo autem habet patrem duplicem, Æternum cuius imaginem gerit: & Mortalem, qui eſt totus mundus cum Creaturis omnibus, id eſt *Limus Terræ* ſeu Arcanum, & Eſſe omnium Creaturarum pretioſiſſimum, omnibus Philoſophis, Medicis, Aſtronomis & Theologis, ad conſiderandum & examinandum propoſitum. In Homine enim ipſo minore mundo, non eſt membrum, quod non reſpondeat alicui Elemento, alicui Planetæ, alicui

*Quemadmodum ſtatuarius è ligno & figulus ex argilla mille diuerſas formas ad placitum fingunt, ita Deus è materia prima omnia creata extraxit.*

*Homo eſt quaſi Terra ſiue ager omnia in ſe continens.*

*Sicuti filius non minor eſt patre ſuo: Ita Homo non minor eſt Mundo.*

*Nemo cognoſcere Imaginem poteſt niſi cognito illo cuius eſt Imago.*

*Hermes Hominem vocat Deum Terrenum.*

*Gen. 2. ſect. 7.*

*Hominis perfectio & dignitas.*

*Sic Deus & Homo vniri non poſſunt niſi per medium Saluatorem noſtrum de duabus naturis Cæleſti & Terreſtri, Diuinâ & Humanâ participante.*

*Par. dicit Animam ſeu Spiraculum vitæ per Aſtra ceu medium infundi in corpus Elementare à Deo.*

Intelligentiæ, & alicui Menſuræ ac Numerationi in Archetypo, Corpus Viſibile Animæ idoneum indumentum ac domicilium Homo ab Elementis habet, Corpus Inuiſibile ſeu Animæ currum & vehiculum (quo intellectualis Anima & Terrenum corpus inſtar extremorum ceu nodo, glutine, ac confœderationis vinculo connectuntur, atque hoc medio tertio de vtroque participante in vnum integrum Hominem copulantur & vniuntur) Sydereum, Æthereum & Aſtrale à Cœlo ſeu Firmamento poſſidet. Per hoc medium, æthereum videlicet corpuſculum, Anima intellectualis, iuſſu DEI, qui mundi maioris Centrum eſt, executione Intelligentiarum vtpote Spirituum DEI, in punctum Cordis medium, quod eſt Centrum mundi minoris (corporis videlicet Humani) primùm infunditur & deſcendit, exinde per vniuerſas ſui corporis partes, membráque diffunditur, quando currum ſuum naturali iungit calori, per calorem ſpiritui ex corde genito, per hunc ſe immergit ſanguini, per illum inhæret membris, atque his omnibus æquè fit proxima. Et quia dictum Æthereum corpus è cœlo participat, eundem etiam curſum retinet & ſeruat cum curſuFirmamenti, cuius vires peculiari vi magnetica haud ſecus ad ſe attrahit, quàm viſibile corpus Elemẽtorum efficaciam: atque ſic manet cum ipſo mundo viſibili & inuiſibili vnum, tanquam filius cum ſuo parente, quemadmodum Rubedo in Vino & Albedo in Niue: Eſt enim in nobis totum Firmamentum cum Planetis & ſtellis: Et quemadmodũ Calor

fornacem ferream ac Sol vitrum penetrat, ita etiam Hominem ſydera cum omnibus ſuis proprietatibus, ſicque ex ſydereo Firmamenti ſpiritu poſſumus omnia Naturalia diſcere. *Animam Intellectualem* & Immortalem (quatuor ſuperiùs memoratis Elementorum incolis, ac brutis inſuper animantibus denegatam) ad DEI Imaginem & Diuinæ *Triunitatis* ſimul ac vnitatis ſimilitudinem creatam, ſeu Spiritum DEI, inhalatione habet Homo, vt ſic etiam vnus ſit cum Parente cœleſti per omnia: Eſt enim in nobis per ſuum Spiritum, ex quo diſcimus Theologiam ſacram, omniáque Cœleſtia & Terrena Arcana ſine errore: Imò in ipſa ſumus, viuimus, & mouemur. At vt DEUS eſt vnus in Eſſentiâ, Trinus in Perſonis, ſic Homo vnus in Perſonâ, Trinus in Eſſentiâ diſtinctâ, ſcilicet Terreno Corpore, Spiritu æthereo Schamaim, ac viua viuificante Anima à DEO inſpirata & DEI domicilio Triunus compoſitus eſt: Hoc teſtatur iuxta Sacram Scripturam mirabilis Concordantia Creatoris cum Creatura, in qua ſummus Creator voluit manifeſtari Vnitriunus ſeu Triunus: inſuper vnanimus conſenſus omnium verè philoſophantium è Lumine Naturę: Si qui fortè ſint, qui negēt has tres partes, oportet tamen vt fateantur Hominem è *Limo Terræ* per verbum *Fiat* creatum, etiam æternum Spiritum ſeu ſpiraculum vitæ ex ore DEI inſpiratum, Limum videlicet Cœlorum à Domino accepiſſe. At Limus Terræ

MENS. *Zach.12. ſect.1. Gen. 2. ſect.7. Eſ. 42. ſect.5. Sap.2. ſect. 23. 1 Ioh.2. ſect. 27. 1. Ioh. 4. ſect. 14.*

*Luc.1. ſect. 47. 1. Theſſ. 5. ſect.23. Gen.2. ſect. 7.*

*Vide Amphitheatrū Khunradi cedro digniſsimum.*

*Paulus ſummus Philoſophus & Theologus etiam tres Hominis partes ponit, Spiritum, Animam, & Corpus.*

*Duæ Animæ ſeu duo Spiritus ſunt in Homine: Mortalis ex Limo, éſtque vita corporis: Immortalis ex Deo.*

*Spiritus, vita eſt Animæ: Spiritus & anima, vita ſunt corporis.*
*Ioh.14.*

*Deus creauit Hominē vt eſſet ſuū Tabernaculum, tam in hoc quàm in futuro ſeculo.*

*Manil. Exemplúmque* DEI *quiſque eſt in imagine parua.*

duplex eſt, Viſibilis & Inuiſibilis: Corpus ſeu domicilium habet à Terra & Aqua: Vitam ſeu incolam ab Aëre & Firmamento Ignis, hoc eſt Spiritum ſydereum, qui verè Homo eſt, non Caro & Sanguis: Et ſicuti Spiritus ſydereus eſt vita Corporis, ita Spiritus Domini eſt vita Intellectualis Animæ: Et vt ſydereus Spiritus in Corpore habitat, ac dies & noctes operatur, quia hic inuiſibilis Homo eſt ipſe Firmamentum, & omnia in ſe habet, ita Spiritus Domini, *Dei Verbum*, Homo æternus in Anima habitat: Domus eſt habitatio Animæ, Anima eſt habitatio & domicilium DEI. Cùm igitur Homo (complementum omnium operum DEI perfectiſſimum, totius vniuerſi completiſſima imago, & expreſſiſſimum DEI ſimulachrum, in quo creando quieuit, vt nil honoratius creandum præ manibus habens, in ipſóque veluti ſupremo artificio, concluſa & conſummata eſt omnis Creatoris ſapientia & poteſtas, quia omnia in ſe continet, quæ in DEO ſunt) ſexto die ex omnibus compoſitus, Creaturarum ſit vltima & Imago non ſolùm DEI æterni, ſed etiam mundi magni, quia cum illo omnia in ſe complectitur ac continet: ſequitur quòd tres etiam Mundi ſeu Cœli in Homine reperiantur, & quòd à tribus Mundis geratur vel potiùs omnis ſit Mundus, & totius vniuerſi exploratiſſimum Exemplar: Ideo à quibuſdam Quartus Mundus vocatur, in quo omnia illa inueniuntur quæ ſunt in reliquis tribus, qui etiam propterea Omnis Creaturæ appellatione cenſetur. Ha-

tur. Habet enim Spiritum ſeu Mentem à *Deo*: Quid enim eſt Spiritus Hominis ab Altiſſimo inſpiratus aliud, quàm ipſe DEUS in nobis habitans? Corpus inuiſibile ſeu Verus Internus Homo Ratione & Spiritu Aſtrali conſtans cum Angelis congruit, eſt enim ſocius illorum: Et ſi verus eſt Magus, Angelis non eſt inæqualis in omni operatione Magica, & eſt Dominus ac poſſeſſor omnium rerum. Corpus mortale Phyſicum ex machina mundi & omnibus creatis poſſidet: omnia enim Externa nil aliud ſunt quàm Corpus Hominis. Ideo etiam cum Triplici mundo Archetypo ſeu Deali, Intelligibili ſeu Angelico, Senſibili Elementali ſeu Corporali communicat, & cum omnibus ſymbolum, operationem & conuerſationem habet.

*Naturatum ſapit Naturam ſui Naturantis.*

*In Anima tãquam Hominis Cœlo Deus habitat.*

*2. Reg. 2. & ſect. 24.*

Communicat enim cum DEO Archetypo Animo ſeu Mente, quia ad Imaginẽ eius, propter ſpiraculũ vitæ factus eſt. Anima Intellectualis Diuinæ Animę quædã particula eſt, quâ ipsâ DEVS Mentis ſuæ ſemina quædam, & effigiationem in nobis expreſſit, non abſimili ratione, quàm vt Echo ex reuerberatione aëris vocem ſuam de longo remittit, quo ipſo Vegetalem exprimit animam. Mens verò eleuata in DEUM Altiſſimum, & cum ipſo vnita conuerſatur cum DEO, & eadem opera efficit, nec reperitur aliquid in Homine, non vlla diſpoſitio, in quo nõ fulgeat aliquid Diuinitatis, nec quicquam eſt in DEO, quod ipſum non repræſentetur in Homine. 1

*Mens, vũc, Animæ ſeu ſpiritus Rationalis auriga, inſtar Æterni DEI concludit omnia Entia, Tempora, Loca.*

Cũ Angelis ſymbolũ habet ratione Corporis 2.

inuiſibilis & Animæ Rationalis, cuius beneficio operatur & conuerſatur cum ipſis, & eandem habet cum eis ſapientiam: Eſt enim Gabalis ſocius Angelorum:

3. Sicuti etiam cum Firmamento & ſtellis, à quibus illud corpus Aſtrale ſeu Spiritum Sydereum accepit, qui Verus Homo eſt Aſtralis, quia Caro & Sanguis non eſt Homo, ſed Spiritus in illis contentus, qui Spiritus Aſtralis eſt ſubiectum Rationis Humanæ ſenſus & ſapientiam continentis & cum Corpore fit Animal. Hic Spiritus & Aſtra in Homine vnum ſunt, at Corpus eſt huius Spiritus ſubiectum: Et ſic Aſtra regunt Hominem in Spiritu, & Spiritus Hominis regit Corpus in Carne & Sanguine: Hic Spiritus mortalis eſt: Anima Intellectualis verò à Deo inſpirata, ſola eſt immortalis.

*Sicuti Homo re ipſa continet totam Naturam corporalem in ſuo corpore: Ita ſecundùm intellectum continet omnem mundum.*

4. Cum Elementis: nam ab his accepit corpus Phyſicum Terreſtre mortale: Et quia mundus parens Hominis etiam ſecundùm Paracelſum in ſe habet quatuor incolarum mundi quatuor Spiritus Elementares, inſuper etiam quintum genus Flagarum in millia genera diuiſarum ac Animæ macrocoſmi incorporatarum, Imaginatio horum quinque Spirituum in Elementis, etiam in Homine microcoſmo erunt, ſed vſus Rationis Hominis ſecundùm voluntatem & mandatum *Dei* eſt Catenę inſtar, quâ eiuſmodi quinque Spiritus coguntur & ligantur, vt cum ſua Imaginatione quieſcant.

5. Cum Elementatis Animantibus, Vegetabilibus & Mineralibus omnibus: Horum enim om-

omnium Naturam & proprietates in ſe poſſidet.

Ergo Homo vltima Creatura præſtantiſſima & nobiliſſima eſt, quia totius mundi partes habet, & nihil eſt in maiori mundo, quod in ipſo Homine realiter non reperiatur. Filius per omnia ſimilis eſt parenti, cognito parente cognitus eſt filius. Homo itaque miraculum Naturæ maximum & admirabiliſſimum Extractum & Nucleus quatuor Elementorum, ſummum *Dei* τέχνασμα, & cōſummatiſſimum mundi Exemplar, verè eſt Omnis Creatura, quia eſt omnis mundus, ſolúſque hoc honore gaudet, quòd cum omnibus ſymbolum habet, & cum omnibus operationem, & cum omnibus conuerſationem: Imò ad tantam aſcendit perfectionem, quòd efficitur Filius *Dei*, transformatúrque in eandem imaginem, quæ eſt *Deus*, & cum ipſo vnitur, quod neque Angelis, neque Mundo, neque cuique Creaturæ datum eſt, niſi ſoli Homini poſſe ſcilicet filiū *Dei* fieri & vniri *Deo*.

*Ex nihilo omnia, & ex omnibus Homo.*

*Magnus mundus erat matrix Adami, ſic omnium natorum matrix mulieris eſt tota mundi machina. Ioh. 17. ſect. 11. 21. 22. 23.*

*Ioh. 1. ſect. 12.*

Sed antequam vlteriùs progrediamur, ipſa huius loci neceſſitas exigit, vt paulò fuſiùs agamus de Sydereo ſeu Inuiſibili Homine, videlicet de ortu eius & potentia. Hic Spiritus Olympicus ſi ab Ariſtotele obſeruatus, & à Galeno æſtimatus fuiſſet, non tam inſignem ab Ethnicis errorum magiſtris promanantem intuliſſet in Philoſophiam & Medicinam errorem, vt nunc Theologiam taceam. Homo Inuiſibilis ſeu Olympicus Spiritus, hunc in modum nobis innaſcitur. Adam & Eua non ex aliis parentibus ſicuti nos poſteri, ſed

ex *Limo Terræ* ſeu magno mundo, vt modò dictum, producebantur, quoad Corpus Mortale, quod eſt viſibile & Inuiſibile. Tota enim mundi machina collecta & redacta eſt in Microcoſmum, ita vt nil in toto mundo reperiatur, quod idem etiam non ſit in vno Homine. Corpus Phyſicum, Elementare, Viſibile & Tangibile ex terra: Corpus verò Inuiſibile, Inſenſibile, Sydereum (quod eſt domicilium vitæ Spiritus) ex Aſtris Firmamenti accipiebant: Sic Adam duo habebat corpora, Viſibile ſcilicet Elementale & inuiſibile Sydereum: Iam ex propagatione duo ſemper naſcuntur Homines, Corporeus, Elementalis, Viſibilis, organum & inſtrumentum Inuiſibilis, & Incorporeus Aſtralicus, qui mouet, gubernat & efficit artificia. Nam Aſtra in Homine per Hominem ſemper nunc in generatione iſta duo producunt: Corpus quidem Viſibile Elementare, ex quatuor Elementis, ex carne & ſanguine in vtero matris: Corpus verò Inuiſibile, Sydereum, Philoſophiæ Adeptæ capax, ex Aſtris Firmamenti: Manet enim iſte Homo paruus mundus idem & vnum per omnia cum ſuo parente, qui eſt mundus magnus: Verùm ſicut magnus mundus teſtâ ſuâ diſtinguitur ab Ange-

*Tam ſenſibile quàm inſenſibile habet in ſe ſpiritum ſydereum ſeu corpus ſydereum.*

*Eua eſt tranſplantatus Adã.*

*Primi Homines è creatione, reliqui ab Ente ſeminis proueniunt.*

*Spiritus vitæ, id eſt ſpiraculum.*

*Spiritus Limbi, id eſt ſydereus Animalis.*

*Corpus Limbi & ſpiraculi debent eſſe vnum coniugium, alioquin natio praua & adultera: Nam ſicut coniugium duorum eſt in omnibus perfectio, ſic adulterium impedit Lumen Naturæ. Vide Paracelſum in Philoſophia ſagaci.*

*Paracelſus dicit Elementum Ignis ſeu Firmamentum etſi ſit ſubtiliſſimum, eſſe tamen corpus, quia fructus eius ſunt corpora, & abſque corpore tales fructus non poſſent procreari.*

lico

lico mundo: Ita Homo minor mundus cute ſuâ diſtinctus eſt à magno mundo. Hinc fit, vt Sydereus, Internus, Olympicus, Incorporeus Homo ſeu Gabalis idem ſit cum Firmamento Aſtrorum, vt iam ſæpiùs dictum, quod Rubedo cum vino, Albedo cum niue, vel Solis ſplendor cũ aëre: Altera ergo pars Hominis, ſeu hoc ſydereum corpus, vocatur Hominis Genius, quia à Firmamento oritur, dicitur etiam Penatis, quòd penes nos, ſeu nobiſcum naſcatur, vmbra viſibilis corporis, Lar domeſticus, Homo vmbratilis, Familiaris Sophorum Homunculus, Dæmon ſeu Genius bonus, Internus Paracelſi Adech, Spectrum, Naturæ Lumen, Eueſtrum præſagiens & Propheticum in Homine: Vocatur etiam Imaginatio, quæ in ſe claudit omnia Aſtra, éſtque omnia Aſtra, & eundem cum Cœlo retinet curſum, Naturam, atque potentiam. Iam Aſtra (nõ enim loquor de ſeptem Carbonibus Cœli viſibilibus, Aſtrorũ ſcil. corporibus, ſed de inuiſibili & inſenſibili corpore Rerũ omniũ ſeu Aſtrali Spiritu) nihil aliud ſunt quàm Angelorum virtutes: Angeli verò (ſolo DEI aſpectu ſe cibãtes) ſunt Sapiẽtia DEI creata: Hinc fit: vt qui Deum cognoſcit, etiam Aſtra habeat cognita: Cognitis autem Aſtris Mundus non poteſt eſſe ignotus, ſic deinde mũdi proles Homo. Aſtra formãt ac producũt ex ſe omnia corporalia, & productis corporalibus ſimul etiam ſeſe multiplicant: vt ſemen Frumenti ſeu Tritici eſt Aſtrum, corpus videlicet inuiſibile, hoc proiectũ in Terrã producit ex ſe corpus viſibile,

*Sic ventus eſt corpus habens poteſtatem inſtar viſibilis corporis aliud corpus euertendi: viſibilia enim nõ tantùm ſunt corpora, ſed tã viſibilia, quàm inuiſibilia, à Deo creatá ſunt corpora eiuſdem potẽtiæ.*

*Interior Homo Cœlum Internum Aſcendens, Conſtellatio Particularis.*

*Hic Spiritus eſt veræ Aſtronomiæ Doctor.*

*Eſus pomi in vigorem produxit hoc corpus ſydereum.*

& multa alia Aſtra ex ſeſe progignit: Sic in aliis creſcentibus ac viuentibus fit. Eſt autem Aſtrum nil aliud, quàm Corpus inſenſibile, inuiſibile, ſeu Spiritus viuus, ſine Ratione tamen in creſcentibus: at in vitam habentibus, vt in Homine, cum Ratione, éſtque diuerſus, prout ſunt diuerſarum Rerum formę. Corpora autem nihil aliud ſunt, quàm Excrementum Aſtrorum, ex operatione eorundem producta in eſſe corporeum. Hoc quodlibet Aſtrum poteſt per ſe, vt imaginando, formando, per operationem ex ſeſe producat aliud Aſtrum corpore concluſum. Nullum enim corpus eſt ſine Aſtro, ſicut è contra nullum Aſtrum abſque corpore viſibili. Cùm autem Hominis Imaginatio non vnum ſed omnia Aſtra ſit, etiam certè non vnam, ſed multas producit operationes: Et licèt Imaginatio ſit incorporea ac inuiſibilis, exaltata tamen & firmiſſimæ Fidei Naturali ſeu Ingenitæ, inſtar Miraculorum Ianuæ coniuncta, fons eſt & initium omnium Magicarum operationum, & abſque Aſtralis & ſyderei Spiritus detrimento aut diminutione poteſtatem habet gignendi & producendi corpora viſibilia, & quaſcunque operationes mirabiles, præſens, abſens, ſupra Humanæ Ra-

*Semen, Aſtrum, Vulcanus, Archæus idem ſunt, & vnus Spiritus ſine Ratione tamen, ac diuerſus pro ut ſunt diuerſæ multarum rerũ formæ. Spiritus Aſtralicus in quolibet creſcẽte eget corporea habitatione.*

*Interior Homo eſt ipſum Cœlũ ſeu omnia Aſtra.*

*Lege apud Picum quomodo Trithemius aliquando varia Eueſtra Triplicis mundi alternatim ſibi impoſuerit, in variáque figurarum genera ſe transformarit, & hoc pacto ipſi Pico petenti Hominis ad* DEI *Imaginem creati potentiam abſconditam Reali demonſtrarit Magia: Speculantes transformamur in id, circa quod Speculatio intentè ſuſcipitur. Intellectus Hominis omnibus aſſimilatur.*

tio-

tionis captum proferre poteſt. In corporalibus Lux Naturæ omnia facit viſibilia, ſic in æternis ſola Fides omnia facit viſibilia: Per Imaginationis impreſſionē fœtus in vtero matris afficitur ſigno notabili ſine corporali contractu: Quod corpore facimus viſibiliter, id fide facimus ſpirituū more: Ita Imaginatio efficit peſtē & ſimiles morbos Firmamētales, inducit morbos ac ſanitatem. Peſtis, quæ ex timore, terrore & metu prouenit, oritur per Imaginationē ſpiritus minoris mundi ſeu ſpiritus ſyderei & Animalis (qui eſt mechanicus Aſtralis) in Homine, vt videmus in grauidis, per eundem ſpiritum ſydereum notam fœtui in vtero imprimentibus: Hic ſpiritus ſydereus ex Aſtris Homini innatus (ideò etiam vnitus manet cum Aſtris) eſt Magnes & magneticæ Naturæ in Homine. quēadmodum enim Terreſtris Magnes ſuo corpore ſpiritus eſt, & ad ſe trahit: ita etiam corpus & ſpiritus in Hominis corpore viſibili attrahunt, & hic eſt Magnes microcoſmi: Sydereum corpus & ſpiritus attrahunt ad ſe vires Aſtrorum, vt in Lunaticis videre eſt, vbi manifeſtantur conuenientiæ, proprietates & affinitates talium virtutum magneticarum, quas ſpiritus & corpus ſydereum Hominis cum Aſtris habent. Hæc Quarta ſpecies Magiæ Naturalis Gamaheos dicta, adiumento artis, omnia inuiſibiliter & ſpiritualiter facit, quæ alioquin natura, abſq; eiuſmodi arte adhibitâ viſibiliter & corporaliter facere potis eſt. Domus eſt quaſi mortua, ſed Incola, putà ſpiritus motus perpetui Naturæ

*Imaginationis Impreſſio ex Timore, Terrore, Mœrore eſt morborū & mortis origo: ſicuti ſplendor Solis per vitrū, ita Aſtra peſtem per cutē immittunt.*

*Sapiētia eſt principium Incantationis & ea faciunt Aſtra quæ cupit Sapientia Humana.*

inuiſibilis, Animæve mundi ſcintillula magnetica viuit, & efficaciter operatur. In Aſtris Firmamenti latet omnis ſapientia animalis, opificia, artes, ſcientię, omniúmque rerum cognitio. Nihil eſt ita occultum in mundo, quod non ſit præfiguratum in Aſtris, imò omnia Aſtra Firmamenti, quę ſunt Tinctura ſpeculationis Animi noſtri, poſſunt imaginando ex ſua vi ingenita res corporales & viſibiles ex non apparenti producere, vt iam ſereno cœlo mox producitur nubes magna, & ex ea fit pluuia, lacus, nix, ros, tonitru, grando, quæ licèt ante productionem Nihil ſunt, tamen ex inuiſibilibus producta fiunt magna corpora, Hoc exemplo innoteſcet nobis omnia in prima Creatione producta fuiſſe ex *Nihilo Diuino*, ſeu Inuiſibili Puncto Cabaliſtico in aliquid, quod in momento Deus fecit, quia opera eius non patiuntur morā temporis: nam ex inuiſibilibus Tenebris omnia proceſſerunt & euocata fuerunt (*Verbo* dicente & Spiritu fouente) ad viſibilem Lucem. Cum autem Homo ex Aſtris Firmamenti ſuum ſydereum corpus accipiat, & Hominis Imaginatio tota ab Aſtris Firmamenti pendeat, imò eadem ſit & vna maneat cum ipſis, neceſſe eſt Firmamētum quoque habere Imaginationē ſed ſine Ratione, ſicuti Homo proles mūdi cū Ratione.

Ho-

*Ratione corporis elementaris eſt Spiritus, & perſicit etiā ſpirituales operationes.*

*Cælo omnia notiſsima ſunt, omnes actiones, & euentus hominum in Aſtris depictæ ſunt.*

*Quodlibet Animal ſuū in Cælo habet ſignum Aſcendens, ſic etiam Homo Brutalis.*

*Corpus omne ex Spiritu inuiſibili & incomprehenſibili ſubſiſtente producitur.*

*Triplex* NIHIL *Diuinum, Priuatiuum, Negatiuum.*

*Hoc eſt Organum Luminis Naturæ ſeu Aſtrorum.*

*Cælum totum nihil aliud eſt quàm Imaginatio, operatur in Homine peſtes, febres ſine inſtrumento corporeo.*

Homo ictu, iactu alterum lædit, ídque cum Ratione: Vrtica & Ignis vrunt & lædunt ſine Ratione. Præterea cùm Homo ſit maioris mundi Quintum eſſe, ſequitur etiam Hominem non ſolùm imitari poſſe cœlum, ſed illud quoque regere ſuo nutu, atque eidem dominari, ſi vult. Omnes res habent naturalem obedientiam ad animam, & de neceſſitate habent motum & efficaciam ad id quod deſiderat Anima forti deſiderio, & omnes virtutes operationéſque Rerum Naturalium obediũt illi, quando fertur in magnum exceſſum ſui deſiderij: Vniuerſas mundi virtutes in noſtrum miniſterium cogit, attractâ virtute ab ipſo Archetypo operum noſtrorum virtute, ad quem cùm aſcendimus, neceſſe eſt omnẽ Creaturam nobis obedire, totúſque nos ſequitur cœleſtium chorus. Per Fidem Naturalem Ingenitam, quâ ipſis ſpiritibus parificamur, omnes magicæ operationes atque omnia mirabilia efficiuntur Imaginatione accedente. Imaginatio operatur in Homine inſtar Solis: vt enim Sol corporeus ſine inſtrumento operatur in ſubiectũ, redigẽdo illud in carbones, cineres, ita Hominis Cogitatio incorporea, tantùm ſpiritu, ceu inſtrumẽto viſibili, operatur in ſubiectum: Quod corpus viſibile facit, id facit etiam corpus inuiſibile, ſeu Homo ſydereus, alteri damnum inferendo: Imaginatio Hominis eſt magnes attrahens vltra mille milliaria: Imò quicquid vult in Exaltatione ſua, ex quatuor Elemẽtis ad ſe attrahit. Efficax autẽ nõ eſt Imaginatio, niſi priùs rem cõceptam attrahat per vim Ima-

*Fide poſſumus operari bona & mala concedente Deo.*

*Hæc eſt ars Cabaliſtica.*

ginationis attractiuam, vt ex ſe quaſi ſpiritum natiuum Imaginationis Architectum procreet: poſtea Imaginatio quaſi ingrauidata imprimit, quæ licèt non ſit tangibilis, inſtar vẽti tamen eſt corporea. Hinc verus Magus ſeu Sapiẽs, Aſtrorũ operationẽ attrahere poteſt, in imaginem, lapides, metalla, vt eandẽ cũ Aſtris exerceãt vim atque potentiã: Exemplũ ſit Speculũ incenſoriũ, per quod radij Solis cũ calore ad nos deriuãtur. Quicquid oculis videmus in maiori mũdo, hoc idem Imaginatio poteſt quoque producere: ſic omnes herbæ, omnia creſcẽtia, omnia metalla, per imaginationem & veram Gabaliam poſſunt produci. Hæc autem eſt pars Magiæ Gabaliſtica dicta, quæ tribus columnis innititur: Primò *Veris Precibus* in Spiritu & Veritate factis, vbi in Sancto Sanctorũ fit Vnio *Dei* & ſpiritus Creati, vbi Deus interno ſpiritu, non vi vocabulorum, ſed in Silentio ſacro, abſque oris apertione & anhelitu compellatur: Secũdò *Fide Naturali* ſeu Sapientia in creatione omnibus Hominibus æqualiter ceu peculio & patrimonio communi à Deo Patre communicata & ingenita: Tertiò *Imaginatione* fortiter exaltata, cuius quanta & quàm mira vis ſit, Naturæ Lumen, tam in baculis Iacobi à Moyſe cõmemoratis, quàm in prægnantibus fœtui rei deſideratæ notam imprimentibus, vt ſuprà dictum, manifeſtè oſtendit. Imaginatio ſeu Fãtaſia Hominis eſt inſtar Magnetis in ſua Natura, attrahens aliorum hominum Fantaſias, vt videmus in oſcitantibus. Vehemens Imaginatio, nõ ſolùm corpus propriũ, ſed

*Magia ſeu Fides mõtes tranſplantans, imperium habet in omnes ſpiritus & aſcendentes.*

*Gen. 30. circa finem.*

ſed etiam alienum interdum tranſmutat, per modum imitationis, Virtute ſcilicet quadam, quam habet ſimilitudo Rei ad transmutandam Rem, quam vehemens Imaginatio mouet, ſicuti apparet in ſtupore & dentium ſtridore aut attritione ferri in ferrum &c. quę dentibus ſtuporem ingenerat: ſimili modo oſcitatio ad oſcitandū promouet. Plures ſua Imaginatione triſti necnon diffidentia cauſam prębuerunt, vt à ſpiritu immundo tentarentur, vel prorſus regerē-tur ab eodem. Plures etiam ſua Imaginatione intenta, dempta impotentiæ ſuſpicione, cōſtanti & firmiſſima fide ad Deum, altiſſimâ mente eleuata, ſpe infallibili, precibus aſſiduis & ardentibus effecerunt, vt ſubitò facti ſint Templū Dei viuentis. Totum ſitū eſt, vt Deus religiosè colatur à nobis, probitate ac ſanctitudine, vt ſciunt ſecretiores θεόσοφοι: ſiquidem per ardentem devotámque, cum Timore & Tremore inuocantibus intentionem, Intellectus ſeu Mens religioſo amore flagrans, iungitur Intelligentiis ſeparatis. Oratio enim Interna ex pia mēte orta, nimio affectu, ardentíque deſiderio continuata, vnit mentē cū Deo, & omnia diſcit & cognoſcit ex Deo. Quidnā poſſit Mētis ex vera fide diſpoſitio, pauci ſunt qui intelligunt, & longè pauciores, qui ex ea ritè norunt operari, ſupernaturali Influētiâ, quæ corpus regit atque gubernat: quāquam multi reperiantur, qui diſpoſitionis huius cognitionem habent, verùm ob mundanas curas & ſollicitudines quibus obruuntur, nil operari poſſunt, quod Veram Sapientiam redoleat.

*Fides vera eſt cura falſæ Imaginationis.*

*Multi per fidem Imaginationis infirmantur & conualeſcunt.*

*Mens purificata fulminis inſtar penetralia rerū attingit ſuperatis umbris.*

Verùm de his hactenus: Spinoſiores videbūtur eiuſmodi ex remotiori Antiquitate petitę contemplationes rudioribus: Sunt enim paucis lectæ, paucioribus intellectæ, & fuſiorē narrationem requirunt, quàm vt hîc aſcribi conueniat. Igitur ad propoſitum noſtrū reuertamur. Maximoperè intereſt, vt hoc verum occultæ Medicinæ Philoſophicæ Fundamentum Chymiæ ſtudioſis innoteſcat, propter Harmonicā concordantiam & conſpirationem ſuperiorū & inferiorū, maioris & minoris mundi, in quo manifeſtando, poſt Paracelſum, *Petrus Seuerinus* Danus, vnà cum *Pratenſi* fideli Achate, meritò in numerum Antiquorum ſapientum referēdus, perpetuam ſui nominis gloriam aſſecutus eſt, quod in ſua Idæa Paracelſicæ Medicinæ inuictiſſimum hoc ſolida & inconcuſſa veritate ſtabilitum Fundamentum Filiis artis & veritatis patefecerit, fruſtrà ringētibus aduerſariis, à præſtantiſſimis noſtri ſeculi Hermeticis Medicis *Ioſepho Quercetano* Regis Galliarum conſiliario ac Medico digniſſimo, amico honorando: *Th. Bouio* Italo Veronenſi, & *Th. Muffeto* Anglo, in aureis ipſorum nulli obliuioni obnoxiis ſcriptis, ſatis ſupérque in perpetuum refutatis.

## *II. VBINAM ILLA VERA Medicina lateat.*

OMne quod Deus creauit Bonum in Extremis perfectū eſt & incorruptibile, vt Cœlum: ſed quicquid in hiſce inferioribus continetur ſublunaribus duplici præditum eſt Natu-

ra, Perfecta ſcilicet & Imperfecta, id eſt, Quinta Eſſentia & fœcibus à ſe inuicem Vulcani beneficio ſeparandis. Cùm igitur Vera Medicina corticibus, matricibus, receptaculis, ſiliquis, veſtimentis & domiciliis concludatur, ſicuti amygdalæ & omnes nuclei cortice & pelliculis teguntur (Natura enim Caſtaneæ nucleum non niſi cortice & aſpero tegumento offert) neceſſum eſt, vt illa artificioſa Chymicorum Anatomia ab impuris Elementis ſeparetur, quò habeatur Medicina pura: Artis enim beneficio & induſtria vincula earum tolluntur & remediorum facultates è latebris ad faſtigium excitantur. In ſingulis ergo Rerum ordinibus, quæ Elementorum ſinu fouentur, videlicet in illis Tribus Naturæ Familiis, *Vegetabili*, *Animali* & *Minerali* (è quibus medicinæ ſufficientes ad tuendam ſanitatem, & morbos corporales profligandos peti ſolent) Vera illa & ſpecifica morborum materialium Medicina latet, quæ, vt iam dictum eſt, non conſiſtit in externis, nudis, ſuperficiariis & Relollaceis (vt doctè diſſerit Theophraſtus) quatuor qualitatibus, ſed eſt virtus quædam ſpecifica, αὐτοφυής, in ipſis ſeminibus deliteſcens, cuique rei creſcenti à Creatore ſummo rerum Opifice, in prima ſtatim creatione inſita, vi *Verbi* illius omnipotentis, quô omnia è tenebris in lucem vocata ſunt: Ergo facultas & virtus ipſis corporibus mixtis (à radice Creationis inſtar animæ in corpore humano) indita, non extrinſecus accedit, nec à ſtellarum momentaneo poſitu infundi-

*Triticum non creſcit ſine lolio, nec farina ſine furfure habetur: ita mel ſine aculeo non reperitur.*

*Tria Arcana regenerata ſunt ſine omni complexionē qualitatū.*

*Ideo Cœlum eſt faber externorum ædificiorũ, nõ Arcanorum, magnalium & myſteriorum quæ externam domum inhabitant.*

tur, nec ex Atomorum fortuito congreſſu integratur, non procedit à corpore nec à mixtione corporis ſeu à forma viſibili, alioquin ſine Corporis & Formæ deſtructione & corruptione ſeparari non poſſet, vt in Cinamomo & Pipere videmus, virtutibus illorum aut artificio extractis, aut vetuſtate & ſenio ſpontè euaneſcentibus. Quemadmodum autem omnes actiones Naturales à Spiritibus ſpiritualibúſque Tincturis proficiſcuntur, in quibus mechanicæ ſcientiæ Trium principiorum vigent: ita Remediorum actiones è Spiritibus, vitalibúſque ſpirituum Tincturis procedunt, non è corporibus vel mortuis Relollaceiſque qualitatibus. Et cùm apud Occultioris Naturæ Interpretes in confeſſo ſit, nil in toto vniuerſo eſſe, cuius non ſit etiam particula in Homine (vt ſuprà dictum) ipſo videlicet microcoſmo: imò omnium rerum ſemina in ipſo latere, Aſtrorum, Meteororum, Mineralium, Vegetabilium, Animalium, Spirituum etiam vel Dæmonum, ratione Spiritus Hominis: conſideratâ diligenter hac ſymmetricâ concordantia, & anagoge phyſica, Verorum etiam Medicorum officium erat, inquirere, ſi laboraret, exempli gratia, Cor internum microcoſmi, id eſt Hominis, vt remedia mutuarentur confortantia à parente ſuo ſeu Corde macrocoſmi externo ipſi planè (ſi non figura & forma externa, tamen interna) ſimili & analogicè repræſentata, qualia è Tribus illis Remediorum officinis multifariam depromi poterant. Creauit enim DEVS inexhauſtam

*Tota Natura inferior in tres*

Reme-

Remediorum ſupellectilem & cuiuis Regioni ſuam diſtribuit ſufficientiam: Ita reperirent inter Mineralia Aurum (quod etiam per ſe ſpiritus omnes exhilarat, cùm quis in crumena eo abundauerit) Antimonium, & ſimilia, quę ex Elemento Aquæ producuntur, ſicuti Margaritæ ex aquæ ſtillicidiis, in conchis generatæ, itē Oſtrearum, Cōchyliorum, Concharúmq; omnia corpora, vi ſpecifica & Harmonica reſpicere & mederi Cordi &c. ſicuti inter Mineralia Characteres Magici & Hieroglyphici non temerè aut oſcitanter à prudenti Antiquitate ipſis attributi, ſatis ſupérque Intelligentiæ Lumine præditis innuunt, & Magicè Philoſophos ſecretiores de ſua latente virtute admonitos alloquuntur. Quamuis potiora ex illis à Natura exquiſitiſſimè & operosè præparata, iuſto Naturę decreto, benignuum ſuum & vitale Elementū poſſeſſoribus denegāt: Et multi vniuerſas Naturę leges confundunt, vt alimēto tā exquiſitè præparato, tandem potiantur: Nec dubium vllum eſt, quin Aurum cōpedibus liberatū, vt ſuas vires exercere poſſit, & in actum ex potentia Naturali ac debita Reſolutione (eadem enim Reſolutionis Rerum, quæ Compoſitionis via, quia Ars filia Naturæ matri, & Natura Arti conſentit) reductū, actiones oſtendet Diuinas: Sed pauci tanto dignantur munere Diuûm: Aurū vt compactū ſoluant potabile in Aurum. Inter Vegetabilia habuiſſent Crocum, Rutam, Scordium, Meliſſam, Chelidoniam, Macerem, Ocymum, & ſexcenta eiuſmodi. Inter Animalia Cornu Cerui,

*diuiditur partes principales. ſcilicet Vegetabilem, Animalem & Minerale.*

*Ars imitatur Naturā defectūque eius ſupplet, corrigit, caſtigat, iuuat & promouet, imò etiam Naturam ſuperat.*

Monocerotis, Os de Corde Cerui, & id genus alia. Quæ omnia debitè præparata, & facta Spiritualia (quæcunque enim ad curationem requiruntur, omnia in Spirituum poteſtate continentur, qui morborum diuerſoria ſoli ſciunt, terra ſiquidem omnis eſt mortua, cortices & ſiliquæ non gignunt, ſed ſoli Spiritus Rerum in corporibus agunt) adhibitâ etiam methodo legitimâ, medentur afflicto Cordi, non externis illis & ſuperficiariis, vt dictum eſt, qualitatibus, ſed vi internâ, propriâ, ſpecificâ, Harmonicâ, ſimili: Formæ in Medicina ſeu Aſtra medicamentorum, per Alchymiam à corporibus ſeparata, ſunt vera directoria: Aſtrum enim ſeu Cœlum ſaltem Arcanum dirigit non corpus: nouit enim equus præſepe ſuum, aues nidum, aquilæ cadauer, & quodlibet medicamentum innatâ vi magneticâ (quæ meritò ἰδιότης ἄρρητος dici poteſt) petit locū ſuum, & tendit ad membrum ſibi conformatum, conſentanea conſentaneis, domeſtica domeſticis naturali deſiderio ſe applicant, quemadmodum à veris Philoſophis Medicis diligentiſſimè fuit obſeruatum, longâ Experientiâ omnium indubitatiſſimâ Regulâ. Ideo Celſus Romanus Medicus conſentit ad Curandi rationem nil magis conferre, quàm Experientiam omnium artium matrem, quâ conſtat doctiſſimos Medicos non rarò à ruſtica vetula victos. Idē de aliis ſex principalibus membris & partibus corporis Humani audiēdum: Externum Macrocoſmicum Cerebrum eſt Oleum Argenti, Liquor Sapphiri, Smaragdi,

*Experimentum (vt & iudicium) ſine Sciētia fallax, difficile, & ad ſortem eſt, ſed cū Scientia certum & verum.*

Smaragdi, Muſci, Vitrioli, &c. Internum Microcoſmicum confortans. Pulmonum & totius pectoris Balſamus, ſunt flores *Chybur*, ſeu Sulphuris.

Hoc pacto non ad leues ſaltem morbos auxilia ſeu Remedia craſsâ Mineruâ parata, reperta fuiſſent, ſed etiam ad Chronicos illos Aſtrales & Fixos qui ob radices tam altas multorum iudicio deſperati, & à Medicorum vulgo, loca, ſemina, natiuitates, radices ac morborum centra non intelligente æſtimantur incurabiles. Nullus enim morbus eſt, quatenus morbus, qui non ſuam habeat medicinam, niſi occulta prædeſtinatione mortalibus incomprehenſa, peculiari Numinis irâ genitus (qui Medicis non commendatus eſt, ſed Apoſtolis per fidem veram in Chriſtum omnes morbos ſanantibus) incurabilis euadat, aut cum Plinio Naturam in ſuis viribus, vt iniuſtam Nouercam velimus inſimulare mendacij, cùm tamen illa benigna Rerum Parens, prouidens & ſagax Natura, dederit egentibus brutis animantibus naturali inſtinctu Remediorum cognitionem: Fatui ergo prorſus, & ſtolidi iudicij foret, maximum illum Rerum Conditorem hominibus hæc occulta fore voluiſſe: nam fruſtrà creaſſet, præſertim cùm animantibus intellectu carentibus hęc fecerit manifeſtiſſima. Ciconia in ſerpentum paſtu Origano ſibi ſalutem quærit: Sues à ſerpentibus læſæ Cancrorum paſtu ſibi medentur: Apri Hederâ: Grues Iunco: Teſtudo quando impetitur à ſerpente, comedit Origanum & con-

*Remediorũ nulla vſquã penuria, ſed noſtra eorũ plerunque turpis ignorantia.*

*Sicuti duo ſunt genera Medicorũ: vnum quod miraculosè ſanat, alterum naturaliter per medicamenta: Ita cuiuſlibet morbi duæ ſunt origines, vna Naturalis, altera Cæleſtis: Verbum Domini ſanat Cæleſte, Naturale mediis naturalibus reſtituitur.*

fortatur per illud: Buſo quando alieno morſu & veneno vulneratur, ſolet adire Rutã vel Saluiã per Plãtaginẽ, aut locũ vulneris affricare, & ſic à periculo veneni ſe liberare: ideò Saluia non lota cũ periculo in paſtu vtimur. Muſtela pugnatura contra Regulum comedit Rutam. Pica cùm ægrotat, Lauri folium in nidum immittit, & ita conualeſcit: Vpupa vuâ paſta læſa, Adianto ſibi medetur: Vrſi à Mandragora læſi deuoratis Formicis euadũt. Anſeres, Anates, cæteræque aquaticæ aues medẽtur ſibi herba Helxine: Columbæ Verbena: Hirũdines Chelidonia: Accipitres Hieracio: Et alia denique Animalia alias innumeras inuenêre Herbas. Nemo ergo ſanæ mentis eſt, qui ambigat, Cœleſtem Patrem (vt pium ac ſacrum rerum omnium Parentem decet) filios ad Imaginem ſuam creatos, & quorum gratia omnia condita ſunt, hac in parte præterire, ac brutis poſtponere voluiſſe: Qui enim nobis ſuum Filium dedit, & pro Spiritu ſancto ſuo orare nos iuſſit, quantò magis totam Creaturam, Viſibilia & Inuiſibilia, ſubiiciet? Creauit enim Altiſſimus autor Naturę Medicinam non mancam ſed perfectam de Terra, iuſſit Medicos pia aſſiduitate illam inquirere, & fide debita præparatam cuiuis pathemati conueniẽter adhibere. Diligenter etiam notandum eſt, quòd omnia medicamenta quæ corporibus humanis applicantur, non ſui ratione, ſed DEI munere ſunt efficacia, ac ſalubrem ſortiuntur effectum. Niſi enim Deus affuerit, viréſque infuderit Herbis,

*Siracid. c. 31. ſect. 4.*

Quid rogo Dictamnus, quid Panacæa iuuent?

Habent

Habent enim hæc inferiora, dico Animalia, Herbæ, Lapides, Metalla ſuam vim ſubminiſtratam à Cœlo, Cœlum verò ab Intelligentiis, hæ autem ab Opifice, in quo omnia virtute maxima præexiſtunt. Vita Naturalis ex fonte Vitæ eſt vniuerſalis, Deo videlicet. Viuũt enim Elementa ex Firmamento, hoc autem ex Intelligibili Mundo, & iſte ſolùm ex Deo, ſiue ex æterno eius Verbo. Eſt igitur omnis omniũ vnica vita in omnibus, iuxta ſubiectũ nihilominus in quod influit, vario modo gliſcẽs. Itaq; ſi quid herbarum præſidio perficere ſtatuimus, nõ tam herbis quàm Deo fidendũ: Sic enim in propulſandis morbis res optatum felicémq; ſucceſſum eſt habitura: aliàs conatus omnis in diuerſum rapitur, vbi nulla ſubit Opificis, à quo omnia effectum ſortiuntur, cogitatio, aut abeſt erga illum fiducia. Ita Aſſa mortuus, qui plus Medicis quàm Deo fidebat. Sola Medicina Cœleſtis ſiue *Verbum* DEI (quod eſt Fermentum medicinarum, ſine quo nulla Medicina eſt efficax) ſanat omnia, & per Verbi Efficaciam (in quo latet, & à quo procedit omnis vis omnes etiam naturales actiones ſuperans) medicamenta demum fiunt virtuoſa: Et ſicuti Cortex non eſt nucleus, ſic Herbæ nõ ſunt medicina, ſed ſignũ ſaltẽ huius ſignati Verbi. Duplex eſt Medicina in Terra, Viſibilis à Patre creata (quę in corpus nõ debet adminiſtrari niſi per ſeparationẽ puri ab impuro ſit priùs ꝑparata) Inuiſibilis à Filio ꝑ Verbũ, & eſt vna medicina: Medic⁹ ꝑ Herbas ſanat, Herbæ ſunt media, in quib. medicina eſt, Herba

*In omnibus igitur* DEI, *Naturæ domini, voluntas expetenda, non Naturæ.*

*2. Chr. 17. ſect. 12. Pſal. 31. Sirac. 38. ſect. 9. 10. 11. 12.*

non eſt medicina, quæ inuiſibiliter in ipſa à DEO eſt abſcondita.

His prudenter, rectóque iudicio conſideratis mirari ceſſabimus, quòd DEVS Omnipotens per *Prophetas* & Veros *Cabaliſtas*, ſolo prolato *Verbo*, Hominem ſanet: Viuus ſiquidem eſt DEVS, & viui DEI viuum quoque *Nomen*, & viui Nominis viuę quoque Literæ: Viuit DEVS propter ſe, viuit Nomen eius propter ipſum, viuunt Literæ propter Nomen: Et ſicuti vitam habet DEVS in ſeipſo, ſic etiam Nomini ſuo dedit vitam habere in ſeipſo, & Nomen porrò Literis.

*Act. 3. ſect. 6.*

Per *Magos* Veros, Naturæ accuratiſſimos Exploratores (non loquor de Necromanticis) *Verbo ſcripto ſeu Characteribus & Sigillis*, certo tempore ſecundùm Cœli virtutem fabrefactis, procul omni (quam ſola Ignorãtia parit) Superſtitione, citra Nominis Diuini prophanationem & offenſam, vllámve Fidei & Religionis iniuriam: alioquin melius eſſet nos ſemper ęgrotare, quàm cum DEI contumelia ſanos eſſe: Characteres ſiquidem ſeu Nomina conſtellata ſecundùm Agrippam non habent vires ratione Figuræ vel Pronuntiationis, ſed ratione Virtutis ſeu Officij à DEO vel Natura ad tale Nomen vel Characterem ordinati. Nulla enim eſt virtus vel in Cœlo vel in Terra, quæ non deſcendat à DEO, quo non fauente, nihil quod habet dare & in actum traducere poteſt. Medicamenta ſunt corpora viſibilia, Verba ſunt corpora inuiſibilia, ſiue Herba ſiue *Verbum* ſanet, facit

*Talia Nomina ſunt Numina.*

ſacit Naturalis Virtus Deus, id eſt Spiritus DEI Naturæ coadunatus, per Verbũ ſuum *Fiat*. De Cura Characteriſtica, quæ verbis prolatis, ſcriptis, ſculptis & de collo appenſis Naturales operationes perficit, per Cœleſtes Proprietates ſyderum mirabili Influentiâ cum noſtris corporibus concordantium, legatur Rogerius Bacchon de mirabili poteſtate Artis & Naturæ.

*Characteres dicit Paracelſus eſſe Spirituum Compoſita & Syrupos.*

Per *Medicos* autem *Verbo Creato* ſeu Miſericordia ſua Incarnata: cum hæc omnia ſaltem *Triunius & Solius Verbi Diuini*, omnia ſanantis & conſeruantis, efficaciâ fiant: ſicuti videmus in miraculis Saluatoris noſtri, qui dum ſurdum & mutum reſtituit (cui omnes Officinæ totius mundi ſuis pilulis & ſyrupis nõ potuiſſent ſuccurrere) non ſanat per Naturã, ſed per ſeipſum, facit hoc *Vno* ſcilicet *Verbo*, & ipſe eſt illud *Verbum* (videlicet Miſericordia DEI Increata) per quod omnia creata ſunt, à quo ſimplicia promanant omnia, quódque cum Patre quotidiè adhuc omnia in omnibus operatur. Quicquid enim operationis & virtutis eſt in Creaturis, tã in magno, quàm in paruo Homine, id totum à Deo Incarnato in ſuo explicato & manifeſtato fieri certiſſimum eſt, vnius Spiritus implentis omnia vinculo, in vnum inſeparabiliter colligata, qui Spiritus idcircò plenitudo mundi totius vna eſt, & meritò vocatur Plenitudo. Nam extra Deum nihil fit, in ipſo omnia mouẽtur, viuunt & ſubſiſtunt: Hoc *Verbum* DEI, Primogenitus omnis Creaturæ verè Panis eſt noſter

*Non à ſolo pane. Matt. 4. ſect. 4. Deut. 8. c. 3. Luc. 4. ſect. 4. Luc. 11. ſect. 14. Gratia enim meritò ſuperat Naturam, & ſignatum, ſignum. Ioh. 1. ſect. 3. Eccleſ. 24. ſect. 8. 9. 10.*

ἐπιούσιος, quem Saluator petere iuſſit, Mumia ſuâ percœleſtis, Balſamũ ſupranaturale, plus quàm propria Hominis Mumia aut Balſamum Naturale, mortales ſuſtẽtans. Virtus in Pane eſt DEI benedictio, imò Deus ipſe: Verbum in Cibo Terreno eſt verus Panis, bonis & malis datus: Non ex ſolo Pane ſed ex eo quod eſt in Pane viuit Homo: ita Cibus & Vita non ſunt à Terra, ſed à Deo per ſuum Verbum: Si Verbum non eſſet, & per ſe eſſet ſolus Panis, tunc Terra eſſet noſter Deus: ſed nequaquam, non è Terra, ſed ex Deo per ſuum Verbum: Hoc igitur *Verbum* Vera eſt Medicina ſanans omnia, non omnibus innotuit, nec cuiuis in puluere ſcholaſtico ſubmerſo datum eſt de illo libare aut ſcribere. Vnicus θεῖα φράζων Paracelſus, Moſaïcæ & Viuentis Philoſophiæ diſcipulus, de Secretis Naturæ, & Miraculis DEI ſcripſit, hoc eſt, de *Verbo Dei Incarnato* in Creaturis reperiendo, quod Medicina & Vitæ noſtræ Baculus eſt: per hoc enim *Verbum, Fiat*, totius mundi ſemen, Cœlum & Terra creata ſunt, illúdque in omnibus Creaturis efficax eſt, & cui meritò Creaturæ tanquam animæ ſuæ ſubiectæ ſunt. Quicquid ergò *Medicus Naturaliter* ſeu *Herbis* per moram Temporis ſucceſſiuè operantibus efficit, illud *Magus* ſeu Medicus Cœleſtis *Characteribus* & *Lapidibus* Gamaæa, ſcilicet Influentialis Coniugij Terreſtri ſigno, per combinationem matrimonialem Superiorum & Inferiorum *Aſtraliter*, validiſſima impreſſione, ſubitò & longè citiùs perficit: Ea enim

eſt

*Hâc benedictione ſublatâ, baculus Panis fractus eſt, ſicuti apud Prophetas minatur Deus populo ſuo.*

*Ex mera miſericordia & Bonitate, non Iuſtitia habemus Panem duplicem, alimentarium & ſanitatis.*

*Niſi Deus dicat ægrotanti, Sis ſanus, nemo fiet ſanus.*

*Ioh. 1. ſect. 10.*

*Hebr. 11. ſect. 3.*

*Pſ. 107. ſect. 20.*

*Deut. 22. ſect. 47.*

*Explicatio vulgaris dicti, in* Herbis, Lapidibus, *&* Verbis *magnas eſſe virtutes.*

eſt Naturæ mutua colligantia & continuitas, vt omnis Virtus Superior per ſingula Inferiora, longa & continua ſerie, radios ſuos diſpertiendo, vſque ad vltima inſtar funiculi tenſi ſufluat: & Inferiora vice verſa per ſingula ſua Superiora perueniant, quia vna eſt Virtus opifex, & ſpecierum participatio per omnia diffunditur: Matrimonium Diuinum: Hinc Rerum Naturalium Inferiorum cum Superioribus, mira colligantia, continuitas, influentia & ſympathia: Intercedente hoc matrimonio mundi, multa in Magia & Cabala effici poſſunt.

Et Verus *Cabaliſta* (quem Paracelſus vocat Naturalem Diuinum, qui Prophetis æquiparatur, & cuius mens vnita & coæquata DEO facit omnia quæ vult, vult autem quæ ipſe Deus) *Dealiter* ſupra Naturam, fiducia firma, & fide mirifica miraculorum *Ianuâ*, *Vnico* Diuiniſſimo Nomine IHSVH, in quo recapitulantur & continentur omnia, id eſt, in *Verbo Mirifico*, per Mentem, Fidem & Orationem, preces ſcilicet in Spiritu & Veritate factas, in momento exequitur. Renaſcentia eſt Ager Medicinę Cœleſtis, quæ vno verbo curat ſine medio Externo: Vna illa operatio contingit ratione DEI, tanquam Artificis, & ratione Hominis tanquam Inſtrumenti: Hominibus enim innocentibus & in lege Domini doctis, pro voto fidei ſeruit omnis Creatura, & exaudiuntur ad omnia, quæcunque petierint, teſte Elia, Eliſæo. Per preces enim, id eſt petendo, quærendo &

*Omnis Creatura timet, & reueretur Nomen illius, qui fecit eam.*

*Lege libros Regum.*

pulſando, in Fide omnia impetramus, per fidelem Orationem recta & certiſſima via conſcenditur ad ſummam Diuinarum atque Humanarum Rerum Sapientiam: Nam in his Tribus Punctis Principalibus, conſiſtit etiam totum Fundamentum Magicæ, & Cabaliſticæ Artis, vt videre eſt apud Paracelſum de Signatura Rerum libro 3.

*1. Reg. 3. ſect. 12. Sap. 7.*

Ideò etiam ſoli Creatori omnia in omnibus operanti, debetur Honor, Laus & Gloria ob deſideratum Medicamenti ſeu *Verbi* ſui exhibiti conſecutum finem. Medico autem DEI & Naturæ obtemperanti miniſtro, manu ſeu inſtrumento, ne ſibi quæ ſolius DEI ſunt, vſurpet, fidelis ſaltem Laboris ac Charitatis debetur prę̨mium, quòd miſeris & egentibus mortalibus poteſtatem à Deo acceptam legitimè adminiſtrarit. Nihil enim ſuum ibi eſt præter artem & legitimam adminiſtrationem, cuius gratiam refert non auxilij: Deus enim ſolus ſuper omnia laudandus & benedicendus in omnibus. Honorem ſuum alteri non dat, & quia totum dedit, totum etiam rehabere & retrahere vult. Nihilominus tamen iubente Sacra Scriptura, Honorari debet Medicus verax & ſyncerus, qui inter omnes artes & facultates Deo acceptiſſimus eſt: Primò quia Deus per ipſum vtpote ſuum miniſtrum etiam neſcientem & dormientem operatur, ac ſuam voluntatem exequitur, ſuppeditando Medicinam de Terra & *Verbum* ſuum ſupernè, ſine quo

*Corporis ſanitas Deo debetur, non Medicis, Notate Medici, qui more Ethnicorum, poſthabito & incõſulto Deo, qui ſolus ſanat languores, neglecto item Termino prędeſtinato iuxta voluntatem Diuinam, temerariâ arrogantiâ, certum ſpondetis & definitum, ſoli Diuino beneplacito committendum conualeſcentiæ Tempus.*

quo nulla Efficacia in medendo pręſtari poteſt, Sine me enim, ait Saluator, nihil poteſtis facere: Secundò, quia iuxta infirmorum curationem (ſiquidem Sanitas maximum Hominibus Bonum) omnes etiam mortales in Naturę, eiúſque Luminis inueſtigatione ac cognitione (quem Homerus non ſine cauſa iubet eſſe ἐπιςάμενον περὶ πάντων, omni ſcilicet cognitione refertiſſimum) meritò anteire debebat: Tertiò, quia ipſe ſolus, mirabilia DEI opera, tam in magno quàm in paruo mundo omnibus manifeſtat, ita vt nõ tantũ per detecta arcana ſua & myſteria, verùm etiam per ſanationem infirmorum DEI laus & gloria mediante Medico ſummoperè euehatur & extollatur: Ideò etiam inter omnes ſcientias & facultates præſtantiſſima meritò iudicatur Medicina, in qua magnalia DEI ſumma miraculosè conſpiciuntur, quæ ex Theologia ſeu Lumine Gratiæ, ſumit initium, & in Lumine Naturæ perficitur.

*Eſ.48. ſect. 11. Sir.38. ſect.4. Sir. cap.38. ſect.15.16. 17.*

## III. QVOMODO ILLA CORticibus Tecta, Beneficio Vulcani Eruenda & debitè præparanda ſit.

PErfectè omnia creata ſunt, quo ad primam materiam, ſed Chymicus per Vulcanum vltimam materiam perficit, quia nulla res in hoc inferiori mũdo generationi & corruptioni obnoxio adeò nobilis eſt, quę non in ſe & reſpectu alterius Venenum habeat, iuxta Eſſentiam ſeu

*Medicus per Vulcanum Creaturam DEI perficit.*

Medicinam: In omnibus maximis DEI operibus, vbi Malum, ibi etiam Remedium, vbi Virus, ibi Virtus. Ideò nil fruſtrà creatum, ſed omnia in aliquem vſum: Nam ita à Natura comparatum eſt, vt ſemper Bonum & Malum in aſſiduam Timoris DEI recordationem coniuncta ſint in omnibus rebus, quæ producunt Elemẽta ſublunaria. Quamprimùm, ait Firmianus, Homini Virtutem Omnipotens indidit, confeſtim & Hoſtem adiecit, ne Virtus otio torpens Naturam ſuam amitteret. Adeò nil ex omni parte beatum dixit Poëta, vt Homo Diuinæ Naturæ particeps, omnium animantium dominus, ſuos patiatur manes, & quibus exagitetur furias habeat. Rogerius Bacchon Philoſophus Anglus dicit, Deum Tenebras & Lucem facientem, vbi pro ſua *Miſericordia* magnam Medicinam poſuit, ibidem etiam poteſtate *Iuſtitiæ* ſuæ incomprehenſibilis *Venenum* pro cuſtode, Tribulos videlicet & Roſarum ſpinas, præuaricationum comites indiuiduos ac vindices adiunxiſſe. Bonum ſine malo cognoſci non poteſt, & cognito hoſte vitari poteſt damnum: Sic etiam ſacer Hermes antiquiſſimus Theologus, vnà cum Eccleſiaſtico ſcribit in claue, Ex contrapoſitione & contrarietate omnia ſublunaria oportere conſtare, & hoc propter generationem & corruptionẽ rerum aliter fieri eſſe τ̃ ἀδυνάτων. Omnia enim cùm non habeant quæ timeant, cõtra leges agunt: neque aliter Homo poteſt ad ſummum faſtigium venire, niſi manu ſemper agitata ſe ad ſalutem ſuam dimicandi tenore funda-

*Sir.39. ſect. 26.*

*Rigida DEI Iuſtitia eſt morbus & venenum in omnibus rebus: E cõtra Miſericordia DEI in Natura & in omnibus rebus eſt medicina,*

*Sap.18.ſect. 15.16.*

*Sir.39.ſect. 36.*

*Eccl.33.ſect. 15.16.*

dauerit. Deus enim per ſuam ſapientiam ita ordinauit, vt æquè benè ſit ἀντιπάθεια ſicuti eſt συμπάθεια, quo ſpectaculo Natura mortales ad eius Secreta contemplanda & eruenda voluit promouere, vt ſi alter alterum perhorreat, Inuiſus Inuidentis defectus reſarcire vel mederi poſſit: Quapropter Heraclitus Naturam è Bello genitam, & Homerus Contentionem vocat: Homo eſt ſui ipſius hoſtis, Cauſa diſſolutionis & mortis eſt Regnum hoc noſtrum in ſe ipſo diuiſum, inteſtinum videlicet duellum, ſiquidem in corpore microcoſmico, propter coniunctionẽ rerũ aduerſarum perpetua lucta, ac conſeruator & deſtructor ſanitatis latet, quo nomine Sancti, mortale corpus vocarunt Infernum ac Purgatorium, in quo ſemper belligerandum eſt. Ideò cùm in vitæ Republica, Mortis Anatomia Hoſpitium inuenit, Natura Medicos miniſtros eſſe præcepit, ac ſeparatores, non magiſtros vel cõpoſitores. Remedia enim præparationes, ſeparationes, & exaltationes requirunt, antequam latentes & ligatas virtutes explicare poſſint. Quẽadmodum autem omnia Igne probantur, ita etiam Examen ſcientiæ medicinæ in igne debet fieri. Medicina & Chymia non poſſunt ſeparari: Manifeſtat enim Chymia, (non illa quâ impoſtores ad ſuas Dealbationes & Rubefactiones vtuntur,) non ſolùm Vera ſimplicia, Magnalia, Arcana, Myſteria, Virtutes, Vires ſanationẽ concernẽtes, verũ etiã ad imitationẽ Archęi Vẽtriculi ſeu Chymici Naturalis Innati docet ſegregare quodlibet myſteriũ in ſuũ reſeruaculũ,

*Eccl. 3. ſect. 14. 7. ſect. 15. Sir. 42. ſect. 25.*

*Cauſa ſympathiæ & antipathiæ.*

*Sir. 38. ſect. 15.*

& medicamenta infelicibus veſtimentis obducta debita ſeparatione ab impuritatibus & corruptibili ac fœda ſuperficialium & externorum Elementorum commixtione expedire, vt pura illa Cryſtallináque materia, ſeu Natura ſimplex exhibeatur corporibus: Sed hãc à carceribus & captiuitate expedire, Hoc opus hîc labor eſt. Digna prouincia in qua omnes Medici ſeneſcant, & plena exercitationis, ſine ſiquidẽ Philoſophia Chymica omnis Medicina mortua eſt: Abſq; Alchymię cognitione neq; Theorica neq; Practica Medicina eſſe poteſt. Qui illã difficultate perterritus recuſauerit, fruſtrà morborũ loca inquirit. Nõ ergo imitandi ſunt hac in parte Vulgares noſtri Medici, qui ex aliorũ vigiliis, & laborũ inuẽtis ſuæ ignauiæ patrocinia quęrunt, & præparationẽ medicamentorũ Pharmacopæis maxima ex parte negligentibus & auaris (de conſcientioſis & ſua fideli diligẽtia Reipub. tanquam Alchymiæ Vulcani inſeruientibus hîc nõ loquor) maximo ægrotantiũ incommodo committere ſolent. Per hãc enim artificioſam corporum reſolutionem in cõſpectum venient proprietates, quę antea compoſitionis virtute occultabantur. Per illam inſuper tanquam artificialem quandam cynoſuram, Chymiatri vela, non modò ad omnes Naturæ oras, ſed etiam ad ipſum totius Creaturæ, ſingularum etiam eiuſdem abſtruſiſſimarũ virtutũ, admirationẽ, contemplationem, perceptionémque fecerunt, & inſignem in plurimis ſunt aſſecuti ſcientiam: nec immeritò. In hac ergo

vera corporum Analyſi, & vitali Anatomiâ, oportet Medicum eſſe exercitatum (vt ſuprà dictum) quia nulla eſt conſtans proprietas vllius corporis, quæ non vel in Sale, vel Mercurio, vel Sulphure eiuſdem corporis deprehendatur. Primò autem Corpora omnia compoſita inferioris globi in tres ordines vel choros diſtribuenda ſunt, in Animalia, Vegetabilia & Mineralia: Indiuidua deinde horum omnium diligenter examinanda, & Indiuiduorum partes: Ita inueniemus in ſingulis ordinibus illuſtres trium primarum differẽtias: Eſt enim in officina Rerum Sal animale, vegetabile, minerale: animale vegetabile, minerale Sulphur: Mercurius item vegetabilis, animalis, mineralis. Prima Rerum facies fuit pura, integra, perfecta ſine corruptione & morte: Summus enim & omnium opifex Deus, ſua voluntate propter infinitam gloriam ſuam creauit omnia bona, vt omnia bona eũ glorificarent, & ſanctè incorruptéque ſecundũ præſcriptum ordinem viuerent. Homo primò ſanus creatus eſt, (morbi enim primam originem nõ ex viro ſed ex muliere ducunt) verùm ingreſſus in mundum, peperit aditum ad mortem, quia apparuerunt duo contraria, externum corruptibile & internum integrum, ſine corruptione ſubſequente diu non potuerunt in vno ſtare. Poſt præuaricationem igitur & defectionem ab vnitate ad alteritatem, maledictione Diuinâ nouę ſuperuenerũt Tincturę (ἰλιὰς τ̃ κακῶν) quarum mixtione in calamitoſam ſortem, vnà cum calamitoſo mundi ſocio, tranſplantata eſt totius

*Vegetabilia comprehendunt plãtas, arbores. zoophyta: Animalia, bruta per ordinem Reptilia, Natantia, Volatilia, Quadrupedia.*

*Sirac. c. 38. sect. 15.*

Creaturæ pulchritudo. Impuritas puris radicibus adiuncta, eáque fuit morborum prędeſtinatio. Morborum enim radices in certis indiuiduis vel ſpeciebus ſeorſim non conſiſtunt, ſed implantatæ & permixtæ puris primíſque rerum ſeminibus: Nutrimenta verò rerum Naturalium, fructus ſunt ſeminum, in quatuor matricibus vel Elementis vigentium. Natura igitur vt iam eſt, nil in hoc ambitu ſublunari nobis puri dedit, ſed omnia permultis miſcuit impuritatibus, vt iſtam nobis Chymicam ſcientiam ab infantia noſcendam eſſe, ceu quodam neceſſitatis ſtimulo inculcaret, vt dum è Paradiſo in huius mundi ſuburbium expulſi, in vtriuſque Limi Viſibilis & Inuiſibilis admiratione, inueſtigatione, & cognitione, *Terram*, id eſt totam mundi machinam coleremus, & in parando victu, aliiſque ad ſuſtentandam hanc præſentem vitam neceſſariis, tanquam Naturæ operarij, non in vmbra, ſed in ſudore vultus occuparemur, hoc pacto induſtriam noſtram in hac *Terra Laboris*, per impoſitionem Crucis patienter ferendæ, ad conſequendos Terrenæ & Cœleſtis Sapientiæ fructus excitaret, ne ſocordes inerti ac turpiſſimo tabeſceremus otio, aut nil agendo (ad omnia vitia & peccata procliuiores) malè agere diſceremus. Et hic eſt verus Creationis Hominis Finis, vt in DEI Timore & amore proximi, amiſſa recuperando Terram laboret, non vt otietur, ſed vt in Lumine Naturæ, non ſecundùm ſuam, ſed ſecundùm Creatoris voluntatem ambulando, Inſtrumentum, Habita-

*Morborum calamitate & ſuperuētu Tranſplantatio Creaturæ facta: poſt defectionem tam ratione creationis, quàm propagationis hoſtem in ſinu ſuo gerūt mortales, morbos ac mortem ſuâ innatâ contrarietate ac corruptione cauſantem.*

*Qui diſcit Deum & ſe ipſū cognoſcere, ille bene Terram coluit.*

*Nimiâ licentiâ homines deteriores fiunt aut brutis ſimiles: Labore autem pellitur Otium, Sathanæ puluinar.*

Habitatio, ac Tabernaculum DEI maneat, & ad euitandas malas & otioſas cogitationes, in Viis Domini ambulet, hoc eſt, in ſuis operibus per obſeruationem Temporalium & Cœleſtium conſiderationem, miracula DEI per Naturam inueſtiget, Inuiſibilia DEI opera manifeſtet, celebrans admirando infinitam Creatoris Sapientiam, Potentiam, & indeſinentem erga genus Humanum, in operum ſuorum mirabilium, magnalium & myſteriorum indagandorum patefactione, Bonitatem. Sed relictis iam alimentis ad medicamenta veniendum eſt, in quibus nemo tam ſtolidæ ceruicis (niſi frugibus inuentis malit adhuc ad modum prioris hirſutioris æui glandibus ſeu putaminibus cum nucleis veſci) qui hanc artem improbabit Separatoriam, quæ Bonum à Malo, Vtile ab Inutili, Narcoticum ab Igne, Spiritum mineralem ab Anthos, Homogenea à Heterogeneis, Venena à Medicinis & Balſamis ſalutaribus, Lucem à Tenebris, Vitam à Morte, Diem à Nocte, Viſibile ab Inuiſibili, Cœleſte Purum, Nucleum, Medullam, à Terreſtri Impuro, Corticibus, Membranis, Inuolucris, Teſtis, Siliquis & Fæcibus, Veſtimenta & Domicilia medicamentorum corporibus humanis aduerſa, ab Incola, Anima, myſterio Superelementali, Quinta Eſſentia planè corporum noſtrorum Balſamo Interno, conueniente, amica & correſpondente ritè ſecernere & ſeparare docet, vt colligatur eſſentia illa viuifica ſaltem, cuius facultas ſolutis vin-

*Solæ Purificationes sũt vera Correctiua omnium remediorum.*

*Sicut mors ſeparat æterna & caduca, ita Vulcanus bonũ à malo, Quintam eſſentiam à corpore.*

*Sir. 39. ſect. 39. 40.*

culis exurgens altiùs & promptiùs ſe promit, & vires multò quàm antea maiores profert, & corporibus ſanandis efficaciores. Venenata enim omnia Balſamũ habent Humanæ Naturæ conſentaneum, & nullum Venenatum eſt Animal, quod Veneni ſui Antipharmacum in ſe nõ contineat & in ſuo genere bonum ſit, & dum Homini eſt Venenũ, alteri animali ſæpe eſt familiare alimentum: Ita araneæ gallinis ac paſſeribus proſunt, bufones ſerpentibus, ſerpentes ceruis & ciconiis: Formæ autẽ hæ medicamentorum extractæ plus operantur, quàm cùm ſunt in materiam immerſæ, quæ potentiam & operationem Arcani impedire & infringere ſolet: Imò Anima ſeu Forma vniuſcuiuſque Rei ſpecifica, multò & plures & præſtantiores virtutes operationéſque habet, quàm vel ipſum corpus, vel eiuſdem Rei materia: ſiquidem omnis Res habet eſſe à Forma, quantò ergo magis de Forma, tantò magis de Entitate: Id quod Chymiæ oſores propriâ conſcientiâ coacti, & oculari demonſtratione conuicti, inficias ire nequeunt. Et hinc commoda plura ſequuntur: Primò, quòd ratione minoris quantitatis medicamenti faciliùs & liberiùs multò ægri ipſum capiant, cùm plurimi ſæpè ita ſint difficiles, vt vitam potiùs cum morte commutare velint, quàm illarum craſſarum & turbidarum potionum, complexionem humani corporis corrumpentium, plenos haurire calices, quas etiam ipſe Medicus præſcribens, & Apothecarius miſcens in caſu ſimili bibere exhorreſcendo recuſarent.

*Rationes cur Spagyrica medicamenta debitè præparata multis officinarum mixturis Heteroclitis ſint præferenda.*

Secun-

Secundò, quòd horum vſu etiam reiterando non lædatur ventriculus, cùm nil obſtet, quominus actionem ſuam præſtent (ſeparata enim in ventriculo naturali impetu ad notiora ferũtur ſine impedimento diuerſoria) & citiſſimè corpus afficiant, & ab ipſo afficiãtur: ac ita aſperę ac terreſtres ipſorum partes interioribus adhærẽtes vlcerare, nec ſæpiùs vtentes (ſicuti per frequentem vulgarium vſum) valetudinarios facere poſſint. Tertiò, quòd ex iis eſſentiis omnis nociua qualitas (ſi tota prima præparatione auferri non poſſit) aliarum tamen exquiſitiſſimarum permixtione omninò adimatur, aut ſaltem faciliùs obtundatur. Et quod diffiteri non poſſumus, Ars hæc Spagyrica adeò neceſſaria eſt, vt ſine magno diſcrimine illa carere Medici non poſſint: Nam in re vna ſimplicíque ſępè ſubſtantiæ ſunt diſſimiles, ſæpè contrariis proprietatibus inſignitæ, quarum vna noxia, reliquæ ſalutares, vt in opio, melle apparet, quę ſine ſubſtantiarum ſeparatione huius artis adminiculo perficienda dignoſci neutiquam poſſunt. Galeniſtæ etiam ſolo huius artis beneficio tueri poſſunt ſuas Maximas, affirmantes omnia amara calida eſſe, cùm tamen Opium, quamuis ſummè amarum, ſtupefaciendi virtute excellat: Roſa item & Cichorea licèt amaræ, nihilominus ad refrigerandum adhiberi ſolent. Reſponſi huius nodus Cultri Anatomici Ignis videlicet beneficio diſſecandus eſt, & ſic ſubſtantiarum facta ſeparatione dignoſcemus Simpliciũ Temperaturã, & reperiemus in Opio Sulphur dulcę Narcoti-

cum, Sal amarum calidum, ſubtili reſolutione penetrando ſudores mouens, ſine vlla vi ſtupefactiua. Et quod meritò admirandum (prout ſolertes Medici norunt qui ex incommodis ſciũt elicere commoda & vtilitates) Venena metallica licèt pernitioſiſſima, huius artis miniſterio & Ignis iudicio, eatenus poſſe corrigi & emendari, vt ſine noxa tutò poſſint corpori ingeri, ſicuti Arſenici, effrenatæ malignitatis exemplum per ſalem petræ artificiosè Vulcani beneficio fixati, manifeſtam fidem facit. Mineralia enim, quorum ſpiritus ſubtilitate noſtros vincunt, & lapides pretioſi à medicamentorum numero excludi non debent: Ritè præparata Vegetabilibus longè præſtant in curãdis morbis. Primò, quòd molliori materiæ, qualis eſt Plantarum & Animantium, tanta virtus, fortéſque operationes imprimi non potuerint, quandoquidem difficulter eas retinere poſſe videntur: Fieri etiam non poſſet, vt Vegetabilia corruptioni obnoxia corpus Humanum à corruptione vindicarent, ſicuti perfectorum metallorum ſpiritus, nullis corruptionibus obnoxij, faciunt.

*Venenum redactum in Arcanum non eſt Venenum, ſed præſtãs medicina: ſic Planetæ Terreſtres liberantur à ſua Lepra: & ingratiſſimi fœtores per digeſtionem in ſuauem vertũtur odorem.*

Secundò, manifeſtum eſt, mineralia & imperfecta metalla, magnis virtutibus medicinalibus donata eſſe, vt in Chirurgicis medicamẽtis apparet, vbi vix vllum vnguentũ præparatur, in quo non imperfectum metallum vel minerale admiſceatur: Ergo abſque dubio perfecta longè maiores vires ab Omnipotente acceperunt. Tertiò, quòd Naturæ Animantia & Plantas nõ vni alicui actioni, ſed multis virtutibus functio-

nibúſq. aptas gignere cupiẽti, minimè licuerit, ita contemperare mixtionem illorum corporum, vt vires illas admirabiles conſequerentur, & ſolidam ſtabilémque Balſami Naturam admitterent. Quartò, quòd lapidum generatio temporis interuallo abſoluitur maiori, breuiori autem abſolutè perfectorum corporum: Natura igitur longitudine temporis adiuta, maiore agendi facultate lapides pretioſos, aliáq; metallaria corpora exornare potuit: Varietate enim officiorum ſenſibilium & mobiliumnon diſtrahuntur. Adde quod lapides pretioſi meritò cæteris commendabiles ſint, propter ſummã ipſorum temperiem & ſplendorem, qui inGranato Bohemico vix vllo ignis ardore domari aut corrũpi poteſt: ídq; propter ſolã ſpirituum fixationem, quæ in ipſo ſatis percipi poteſt: quâ ratione etiã Auri vires in curatione morborũ æmulatur, & Rubino Orientali, ſuſtinenti Ignis examen vix tot horis, quot alter mẽſibus, meritò in vſu medico præferri debet. Hoc etiam hîc obiter notandũ eſt, quòd Gemmæ ſuum Colorem, Formam & Tincturam, per Aſtrorum formationẽ à metallis accipiãt, ſecundùm intẽſionem aut remiſſionem colorum: ſunt enim metalla tranſplantata. Nam Rubini & Granati, auri habent Tincturam, Sapphiri & Turcoides argenti, Smaragdi & Chryſolithi cupri, Hiacynthi & Topaſij ferri, Adamãtes ſtanni, Saturnus glutinamẽtum cũ pondere ſubminiſtrat, ſicuti è factitiis illis & ementitis gemmis è minij & ſilicum alborũ puluere proportionabiliter mixto, additâ formâ metallicâ, per Ignis artificium ad

*Gemmæ ſunt ſtellæ Elementares.*

oculum demonſtrari poteſt. Et quamuis Naturalibus ac genuinis colorum pulchritudine non cedant, pondere tamen & mollitie fucus & adulteratio ab intelligentibus Lithotomis facilè deprehenditur. Si fortè qui ſint, qui ex ſimplicitate dicant, Metallorum vſum in medicina nullum eſſe, ſaltem in ciuili vita, quamuis ſint Elementorum fructus æquè benè, vt Animalia & Vegetabilia, non ad Hominis nutrimentum, ſed ad medicinam creata in Hominis gratiam, neque illorum perfectorum pręcipuè vllam eſſe cum corpore humano conuenientiam ac ſimilitudinem, licèt illorum trium primorum etiam Homo particeps ſit, ſciant Animale, Vegetabile, & Minerale ſperma vnum habere ortum, differre ſaltem Loci & Receptaculi Qualitate. Animalia, Vegetabilia & Mineralia principia, vna eadémq; per omnia ſunt, ſed varia Receptacula. Aliud enim eſt Vegetabilium, aliud Mineralium, ſiquidem omnia hæc deſcendunt ab vno genere principali principaliſſimo, & generaliſſimo (quod eſt generale ſemen omnium rerum ſeu primæ materiæ ſubiectum, poſtea in tria principalia genera diuidendum, Animale, Vegetabile, & Minerale) à quo Natura recipit Argenti viui Naturam ad creandum omne aliud compoſitum. Omnia ſunt ab vno principio, & tendunt ad vnum: In Nocte Orphei & Hippocratis Orco, omnia ſunt vnũ, atteſtante etiam πανσπερμία Anaxagoricâ, malè ab Ariſtotele intellecta & iniquè incuſata: Sed poſtquam vnica illa Natura Eſſentia & materia

*Lege manuale Theophraſti.*

*Mineralia Hominis ſanitati conducũt. Dum enim corpus humanum accipit ſuam medicinam à mũdo, quia mundus eſt, inde ſequitur omnia mineralia homini conducere, quod que applicatũ ad ſuum minerale in corpore phyſico contentum.*

*Sic etiam Spiritus vitæ vnicus eſt per totum corpus humanum, ſed quoad corporis partes, quibus ineſt, varius.*

ria Rerum omnium in hanc mundanam progreditur ſcenam, ſecundùm DEI voluntatem, quæ eſt Specificum Omnis Creaturæ, varia & multiplicis diſtinctionis mirabilia in itinere induit corpora, iuxta Loci & Receptaculi diſpoſitionem & varietatem: ſecundùm ſpiritus etiam vniuerſalis agitationem & operationem: hic creſcũt Vegetabilia, illic Mineralia prouenĩũt, iſthic generantur Animalia, & vnum cedit ſemper in Nutrimentum alterius. Hic enim ordo ſublunari Oeconomiæ præſcriptus eſt, vt Mineralia Vegetabilibus, hæc brutis, brutáque hominibus alimentum ſuppeditent, quod fieri nõ poſſet, niſi natura vnius eſſet affinitate participans naturæ alterius, & hoc propinquitate, & vicinitate primi generis, à quo omnia proceſſerunt.

Ex vno ergo fonte procedunt omnia, & poſt abſolutum pẽſum, relicta Vanitatis ſtatione reuertuntur ad loca ſua, immutabili quiete beata: Spiritus ille vniuerſalis totam agitans molem (Agrippa vocat ſubiectum omnis mirabilitatis, Ens nullo ſenſu comprehenſibile) qui omnia in omnibus operatur & orbem Terrarum impleuit, DEI Numen, totum mundum in ſe complectens. Auicenna vocat Animam mũdi diffuſam in omnibus rebus, fretus autoritate Platonis, Arabum & Chaldæorum, abſque omnia tamen ſuperſtitione & cultu idololatrico audien-

*Rom. 8. Vide Apocalypſin Hermetis Paracelſi.*

*Anima mundi eſt vita quedã vnica, omnia replens, colligans & cõnectens, vt ex tribus generibus Creaturarum, Intellectuali, Cœleſti & Corruptibili vnam reddat totius mundi machinam per virtutem quam habet ab Idæis, omnia tam naturalia, quàm artificialia fœcundat infundendo illis proprietates occultas quas Quintas Eſſentias appellare conſueuimus.*

dum hoc, habito interim vni DEO honore & gloria ſua quam alteri non dat: Natura inquam media, infima ſupremis Harmonico quodam concentu coniungens (& nunc Animalis, nunc Vegetabilis, nunc Mineralis, pro ſubiecti & receptaculi diuerſitate vocatur) ſtupenda operari ſolet in tribus Naturæ Familiis, ſicuti inter cætera, etiam in puero Sileſiaco, noſtro ſeculo memorabili manifeſtatum fuit exemplo, in cuius ore produxit non aureum, ſed auro obductum maxillæ ſiniſtræ inferioris dentem, quem olim Pragæ in aula Illuſtriſſimi & Laudatiſſimi Principis D. Petri Vrſini à Roſis, &c. & vidi & contrectaui. Hermeticæ Philoſophiæ ac mirabilium DEI operum Indagatoribus ſolertiſſimis, qui abditarum in ipſa Naturæ maieſtate cauſarũ ſecreta rimantur, nihilque quod ſciri poſſit, ignorare velint (ſiquidẽ ea quæ naturalem ordinem excedunt, perſcrutari non ſit vetitum) miraculũ hoc ludentis Naturæ minus eſt mirabile, cũ ex occultioris Philoſophię penetralibus ſciant, eũdem illum Spiritum, & Naturam mineralem, quæ in Terræ viſceribus producit Aurũ, etiam in Homine eſſe: Ille Spiritus in auro, idẽ eſt cũ Spiritu generante omnium Creaturarum, éſtque eadem & vnica generatiua Natura per omnia diffuſa: Hic Spiritus nũc Naturale corpus aſſumpſit: Primum mouẽs & Naturæ rector in omnibus rebus naturalibus eſt, cõſeruat omnia, & ab illo ſunt omnes res, omniáq. inferiora Harmonico quodam concentu regit: Scribit Albertus Magnus ſuo tempore in corporibus & capitibus ſuſpen-

*Natura DEI Imago eſt Ignis inuiſibilis ſeu Vigor Igneus quo cunctæ res multiplicantur.*

*Natura ſæpe in ſuo magiſterio ludit & lætatur de ſuo magiſtro, & de ſua arte & viribus.*

ſuſpenſorum quorundam fuiſſe repertum Aurum: In libro Mineralium dicit Aurum vbique reperiri: Non eſt res, inquit, ſine quatuor Elementis Elementata, in qua non inueniatur Aurum Naturaliter in vltima ſubtiliatione: Et ideò affirmant Philoſophi Myſterij ſui materiam vbique reperiri: quia in omni re Elementata conſiſtit. Item probat Albertus, quòd maxima virtus mineralis eſt in quolibet Homine, & maximè in capite inter dentes: & ſuo tempore inuentum ſcribit in ſepulchris antiquorum mortuorum inter dentes aurum, in granis minutis & oblongis: quod eſſe non poſſet, niſi in Homine eſſet illa virtus mineralis, quæ virtus mineralis eſt in Elixire Philoſophorum. Sic Morienes præſtans ille Philoſophus, Chymiologiæ ſcientiſſimus & in ea exercitatiſſimus, cùm Regi Calid interroganti de Elixiris materia reſpondiſſet: Ex te eſt ô Rex, & tu eius minera es: nequicquam de eadem à Raymundo Lullio Magiſterij ſcrutatore haud ſcio, an ſolertiori an diligentiori diſcrepauit, cùm materiam ſuam ex re vili & impreciabili ſe traxiſſe dixiſſet. Riplæus in Portis vtrique ſuffragatur: Memento Hominem eſſe nobiliſſimam Creaturam, in quo eſt quatuor Elementorum proportionatorum per Naturam Neutralis Mercurialitas, quæ omninò nil conſtat, producitur per artem ex ſua minera. Rhaſin ſubiiciamus Riplæo, vt qui ab eo non vſquequaque diſſentiat: Libro

*In mineralibus.*

*Lullius fuit diuinus ac conſummatiſſimus Philoſophus, immeritò à Paracelſo culpatus.*

*Materia lapidis dicitur eſſe in omnib. rebus ratione primi mouentis in rebus naturalibus, qui Spiritus Vegetalis nuncupatur, quo noſtra materia lapidis præ cæteris abundat, Spiritus hic tam eſt in animalibus, vegetabilibus, quam mineralibus.*

Diuinitatis, inquit, ſcias Res Naturæ ſubtili artificio ita colligatas eſſe, quod in qualibet re, eſt res quælibet potentiâ, quamuis actu non videatur: Sed de his curioſiùs verba facere ſuperſedebo, alioquin congeriem Philoſophorũ iſthæc confirmantium, non vulgaribus argumentis & à ſuperficie rerum ſumptis, ſed rationibus firmiſſimis & ex intimis rerum viſceribus eductis, adducere huc poſſem teſtes videlicet graues, & exceptione quorumvis Sophiſtarũ maiores, ſed hæc tranſeunter ſint dicta.

Porrò Subtiliandi, Extrahendi, & Separandi modus Chymicus Galeni tempore deficiẽs, non admodum in vſu erat, (ſiliquas enim & cortices à nucleo nõ poterant ſeparare, huic ipſi prorſus incognitus, quem tamen magno deſiderio deſiderauit inſcius, vt ex ipſiúſmet verbis intelligere eſt, quando de ſimplicium medicamentorũ facultatibus, de aceti partibus calidis & frigidis ſecernendis ſe pericula omnia ſubiturum ait, ſi quam machinam inuenire queat, partium contrariarum ſeparationis, vt in lacte ſic in aceto? Qui ſi artis deſtillatoriæ peritus fuiſſet, voti ſui hac in parte facilè compos fieri potuiſſet. Neque verò Hippocrati aut Galeno pro dedecore aut opprobrio imputandũ erit, quod hæc ignorauerint: Deus enim & Natura (quę Diuinorum operum ordo & ſeries eſt, ac Dei potentiæ illiúſque verbis & iuſſis obſequitur, ab eóque vires mutuatur) nil facientes fruſtrà, non omnia ſimul vno & eodem tempore generi humano profundunt, ſed dona quibuſdam ſeculis particularia

*lib. 1. c. 19.*

*Lactis tria prima, Serũ, Butyrũ, Caſeus coagulatus, omnis enim Terreſtreitas eſt Sal.*

culiaria ſucceſſiuè communicant,nec vni omnia largiuntur,ſed vnicuiq; particulare donum diſtribuunt. Hinc apparet, quàm diſſimile fuerit multorum Veterum iudicium, qui, ſi quid ipſi ignorabant, quod ab aliis ſciri etiam in longinquis regionibus audiſſent, illius perdiſcẽdi gratiâ,nullius non Maris Terręque periculum ſubierunt:Sine dubio,ſi Galeni ſeculum in Paracelſi tempora incidiſſet, eruditionẽ eius ſine inuidia veneratus fuiſſet, nec puduiſſet eum Carbonum: & prout erat diſcendi auidus, ipſi Theophraſto, tam pro trium primarum ſeparatione in aceto, quàm pro altiorum Magiſteriorum & Elixirium præparationibus communicandis, aliquot annis, gratis ſeruitutem ſeruire, & Ciniflonis, Argillarij, Vigilíſve locum ſubire nõ recuſaſſet: nullam denique non admiſiſſet conditionem, quæ huic tam præſtanti ſcientiæ perdiſcendæ adminiculo fuiſſet, fruſtrà iraſcentibus Cholericis & Melãcholicis Phileraſtis Medicis, qui cùm in Medicina Spagyrica vix fuerint Alphabetarij, neque de Creatione & compoſitione Interni Hominis Aſtralis quicquã ſciuerint, multò minùs de Mechanicis morborum Spiritibus, non erubeſcunt tamẽ temerè & præſumptuosè abſque conſciẽtia pudoris cancellos datâ operâ tranſiliendo in nũquam ſatis laudatũ, & aduerſariis ſuis millies meliorem Paracelſum, Germaniæ immortale decus (qui ſuprà quàm credi poteſt,omnium Scientiarum Diuinarũ & Humanarũ abſolutã habuit cognitionẽ) magno conuiciorũ numero inſurgere, ſcurram

circumforaneum, omnis Philoſophiæ inſcium appellare non verentur, illúmque nõ intellectũ cum proprio ſuo dedecore, irrito licèt conatu malitioſè opprimere: Vitę ipſius Oeconomiam odio proſecuti ſunt Viperino, vitia exaggerãtes humana: atque ita magna temeritate in ſemetipſos legem ſtatuũt iniquam: Sine vitiis non viuitur: optimus ille qui minimis vrgetur, non vident manticæ, quod à tergo eſt, quaſi ipſi etiam homines non ſint, atque iis ipſis vitiis, quæ inſectantur, vel maioribus obnoxij ſint, vel aliquãdo fuerint, vel adhuc obnoxij fieri poſſint, & ſic feſtucis fratrũ intenti, noſtras obliuiſcimur trabes.

Vtinã illius temporis ambitioſi Medici alios ſuâ laude fruſtrantes (ſecundũ illum qui omniũ Humanarum actionum & Artis Medicæ Finis eſt, videlicet vt Deum Opt. Maxim. amemus, & proximũ quęque perinde ac nos ipſos) in Theophraſti pectore ſerpentis oculum geſtantes, non animaduerſis ſuis defectibus, illum orientem Solem potuiſſent ferre, & pro dignitate & merito ipſum tractaſſent mitiùs: imperfectiones eius humanas à nemine approbatas pari ſuſtinuiſſent miſericordiæ affectu quo Galenicæ impietati Moyſis Chriſtíque ſcholam irridenti condonarunt: ſine dubio poſteritati gratæ Arcana ſua diuinitùs ſibi concéſſa manifeſtaſſet clariùs, minúſque inuolutè & truncatè de Præparationibus verba feciſſet: nec hodierna Reſpub. Spagyrica impiam quorundam, & maledicam illius temporis ingratitudinem etiamnum ad ſummum doloris experiretur, ſenſum, conſtantiam

*Lib. 2. de pulſuũ differentiis.*

&

& tractandi æquabilitatem in Theophraſti ſcriptis requirendo, & in proceſſu mechanico Præparationum veritatem deſiderando. Inde fit, vt pauciſſimi hodiè reperiantur, qui veras medicinas ex Theophraſti mente pręparatas habēt, de quibus in ſuis libris copiosè agit. Requirunt enim verè Philoſophicas ſolutiones, mortificationes, cohibitiones, reſuſcitationes & ſimilia, quæ ſine vera Phyſica, Aſtronomia & Chymia intelligi nō poſſunt: nec ſine temporis longitudine & tædio Philoſophiſtis moræ impatientibus moleſtiſſimo abſoluuntur. Et puto hoc ſeculum impium nō dignum eſſe huiuſmodi medicamentis. Sæpè enim Deus propter peccata mundi, eiúſque ſummam ingratitudinem ſua μεγαλεῖα Hominibus indignis, iuſto ſuo iudicio ſubtrahere ſolet: Qui etiam nunquam permittet manifeſtationem illorum Secretorum, pręcipuè in his periculoſis & corruptis Temporibus, in quibus Honor & dedecus, Virtus & vitium, Veritas & mendacium à malitioſo mundo æquiparantur. Omnes etiam ferè Chryſopœiæ ſtudio inflammati, medicamentorum debitam præparationem negligunt, cuius Rei vnica cauſa eſt, quod Veram Philoſophiam Paracelſi, eius Metaphyſica non intelligant, libróſq; illos magnos à Theophraſto in Labyrintho medicorū indicatos, nō priùs diligēter euoluant, antequā ad pręparationes, ſeparationes, & Analyſin verā Rerū Naturaliū accedant. Video etiam pleroſq; Chymicos qui ſe aulis committunt, ſplendore aulicorū negotiorū à veritate abduci, & vanis aulicis

*Vide Paracelſum in Paragrano: Medicus ſit Aſtronomus, alioquin medicinam eius Seductionē & Impoſturam vocat Paracelſus.*

*Ideò cum Icaro multi in magno mari ſubmerguntur.*

*4. Columnæ Medicinæ, Philoſophia, Alchymia, Aſtronomia, Phyſica, Virtus, ſeu Medicina.*

adulationibus decipi, vt illa DEI magnalia vel negligant vel potiùs ad huiuſmodi ſtupenda DEI miracula reddantur inhabiles, vt iam tot annis animaduerto cœpiſſe plures benè, ſed his nugis deceptos finiiſſe malè. Ex qua cauſa Spagyria hæc Diuina admiranda & comprobata Ars (licèt de ſumma incertitudine peſſimiſque impoſturis à tot ſeculis ſemper ſuſpecta) ſine cauſa à rudi plebe diffamatur (quod plerunque rebus melioribus contingere ſolitum eſt) ac cũ altioribus ſcientiis etiam apud huic negotio intentos contempta iacet, & tanquam non de pane lucrando vilipenditur. Quæ de abuſu, impoſtura, & malis artibus dicũtur, nõ ea ſunt propter quę res alioquin bona dãnari poſſit aut debeat. Quæ enim res, ſi eâ abutaris, in Hominis exitiũ verti non queat? adeò, vt quò melior, eò exitiabiliores habeat abuſus. Et quis audet ſe Thraſonibus Athenienſibus opponere, qui Lucẽ Tenebras, & Tenebras Lucem eſſe contendũt? Et habent ſuarum vaniſſimarum vanitatum, vniuerſum ferè immundum mundum defenſorem: ſiquidem mundus non quærit Veritatẽ, ſed ſuum proprium Honorem: Ideò Deus nos dat in ſenſum reprobum, vt inuicem odio & inuidiâ nos perſequamur, & imminẽtis deſtructionis Regni noſtri ipſimet cauſa ſimus. O fons Veritatis & Sapiẽtiæ, aſpice res noſtras, & corda eorum, qui pio deſiderio, ardentibúſque votis aduerſus imminentem hanc metamorphoſin dies & noctes reluctãtur! Sed Altiſſimus dabit his quoque ſuo Tempore Finẽ: Et ſpero, fauentibus Superis, futurum

turum

turum breui, vt Deus aliqua excitet Ingenia, quæ Veritatem in Scientiis & Facultatibus (ſiquidem Inuentio Artium nondum attigit vltimum finem) in lucem proferãt, zizaniam Scientiarum eradicẽt, & deceptiones ac errores Scholaſticorum refutent non verbis, ſed factis, non Syllogiſmis, ſed Re ipſa: Quando enim Perfectum venerit, appropinquante Renouationis & Regenerationis tempore, omne Imperfectum neceſſariò cadet: vbi enim Superbia cum Titulo & Gradu ac claro Nomine, ibi nulla Humilitas, nulla Vita Chriſti, nullus Spiritus ſanctus, ſicuti in multis manifeſtè apparet, qui Veterem Hominem è Spiritu Sydereo dominari permittunt. Deus interea omnes amatores Veritatis ſuo Spiritu Sancto illuminet, & è vinculis profundarum Tenebrarum & contentionibus eruditorum Putaticiorum nunquam ceſſaturis clementer eripiat.

## IV. QVA VIRTVTE, ET QVOMOdo, *in Corpus Humanum Medicina agat, & morbos expellat.*

QVod Medici vulgò digladiantur, num ſecundùm Hippocratis oraculum *Contraria Contrariorum*, an verò ſecundùm Paracelſum *Similia Similium* ſint Remedia, obſeruandum eſt horum duorum axiomatum locutiones, quamuis ſpecie diſſimiles repugnare videantur, in Anatomiâ Naturæ admitti. Ita Philoſopho- *In libro de flatibus.*

rum mentem multi non aſſequuntur, quòd non intelligāt, quę apud illos diſcordia eſſe videtur, bellam eſſe concordiam, ſi tempeſtiuâ & conſonâ interpretatione conciliatur diſſidium. Medicina enim nihil aliud eſt, quàm appoſitio illorū quæ deſiderantur, videlicet virium & Balſami refectio, & ablatio eorum quæ redundant, ſcilicet impuritatum morboſarū: Ergo non aduerſatur Paracelſus Hippocrati aſſeueranti famem cibo, ſitim potu, repletionē euacuatione, inanitionem refectione, laborem quiete, quietem labore curari: & in vniuerſum Contraria Contrariorū eſſe Remedia: Sed Galeno manifeſtè aduerſatur, qui Contrarietatem Hippocraticam ad nudas illas qualitates ab Hippocrate damnatas præcipuè accommodat, primas enim & præcipuas Curationum Idæas ad Refrigerationes, Calefactiones, Humectationes, Exiccationes, harúmque complices errori infelici refert.

Solæ Remediorum *Naturæ*, vt ſuprà dictum, ſeu δυνάμεις Hippocraticę morborum ſunt medicatrices, Medicus verò miniſter. Et hęc eadem Natura, Vita videlicet noſtra, & Balſamus ſeu Mumia Balſamica, corpus à corruptione quauis defendens, per medium Salini liquoris, id eſt Balſami inferioris, è ſuperiori in inferioribus enati, hæc inquam, eadem Natura noſtra (quæ interdum miracula edit, Medicorum ope fruſtrà imploratâ, qui magno Nominis ſui opprobrio & Artis medicæ dedecore nimis tempeſtiuè conclamando ægrotārem ſuis Prognoſticis reliquerant) corporis Humani proprius ſibimet

eſt

eſt Medicus, qui ab extrinſeco Medico nil aliud requirit, præter Inſtaurationem, aut vt vulgò loquuntur, fortificationem, exteriore medicamẽto repurgatiſſimo, partique peccanti Natura ſimili non accidente adhibitam: Atque ſic Balſamum Medicinale Balſamo Vitæ ſeu Radicali & Naturali propter ſympathiam & ſymbolũ commune, inſtar coadiutoris & ſymmiſtæ ſuccurrit. Inde labefactatas vires Naturales reaſſumit, quibus recuperatis per ſe potens eſt, tanquam interna & congenita Antidotus, omnes inimicos ſuos à ſua monarchia pellere, virtute ſola Vitalium facultatum: Ægra enim corpora qualitatibus contrariis curare velle, nihil aliud eſt, præterquam Naturæ bello inteſtino ſatis labefactatæ, bellum intrinſecum in totalem ſui ruinam mouere: Adde quod contraria ſe mutuò non recipiant: Et ſi mutuò ſe non recipiunt, nec in ſe mutuò agunt, nec à ſe mutuò patiuntur aliquid: vbi igitur actio & paſſio vera non eſt, ibi etiam effectus Naturalis verus non ſequitur. Ergo medicamenta, non poſſunt eſſe contraria loco affecto, ſed oportet vt illi ſint cognatiſſima, & eandem habeant (ob Harmoniam macro & microcoſmi) Naturam Externam, quam locus iſte affectus habet Internam, vt Natura Interna illius deficiens confortetur & iuuetur ſuperabũdantia Naturæ illius Externæ: Ideo vocatur Microcoſmus, quia totus mundus hominem conſeruat, nutrit, & curat: Dũ enim fructus Terræ, Aëris, Aquę, Ignis, Microcoſmi ęgrotãt, oportet vt ſui ſimilib. fructib. Macrocoſmi reſtituantur.

*Natura ſimilibus curat.*

Et ſic Natura Naturam ſuam confortat & iuuat: Natura autem à Natura ſua confortata & adiuta, expellit fortiter omnẽ inimicum ſuum, cùm Naturaliter omnis Natura conſeruatiua ſui maximè eſt: Atque ita Naturam habemus non modò ſociam, ſed amicam & officioſam adiutricem, ſiquidem illa ſola eſt genuina medicatrix omnium morborum, teſte etiam Galeno in lib. ſuo 13. method. Primum mouens omnis curationis, quippe abſque cuius robore vel vigore omnis medicina inutilis eſt, atque fruſtranea. Natura conſeruata in ſui Temperatura in ſeipſa eſt medicina, & ſuis infirmitatibus ipſa medetur, per innatam Mumiam, & vbi ipſa Interna Natura recuſat eſſe medicina, ibi omnes morbi ſunt lethales. Scitum enim nimis, hoc eſt, Rem omnem Naturali quodam inſtinctu cupere perfici & conſeruari: Ex aduerſo à deſtructione ſui vehementiſſimè abhorrere eámque quantum poteſt, auerſari: Corporis noſtri partes gladio aut alio quouis modo offenſæ, hoc nobis quotidiano probant experimento: Læſi enim Naturæ veluti accurrẽtis opem ſentiunt præſentaneam, & adeò indefeſſam, vt non prius quietura ſit, quàm profligato vulnere deformi, læſas partes priſtinæ reſtituerit integritati. Quòd autem aliqui dicunt Contraria contrariis curari, bene dicunt, ſi non reſpicientes ad qualitates ſed virtutes contrariæ Naturæ hoc dicunt. Tot enim ſunt virtutes Naturæ aduerſæ vel malæ, quot ſunt virtutes ſalubres ſiue bonæ: Et harum bonitas ſemper in conſeruatione

Naturæ,

Naturæ, ſicuti illarum malitia ſemper in deſtructione Naturæ occupatur, & conſiſtit: Si ergo illæ volunt deſtruere, hæ in ſubſidium datæ ſunt Naturæ laboranti, vt bonitate ſuâ duplicem Naturæ bonitatem conſeruent, expellant autem & vincant malitiam illarum: Sic rectè aduerſæ vel contrariæ virtutes Naturæ malæ aduerſis & contrariis virtutibus Naturâ bonis expelluntur & vincuntur: Sed qualitates contrariæ, qualitatibus contrariis non tolluntur, verùm magis ambæ irritantur, & ad pugnam prouocantur: Ex qua pugna maior ſequitur Naturæ Infirmatio, quàm Confirmatio, quoniam Natura non Qualitas eſt ſed Virtus, Virtutibus etiam non Qualitatibus iuuari vult ſi contra inimicum malum ſuum præualere & pugnare feliciter debet: Nõ enim Medicus eſt qui morbum profligat, ſed Natura ipſa (quæ eſt Interna Mumia ſeu Balſamum Internum) malum ſibi ipſi aduerſum omne expellit ſi deficientibus propriis viribus eius Internis, Externis viribus illi ſubueniatur à Medico ſuo miniſtro: Quamuis ſæpe optimum medicamentum ſit, nullum adhibere medicamentum, & operationem ſoli Archæo ſeu Arti Naturæ committere, Interni enim corporis Natura plures morbos pellit, quàm Medicus cum ſua medicina. Quare ſi in peſtilentia ardente, opio frigidiſſimo cura perficitur aliquando, non propter opij frigiditatem perficitur illa, ſed propter virtutem venenatam ſpecificam opij, quæ maior eſt in gradu veneni quàm venenata vis peſtis illius occulta:

*Ceſſante Naturali Medico, incipit Internus medicus.*

Atque ſic Natura Venenu n Veneno interficit, malum minus per malum fortius cogit: Et ita tam bonis quàm nociuis armis contra hoſtem pugnat, vt ſua ſalua retineat. il úmque quocunque modo è ſuo peculio profligat: Sicut enim hyems æſtatẽ non tollit, & æitas hyemem non pellit, ſed vnum alteri ſuccedit tantùm, ſic qualitas qualitatem nunquam tollit: Sine virtute enim qualitas mortua eſt, & accidentalis tota, & per conſequens, vitam & ſubſtantiam præſtare nullam poteſt, quod tamẽ medicinam aliquam facere neceſſe eſt, ſi Naturam iuuare debet. Et hîc etiam obſeruatu dignum Radices morborũ in corpore Humano neque calidas eſſe neque frigidas, ſed cùm nil eſſe poſſit ſine colore, ita etiam morbus calidus aut frigidus eſſe dicitur, licèt illa accidentia & excrementa ſint ſaltem morbi ſigna, non morbus ipſe. Morbi enim pernitioſiſſimi corporis proditores, non è materia corporis, ſeu quatuor humoribus oriuntur, ſed è Natura ſeminis ſeu à Trium Principiorũ Aſtris & Mechanicis Spiritibus Inuiſibilibus, qui ſpiritus cochleis & conchyliis ſuam etiam domum & habitationem externam fabricat. Fabricatores morborum ac Inuiſibilia hæc Aſtra Veteribus fuerunt incognita: Medicina eſt Spiritus (non corpus) ſoli Mago viſibilis: Ideò in ſimplicibus corpus ſeu Terra relinquenda, & virtus, Cœlum, ſeu Aſtrum accipiendum: Nam Microcoſmo & medicina ſepoſito corpore impuro, neceſſe eſt, vt vita pura in vitã agat, ſpiritus in ſpiritum, ſicuti Sol intangibilis niuem lique-

fa-

faciendo euaneſcere facit: Ea ſiquidem omniũ Arcanorum Natura, vt ſine materia & corpore operationes perficiant, quandoquidem morbi etiam non ſunt corpora: Et hæc eſt vera & viua Anatomia. Hic Mechanicus & Fabricator morborum in ſua Radice & Origine debet ſuperari & tolli, ſicuti in Semine tota arbor poteſt deſtrui, non in Ramo: ſic Faber Mechanicus ſeu principium generationis pyri ſuã habet in Radice habitationem nõ in Ramo. Ita iniuſſa gramina dum vireſcunt, impediuntur quominus creſcant, per Terrę corruptionem non euulſionem: vbi Cẽtrum, Radix, & Semen morborum euelluntur & ſanantur, tunc omnia ſunt benè peracta: Non fumus ab igne exortus, ſed ignis ipſe extinguendus: Medicus enim, qui ex cõplexione medetur, ſimilis eſt illi, qui ignis flammã innocuam cupit extinguere, relicta pruna ſeu carbone ignito: Illud quod ex ſemine naſcitur, non pro morbo iudicandũ eſt, ſed Radix ſeminis vires complectens in curatione aggredienda. Paracelſus autem dum ſimilia ſimilibus cõſeruari & contrariis deſtrui affirmat, non reſpicit primas nec ſecundas qualitates, quas ſemper Rolollaceas ſeu inualidas vocat, ſed ſubſtantiã ſaltem *Cherionium*, *δυνάμεις* Hippocraticas, & Virtutum, vt videre eſt 18. cap. Tract. primi ſecundæ partis Chirurg. magnæ, & aliis in locis. Similia dicuntur morborum Remedia, quia ex eadem Anatomia Naturæ dicuntur, quia Signaturas, Proprietates & Radices ſimiles continent: Contraria verò, quia defectus & deſideria reſarciunt, quia amica ſaturitate ſpiritus

*Parac. in Tinctura Phyſicorũ.*

*In primo Tractatu ſecundi libri Chirurgiæ magnæ.*

*Gradus & Complexiones in morbis non conſiderantur.*

*In libello de Antiqua medicina.*

*Quilibet enim morbus ſuo propriato proprio curari debet.*

& impuritates conſentaneas deliniunt, reſolutiones, conſumptiones & tacitas oblationes moliuntur. Similia autem ſimilibus conſeruari hoc pacto intelligit, Salem videlicet, Sulphur & Mercurium microcoſmi per Salem Sulphur & Mercurium macrocoſmi analogicè conuenientem: Et ſicuti in microcoſmo varia ſunt Sulphura (aliud enim capitis, aliud cordis, &c.) Mercurij item varij, & varij Sales: Sic etiam in magno mundo his correſpondens apparebit varietas Sulphuris, Salis & Mercurij in herbis & mineralibus: Ignis miniſterium illorum conuenientiam, repugnantiam & differentiam manifeſtare ſolet: Et quia omnes materiales morbos diſtribuit, ſecundùm tres illas ſubſtantias, è quibus corpora noſtra ſunt compoſita, & ſecundùm ſuperfluitates excrementitias à cibo & potu prouenientes: Morbos à Sulphure accenſo ortos (ſiquidem Sulphur viis quatuor deſtruitur & exaltatur, videlicet à quatuor Elementis) in corpore Humano vocat Sulphureos, vt ſunt omnes Inflammationes & Febres: A liquore prouenientes vocat Mercuriales: Mercurius enim ſeu calore digeſtiuæ Virtutis accidẽtalis, vel calore Exercitationis, vel calore ex Aſtris exorto exaltatur ſupra Naturalem gradũ tribus viis: Calore námque digeſtionis deſtillatur, & facit Apoplexiam cum ſuis ſpeciebus: Calore Exercitationis ſublimatur, & facit Maniam & Phreneſin: Calore Aſtrorum pręcipitatur, & facit ex eſculentis & poculentis Tartaro abundantibus Podagram, Chiragram Artheticam: A Sale excitatos vocat Salinos & Nitro-

troſos (Sal namque per exaltationem via quadruplici lædit ſanitatem & graues morbos producit, Reſolutione, Calcinatione (per amiſſionem liquidi & humidi Temperamenti) Reuerberatione, Alcalizatione, vt ſunt vlcera, Scabies, Serpigines, Impetigines, Pruritus & eiuſmodi, qui omnes Salis reſoluti morbi ſunt. Cauſa deſtructionis Salis, Crapula digeſtionem deſtruẽs: Luxuria immodica, cauſa Reſolutionis Salis microcoſmi: Aſtra etiam deturbant Salem ex ſuo gradu: Sal illud in omnia genera Salium tranſmutari poteſt, & qualis eſt tranſmutatio, talis etiam eſt morbus. Dicit igitur Sulphur accẽſum in corpore microcoſmico, Sulphure macrocoſmi Harmonicè conueniẽti eſſe curandũ, ſed qui finem illius propoſitũ reſpicit, tale Remedium morbo erit contrarium, ad extinguendum enim tale Sulphur in corpore accenſum (febrim puta ſi Ignis ſit vniuerſalis, & ſcaturiginis initium in corde habeat) vult vt ſumatur Sulphur appropriatum (non liquor Mercurialis nec Sal) qualia multa in Naturæ Horto, & Familia Herbarum ac Mineralium reperiuntur, vt Sulphur Vitrioli, Nitri, Salis vulgaris & ſimiliũ. Similiter docet vlcera (per Sales excitata) debere curari per Sales: ſed ſi ſcopus ipſius animaduertatur, tales Sales ſunt contrarij illi, qui malũ excitauit, & ipſi malo aduerſantur: Sunt enim incarnatiui & conſolidatiui, vt Thus, Maſtix, Myrrha, Aloes: Indè liquet quòd Salem quandoque etiam nominet omne id quod liqueſcit, & reſoluitur in humiditatem aqueam,

& ſiccando indureſcit caloris beneficio, vt ſunt Arborum & Herbarum ſucci inſpiſſati: vt ergo tria ſunt, è quibus medicina omnis oritur, Mercurius, Sulphur, Sal: ita etiam tria morborũ genera, Mercuriales, Sulphurei, Salini. Quicquid vlceratur, curatur per Mercurium incarnantem: Quicquid in viſco ſtat, per Salem: Quicquid in igne, per Sulphur. Hoc ergo ſubductis rationibus ratum ſit: Medicamenta, vtut morbo ſint contraria, oportere tamen neceſſariò illa Naturæ eſſe planè amica: Pacem enim illa quærit ab omni controuerſia liberam, idque ſolũ amicorum ope & auxilio, quæ ſi ſuccubuit, Medicorũ opera fruſtrà implorari ſolet: E contra ſalua ipſa incredibilia facit miracula, ſicuti Anno 1602. Pragę vidimus in Noua vrbe in quodam Bohemo ruſtico nomine Matthæo, circiter 36. annos nato: qui dum per biennium mira & inaudita quadam gutturis dexteritate multoties apud bibulos iuſtæ magnitudinis ferreum cultrum, in guttur ſuum ſatis amplum ceu vaginam, corneo manubrio priùs intrudendo inſtar præſtigiatoris debita opera occultaret, ſuperbibendo bonũ hoc nomine impetratum cereuiſiæ hauſtum, & poſtea eundem iterum pro libitu (ſingulari arte) cuſpide retraheret, neſcio qua ſua infelici & dementi temeritate poſtridie Paſchatos eiuſdem anni, eundem eatenus deglutierit, vt planè in ſtomachum deſcenderet, & ab ipſo nullo ampliùs artificio retrahi poſſet: & poſtquam ex apprehenſione indubitatæ mortis ſubſecuturæ quaſi ſemimortuus dictum cultrum ſeptem in-

*Omnis Terreſtreitas eſt Sal.*

*Parac. Salis corroſionem ſanat Conſolida.*

*Sulphuris diſſolutionẽ reſtaurat Crocus.*

*Mercurij nimiam ſublimationem ingroſſat aurum.*

*Natura noſtra morbis medetur remotis impedimentis: Contrà per hæc impedimenta ægritudinem cauſantia Naturam iuuamus.*

*Stupenda & vera Hiſtoria.*

integras ſeptimanas & duos dies in ſuo ventriculo hoſpitatus eſſet, vſu & adiumento Emplaſtrorum Attractiuorum è Magnete & aliis, cuſpis eiuſdem naturali impulſu, iuxta orificiū ſtomachi exitum moliri cœpit, quo deprehenſo inſtanter petitum fuit à patiente (multis tamen propter imminens vitæ periculum factum diſſuadentibus (vt incidendo extraheretur, quod tandem precibus in omnis fortunæ & valetudinis dubiæ tamen euentum à primario Regni & Vrbis Chirurgo Floriano Matthis Brandeburgenſi die Iouis poſt feſtum Pentecoſtes ho a ſeptima matutina impetratum & feliciter DEI nutu præſtitum fuit. Color exciſi cultri pollices tranſuerſos nouem longi , nunc inter rariora Cæſaris repoſiti, (compluribus hominibus tam in aula Imperatoris quàm in vrbe incredibilis miraculi inſtar commonſtrati) ita fuit immutatus in ſtomacho, ac ſi per illud tempus in igne iacuiſſet. Ruſticus autem ſpatio paucarum ſeptimanarum adhibitis legitimis ab experto Chirurgo remediis ſine vlla vlteriori ægritudine & moleſtia ſemper benè comedens bibēs, & dormiens, vt mihi aliquoties referebat, DEI auxilio & multorum erga egenū liberalitate, contra determinatā Aphoriſmorū Medicorū aſſertionē, priſtinam ſanitatem integram gratis recuperauit, & paulò pòſt nuptias celebrauit. Similiter anno 1606. Quidam Sileſius Pragæ accepta pecunia in præſentia multorum hominum deglutiit albos ſilices ad ripā collectos, numero quadraginta ſex pēdētes ferè tres libras medicinales,

quorum minimus magnitudinem oui columbini æquabat, ac omnes vix à me quatuor manipulis comprehēdi poterant: Hoc temerario auſu per aliquot annos ſine valetudinis incōmodo quæſtum hinc inde in vrbe fecit, &c.

## V. MEDICI NATVRÆ Miniſtri Officium.

SIcuti Philoſophiæ vulgaris Terminus non in Ariſtotelem collocatus eſt, vt ſolidè mōſtrauit P. Ramus: ſic nec totius Naturæ Lumen, teſte Paracelſo, in ſolo Galeno eſt exhauſtum. Libertatem humani ingenij, Naturæ Lumen, diſcernendi iudicandíque facultatem, homines hominibus eripere non debēt, deſiit enim Monarchia Græcorum. Ideo qui in arte Medica excellere cupit (ſiquidem nemo poteſt veraciter doctus euadere, qui in vnius duntaxat facultatis rudimenta iurat) ab omni ſectæ genere debet eſſe alienus, nec iurare in alicuius autoris ſententiam, ſed nudam tantùm Veritatem ſectari, eíque ſubſcribere, ſemper memor illius Horatiani:

αὐτὸς ἔφα.

*Quò me cunque rapit tempeſtas, deferor hoſpes.*
*Nullius addictus iurare in verba magiſtri.*

Nec aliorum inuenta, vni ſectæ adhærendo, in vniuerſum rejicienda ſunt, ſed omnes ſectæ, quotquot ſunt, familiariter ſunt agnoſcendæ, cùm ſecundùm nobiliſſimum ac ſapientiſſimū Philoſophorum phœnicem Picum Mirandulanum, profundiſſimi ingenij, & multiplicis eru-

ditio-

ditionis inimitabile exemplar, in vnaquaq; familia ſit aliquid inſigne, quod non ſit ei cõmune cum cęteris: Nullus liber tam malus & abiectus qui non aliquid boni ſæpe à prędtantiſſimis authoribus neglectum in ſe contineat: Ætas poſterior, ait Fabius, priori amplius erudiendæ laborauit, & dum ipſæ ſcientiæ cum ingeniis creſcunt, multos Ethnicorum turpiſſimos errores, poſtea ſapientior proles, tanquam ſecunda ſpõgia abſterſit: Neque dubium, plura adhuc deliteſcere in Sapientiæ & Naturæ Theſauris occluſa (Temporibus & Nationibus in ſeculi conſumptionem immutabili lege deſtinata) ſagaciũ hominũ conatibus eruenda, quàm quę noſtris ſenſibus ſunt peruia. Natura ſiquidem, cùm ſit circularis, difficulter ab vllo mortalium ob vitæ breuitatẽ integraliter cõprehendi poterit: Hæc cùm ita ſint, neutrorũ ſiue Veterum ſiue Theophraſti Medicina in totum rejicienda: neque ſic amplectenda, vt ſi quę alia inuẽta fuerit melior, huic quoque locum relinquamus, quia dies diẽ docet, & ſecunda prioris magiſter eſt, ambæ ſimul ſunt conferendæ, & quicquid melius in vtraque fuerit retinendum. Homines cùm ſint, humana quoque patiuntur, alicubi errant, alicubi contraria & pugnantia ſcribunt, nonnunquã à ſe ipſis diſſentiũt, in multis hallucinantur, nec omnes omnia vident. Solus Spiritus ſanctus plenariam omnium ſcientiam habet, qui diſtribuit omnibus ſecundùm certam menſuram, & ſpirans vbi vult, multa ſibi reſeruat, vt ſemper nos habeat ſui diſcipulos.

*Omnia occulta ex ordinatione Diuina debent fieri manifeſta.*

*Experientia quotidiana, quæ ſuũ finem nondũ aſſecuta eſt, multa Veterum errata detegit.*

Sit autem verus *Medicus*, Naturæ miniſter, nõ magiſter, & Hippocratis ac Galeni ſententia Philoſophus medendi peritus: Et quia duo Philoſophantium genera, quidam naturas rerũ Elementares ſub ſphæra Lunæ, vulgari modo inquirũt, quidam longè ſplendidiores & veriori nomine Philoſophi Arcana & Naturæ ſecretiora veſtigant, hi Naturæ penitiora adyta & ſanctuariũ eius ingrediuntur, ac veram habent cognitionem & experientiam Luminis Naturæ, vnde veri Medici oriuntur: Nam innata vis Naturalis creſcentiũ Terræ, per Chymiam copulata cũ conſtellatione Firmamenti, mediante dexteritate Medici, ab Influentia cœleſti cauſata, hæc tria demũ genuinũ pariũt medicũ: At ſecundũ Paracelſum primò ſit legitimus *Naturæ Interpres*, cuius Oeconomiam ſolus ſcrutatur, eiuſque vniuerſam latitudinẽ, omnes omniũ Creaturarũ ſpecies & genera per ſe cognita, tandem in Homine etiam intuetur. Philoſophia docet vires & proprietates Terræ & Aquæ, ſicuti Aſtronomia Firmamenti & Aëris: Philoſophia & Aſtronomia faciũt perfectũ Philoſophum, non ſolũ in macrocoſmo, verũ etiam in microcoſmo. Medicus habeat cognitionem Philoſophiæ & Aſtronomiæ: Chiromantia enim, Pyromantia, Geomantia, ſunt Elementa Aſtronomiæ & Philoſophiæ: Theophraſti enim & Platonis iudicio, illi demum veri Philophi cenſendi ſunt, qui ſtupendum hoc Naturæ opificium, per vniuerſæ Creaturæ ingentem hanc machinam contemplantur, admirantur: qui Cœlorum

*Parac. in Chirurgia magna.*

*Philoſophus verus originem habet ex cognitione Cœli & Terræ, & illorum Naturam & proprietatem exactè nouit.*

cor-

corporúmque ardentiũ qualitates, affectiones, motus, curſus, recurſus: tũ eorũ etiã ortus, occaſus, anteceſſiones, conſecutiones, progreſſus, digreſſus, moras, impetus: qui ſemina denique & principia, dimenſiones ac inſtinctus corporum ſublunarium omnium, magnis obſeruationibus nec minori diligentiâ, cautè examinare, ſagacitérque perquirere ſtudent: Ex qua quidẽ ſolertia, & perpetua meditationis & cogitationis illa, qua laborant ſiti, votíſque deinde ſcandunt, vt Naturæ myſteria & ſecreta maxima, non modò intellectu capere, ſed & reipſa imitari, & quod ſummum eſt etiam præſtare norunt. Philoſophus vbi deſinit in Naturali Lumine Macrocoſmi, ibi incipit Medicus in Naturalis Luminis Macrocoſmi Analogica Cõcordantia cũ priori.

*Ex admirari cœptum eſt Philoſophari.*

*Per hanc meditationẽ, quæ frequẽs eſt cogitatiõ modus, cauſa & ratio vniuſcuiuſque Rei inueſtigatur.*

*Philoſophus à Medico, & Medicus à Philoſopho oritur, uterque alterius radix, vterque vnum, omnium coecus Spagyrus.*

Secundò ſit etiam *Spagyrus*, qui Rei medicæ habeat ſcientiam, purum ab impuro ſeparare, ægrotúmque ſanitati per præparationem Alchymicam reſtituere ſapientem: Sicuti enim Aurum ſepties in igne probatur, ita etiam Medicus per Vulcanum bonum à malo ſeparantem probari debet: inſuper etiam è ſuâ Experientiâ naturalium operum diligenti inſpectione confirmata aliquid habeat: Nam Philoſophia eſt Medicina Practica, porrigens Medicis in manus omnem medicinam, & verus ille demum Medicus è Lumine Naturæ natus, cui Natura ſuam Experientiam communicat. Nullus autem mortalium (adſit veriuerbio venia) in vniuerſa Philoſophia & Medicina, indubitato cœli fauore tam ardua & abdita arcana ſciuit,

*Philoſophia eſt mater Medicorum & explicatrix morborũ & remediorũ.*

ac in publicum protulit, ſicuti *Theophraſtus* ille *Paracelſus*, vir & Philoſophus omni æternitatis memoria & honore digniſſimus, cuius peritiam nemo adhuc inuentus, qui attingere, nedum ſuperare potuerit, verus medicinæ Monarcha, & primus Microcoſmi Medicus, qui de Interno Aſtrali Homine, eiúſque officio à Deo creato, item de magnorum morborum incurabilium origine tam Naturali quàm Metaphyſica à temporibus Noë ſolus ſcripſit, quod è ſuperiorum ætatum Medicis ne per ſomnium vlli in métem venit: multò minùs noſtris Philoſophiæ Ethnicæ ſectatoribus, à qua Gentili Philoſophia, omnis error promanauit, quod vt ſuprà dictum, duplex Creaturarum corpus incognitum ſilentio præterierit, Corporeum videlicet, Mortale, Elementatum, Phyſicum & Viſibile ex Elementis: Aſtrale Sydereum & Inuiſibile à Firmamento & ſtellis. Intellectualis Anima Hominis, Lux Diuina è ſpiraculo DEI & Diuinis fontib. emanans, ad inuiſibilem pertinet Philoſophiam, cuius fundamentum CHRISTVS eſt: Chriſtianè ergo debebamus Philoſophari, nõ Ethnicè in linguis & artibus caducis & temporaneis, mortale & caducum æterno præferendo: Neque ſolùm Natura tota externè & internè nobis cognoſcẽda eſt, verùm etiam danda vnica opera, vt iuxta Fundamentalem eiuſmodi cognitionem ſuperno *Luminis Gratiæ* beneficio, vnà cum Chriſto & omnibus Electis poſſideamus Vitam Æternam, ad quam à DEO creati ſumus, quę vera Philoſophia Theologica eſt: Ideò Renaſcentia primùm quærenda, ſic reliqua Naturalia nobis nullo nego-

*E Fundamento Fidei & Noua Regeneratione ſeu Cœleſti Transplãtatione perfectè addiſcuntur omnes ſcientiæ.*

*Homo non poteſt habere maiorem Philoſophiã, quàm è Deo in noua generatione.*

negotio adiicientur. Sed ad Theophraſtum reuertamur. Artis *Chymicæ* fuit inſigniter peritus, illius tamen autor non eſt: Magnus Philoſophorum ingenio & memoria pro libris vtentium numerus eſt, qui ante natum Theophraſtum per illam claruerunt, & à quibus Paracelſus multa tacitè mutuatus eſt: Fuit enim inclyta Ars illa Pyronomica antiquiſſima, ab ignorantibus immeritò diffamata, ſolis potiſſimùm Regibus, Principibus, & paucis quibuſdam Philoſophiæ Naturalis Indagatoribus ſolertiſſimis quondam cognitiſſima, non minimum tamen per ipſum Paracelſum Arcanorum Monarcham cœpit incrementum: Et quia Antiquitatis doctrinam, fatali quadam temporum hominúmque deprauatione & negligentia, multis annis deperditam, & obliteratam, Veram videlicet & Philoſophicam Medicinam ſuo tempore à nemine hactenus reſtituere tentatam, ſingulari DEI Prouidentia & impulſu è tenebris in lucem eruere, reſtaurare, ampliare, eiúſque obſcuritatem magnam euoluere & illuſtrare, & à fucato dolo impoſturæque larua repurgare, imò diuina quadam copulatione ex totius circuli ambitu ad vnicum centrum reuocare vniuerſam Scientiarum ac Muſarum conſonantiam conatus eſt: Ecce Diabolus generis Humani & Veritatis emergentis perpetuus hoſtis ac indiuiduus malitioſúſque comes, excitauit etiam ſuos emiſſarios & ſatellites, illóſque adhuc hodie concitat, qui Canina quadam Inuidia alios à pabulo, quo ipſis frui non

*Apud non nullas gentes effloruit hæc Philoſophia.*

*Medicus à Deo creatus omnia poteſt. Iacob. cap. I. ſect. 17.*

*Omnis poteſtas à Domino Deo eſt, ſine quo nihil poteſt omnis Creatura: ſic omnia magnalia, myſteria, Arcana ſoli Deo, non Diabolo, Creaturæ aut Aſtris imputanda.*

licet, arcere ſtudent, & ſingulare illud *Bonum* humanis inuident neceſſitatibus: Et neſcio, vtrum maiori impietate, quàm blaſphemia factum ſit, vt quæ ſingularia *Theophraſti* peculiari influentia nati Medici dona, in curandis morbis deploratiſſimis, ſolius medicinæ Autori (à quo ceu à Luminum Patre omne bonum & perfectum Donum) cum humili gratiarum actione debitáque reuerentia aſcribere debebant, hæc pro animi ſui in Veritatem virulentia, more Phariſæorum ipſi Diabolo maligno quaſi effectori (quem Omnipotentis fune ligatum Lumine Gratiæ & Naturæ priuati Deo benigno & glorioſo potentiorem faciunt) non ſolùm impio & ſacrilego auſu, verùm etiam nefario & inexpiabili ſcelere attribuerent: Deo ſoli illa ſunt aſcribenda, vt vniuerſitatis auctori & Naturæ, Legique eius, quæ illi Diabolo affingere non verentur, cui tamen in voluntatem aut intellectum Hominis nulla eſt conceſſa potentia: Et ſic Dæmones pro Deo colunt, Gloriam, Bonitatem, Omnipotentiámque DEI blaſphemantes, eiúſque Sapientiam ſeu Imaginem in homine latentem, malitioſa ignorantia obſcurantes. Germani noſtri Medici patriæ ſuæ Germaniæ, non ita debebant eſſe iniurij, & contemnere Naturæ ſuæ conceſſa diuinitùs Arcana: ſolùm quæ ſua non ſunt, ſed aliena potiùs expetunt, laudant, ſuáque vili quodam animo ſupprimunt, ſicuti etiam cum deplorando iuuentutis in ſtudiorum progreſſu impedimento P. Ramo ab inuidis ſuis popularibus in Philoſophia ſimplici, com-

muni

muni & corruptibili contigit. Quemadmodum enim Ariſtotelici in hunc immeritò inſurrexerunt, ſic etiam Medici promiſcui in Theophraſtum Paracelſum, cuius eruditionem meritò admirantur & obſtupeſcunt * nationes Exteræ. Nec hac ſua medica contenti prouincia, falcem ſuam in alienam meſſem mittentes, ipſius Theologica, nec viſa, nec lecta, nec ob ingenij ſui paupertatem intellecta (cùm tamen ſolus Intellectus diuinæ Sapientiæ afflatu correptus Veritatem iudicet) cauillari non ſunt veriti, in quibus coniunctum *Theologicæ* & *Philoſophicæ* Veritatis Pietatiſque perfectæ è *Libro Gratiæ* & *Naturæ* deſumptum inuictiſſimum Fundamentum ingrato & indigno mundo fruſtrà manifeſtare conatus eſt, videlicet vt mens noſtra ad Deum eleuetur, & oculi noſtri ad Veritatem erigantur requirendam, ac per Regenerationem ad Beatitudinis futuræ deſiderium. Sine Philoſophia enim ſummè pium eſſe planè ἀδύνατον: nec etiam ſummè & Chriſtianè in vtróque Lumine Philoſophari quis poterit vnquam, qui non verè pius ſit: Nota enim ſunt duo Lumina, intra quæ Omnia, extra quæ Nihil & nulla perfecta rerum cognitio. *Lumen Gratiæ* Verum Theologum gignit, non tamen ſine Philoſophia: *Lumen Naturæ* (quæ eſt Gazophylacium Sapientiæ DEI ſacris Literis confirmatum) Verum Philoſophum efficit,

** Sic enim ſcripſit, vt nobis ſpem omnem imitationis abſtulerit.*

*Vide Librum Paracelſi de Fundamento Sapientiæ.*

*Item Surſum corda.*

*Percipiet qui ſcripta eius non oſcitanter degustauerit, ſed illa medullitùs examinarit.)*

*Theologia & Medicina ſemotâ diuulſione coniungenda ſunt, ſiquidem Corpus Animæ domicilium eſt.*

*Numen & Lumen hæc ſola duo Hominem perfectum reddunt, & Lumine Naturæ benè cognito, cognoſcitur Deus ſeu Numen Gratiæ.*

non tamen ſine Theologia, quæ Fundamentum eſt veræ Sapientiæ. Opera DEI bipartita ſunt: Naturæ opera ſeu viam complectitur Philoſophia: opera ſeu viam Chriſti ipſa Theologia. In his duabus viis Tempus noſtrum caducum impendendum eſt, vt in pace & gaudio moriamur. Hinc patet omnem verum Theologum Philoſophum eſſe, & omnem verum Philoſophum Theologum. Tentarunt poſt Paracelſum eodem hoc recto & compendioſo tramite incedentes, beatæ & honoratæ memoriæ pientiſſimi & cùm innocentia tùm doctrina integerrimi viri *Paulus Braun Norinbergenſis*, *Valentinus* W*eigelius*, & *Petrus VVinzius* (inſtituti & illuminati non in Senſuali Incipientium, nec in Rationali Proficientium, ſed in Perfectorum Tertia *Mentali* ſeu *Intellectuali* Pentecoſtes ſchola, in qua Prophetæ, Apoſtoli, & omnes verè docti in Vita & Veſtigiis Chriſti ambulantes ſine labore & tædio didicerunt) qui teſtibus diuinis planè & nullo vnquam æuo intermorituris manuſcriptis ingenij ſui & depictis monumentis poſt ſe relictis (ſuo tempore in lucem Altiſſimi nutu prodituris ni indignitate & ingratitudine mundi deterreantur) toti in eo fuerunt, vt ſecundùm Diuinæ voluntatis beneplacitum lectorum Animi diuina cooperante gratia, adhuc in hoc corporis inferno ac miſeriarum iugo hoſpitati, poſt ſeriam lapſus noſtri cognitionem & deplorationem, per frequentem & aſſiduam Diuinorum contemplationem, & ſui ipſius (per Chriſtum) annihilationem, abnegationem, immolationem

*Meditando ſeu contemplando videmus, videndo cognoſcimus, cognoſcẽdo delectamur, delectando adhæremus, adhærendo poſſidemus, poſſidentes fruimur. Veritate, quæ eſt pabulum Animæ noſtræ. Lege Div. Dionyſ. & Picum Mirandulanum.*

*Cant. cantic. c. ſect. 8.*

tionem & mortificationem, relictis poſt tergum vmbris, ad ſeipſos in Templum Cordis introuerſi, Talentum & Theſaurum ingentem intra ſemet abſconditum & occluſum, aſſiduo Pietatis exercitio eruerent: ne cum miſeris mortalibus, ſeipſos & per conſequens omnia ignorantibus, Deúmque in ſemetipſis oſcitanter negligentibus, fruſtrà ex cœcitate & ignorantia (abeuntes retrò poſt veſtigia gregum ſuorum) quærerent extra ſe, per multos libros, per mortales præceptores, per longinqua itinera proficiſcentes, ſummo & diuturno labore, ſtudio & defatigatione, illa, quæ tamen intus apud ſe poſſiderent abundãter, ſi videlicet planè ſibi ipſis mortui, & per Sabbathum ac temporalium obliuionem toto Animali ſuppreſſo Homine, qui nil niſi *Terra* eſt, ingreſſi in ſeipſos cum Dauide Pſalm. 40. Expectando expectantes Deum magiſtrum in ſancto ſuo Templo, in cordis Abyſſo ſeu in intimis Animæ noſtræ, Pſalm. 5. habitantem, ſuo ſpiritu in nobis loquentem, & omnia in nobis operari, mentémque illuminare cupientem non impedirent, quæ eſt Hominis ſalus ſumma & Beatitudo, atque ipſe deſtinatus Cabalæ Finis. Sed proh dolor! malunt in ſeipſis maximo ſuo damno & exitio ſui iuris manere, infelices, inſipientes & miſeri Homines, quàm in Deo, cum Deo, & apud Deum felices & ſapientes eſſe. Cor Hominis Renati eſt Dei inhabitantis Eden ſeu Voluptatis hortus: Deus enim creauit Mundum & Hominem vt habitaret in eis tanquam in propria domo ſeu

*Dum aliena auidiùs ſcrutamur, nos ipſos diſcimus ignorare, & quãdo omnia percurriſti, quid te neglecto profeciſti?*

*Epiſt. 1. Ioh. 2. ſect. 20. 27. Pſalm. 98. Abacuc. 2. ſect. 19. Pſal. 58. 84. 85. ad Phil. 3. Zac. 2. ſect. 12. 1. Cor. 3. ſect. 9.*

*Sopitis ſenſibus tranquilla mente Deus expectandus, qui ſuam dat benedictionem vbi vaſa vacua reperit.*

*Chriſtus in Templo Cordis inueniendus.*

Templo, quamuis ob Tenebricoſum Quaternarij punctum nunc non conſpiciatur: at poſt conſummationem huius Renouandi ſeculi ex Hominis Ternario, ſecundùm Animam, Spiritum, & Corpus Regeneratio (Noua Hieruſalem quam Vnitrina Eſſentia DEI & ſacroſanctiſſima Triunitas inſeparabiliter inhabitabit) non aliter coruſcabit quàm radians color igneus per Rubini vel Carbunculi pellucidum, immaculatum ac formoſum corpus relucere ac ſcintillare conſueuit. O Térque Quatérque Beatum, in quo ceu Corporali Angelo ipſe Deus homo eſt, cuius animus incontaminatus DEI Hoſpitis Templum eſt, vbi Siniſtra Hominis non ſcit quid faciat DEI Dextra. In hunc vnicum ſcopum Deum, omnium oculi, reiectis impedimentis in via occurrentibus, tendere debent (ſiquidem in hoc mundo Vanitas Vanitatum & omnia Vanitas præter amare Deum, illíque ſoli inſeruiendo adhærere) & ſic per humilem ſubiectionem vniri cum vero eſſe, ne per inobedientiam, arrogatam voluntatem ac propriam complacentiam, Imaginis Natura & Proprietate neglecta, relicto DEO, deuio errore tanquam Proprietarij in nos ipſos aut Creaturas prolabamur in Vanum, & in Malum ſeu noſtrum *Nihilum* recidamus neceſſario: Anima enim ſi recurrit intra ſeipſam, & conuertitur in *Mentem*, appropinquat DEO, omnia videt, nec opus habet externa diſciplina, Angelorum more, qui omnia ab intra diſcunt, audiunt, vident: Conuerſa in ſenſus elongatur à Deo, & diſcedit à

*Apocal. 21. ſect. 2. 3.*

*Creatura iure obligata eſt Creatori ad obedientiam, vt vna maneat cum Deo noſtra voluntas.*

*Gen. 6. ſect. 3.*

*Lapſus Hominis & Malum noſtrum eſt defectus ab vnitate ad alteritatem.*

dit à Deo, vt impurum à puro. Myſterium hoc ſpiritus Academicus capere non poteſt: Sola enim Pia ac Religioſa Humilitas, virtutum nobiliſſima, Illuminationis capax. Sed cùm Veritas hæc non poſſit comprehendi, niſi Intellectus noſter per *Verbum* Domini incendatur, & Ratio per *Mentem* Lumen Diuinum accipiat, nec de his myſteriis hoc loco incommodo plura in publicum profari fas ſit, à diuerticulo in quod iuſta ratio me adduxerat ad Paracelſum Medicum regredior.

*Seneca. Quoties inter Homines fui, ſemper minor Homo domum redij. O quàm difficulter ſtulteſcunt ij, qui ſe in ſapientiam humanam ſemel immerſerunt.*

Debebant autem noſtri Medici tanta DEI Dona in eo exoſculari, & hominem, (quem μωμεῖσθαι faciliùs, quàm μιμεῖσθαι) ob artem ingenioſiſſimam potiùs amare, quàm ob mores & verba non omnibus obuia odiſſe. Barbariem ſcriptorum eius excuſet ſæculum, deplorandam commentariorum obſcuritatem malitioſa hominum ingratitudo, inauditam nominum nouitatem mira Philoſophorum conſuetudo, qui ignauum pecus alienæ induſtriæ arrodendæ natum, à ſanctiſſimarum ſcientiarum penetralibus ſemper arcuerunt, iuxta illud Platonis,

*Artes vt lateant, ſua-pérque Aenigmata creſcant.*

Dominij iura & libertates vbiq; cōceſſæ ſunt. Quilibet in ſe deſcendat, ſi illa quæ Theophraſtus nouit tenuiſſet, nunquid vellet omnibus hominibus hoc dicere: Faceret contra Iuramētum Hippocratis, qui etiam medicinam non omnes docere voluit. Imò occultandū eſt ſecretū, quod Deo ſoli cōceditur reuelandū, & quod propalatū

aut mortem vel carceres vel ignominiam, aut ad minimum continuum metum & ſpõtaneum exilium (niſi mentiendo & defraudando maculam perpetuam tegendi ſui cauſa, nomini ſuo inurere velint) procul à patria & ſuis ſecuritatis gratia adferre ſolet, ſicuti præter recentiorum exempla, teſtantur ipſius Lullij, Arnoldi, Zachariæ Pariſienſis & aliorum. Veri Philoſophi Hermetici ſacramentum poſuerunt, ſe patrum & præceptorum veſtigia imitaturos, nec vlla temeritate ſeruatam à ſeculorum exordiis Naturæ virginitatem prophanaturos: Iuratis tamen ac perpetua gratitudine & fide obligatis diſcipulis à Natura aut Inſtitutione dignificatis præcepta dederunt, multo adhuc ſudore enucleanda. Arbitrantur, qui iudicio parum valent, ſi quid Paracelſus in Methodicos Experientiæ, ſi quid in Empiricos Scientiæ expertes inuehatur, nulli Medicorum generi eum parcere, ſe ſolum atque vnicum orbis Terrarum Medicum profiteri: Damnat ille ſaltem Medicorum vulgus tam Theoriæ quàm Practicæ imperitum: Nec ſanè illi pro Medicis ſunt habendi, qui cùm nil medendo præſtent, Verboſè tantùm & Syllogiſticè, de rebus medicis digladiantur, quod eſt ſtultæ ambitionis ſignum, ſibíque medicinæ Methodum vendicãt, genus hominum faſtu ſuperbiáque tumidum, & ad opprimendam Artis Medicæ veritatem natum. E quibus nonnulli (quandoquidem ſuperbis & inexpertis pœnitẽtia Reuocationis ſummoperè aduerſatur) erga ipſum Theophraſtum ita ſunt animati, vt vel

*Sine labore nemo debet artem poßidere.*

perire

perire ægrum malint, quàm medicamenta ab ipſo præſcripta vſurpare: plurimi etiam eam ob cauſam medicamenta eius contemnunt, ne ſi iſta palàm vſurpentur, eorúmque mirabilis cōſpiciatur effectus, de ſua autoritate aliquid ipſis decedat: atque ita, quò meliora, eò contemptibiliora apud ſe ipſos ſunt. Et quamuis Theophraſti cenſores, Methodici fallaces (qui comperendinando remedia, ægritudinem producunt ſuū ad compendium) genuinos Chymicos inſimulent, quòd Veram reliquerint Methodum, nihil eſt, cum illa, quam Paracelſus ſequitur & Rationi & Experientiæ conſentanea ſit, ſicuti Intelligentiæ Lumine præditis manifeſtum eſt: Neque vllius autoritati ita debemus eſſe addicti, vt Veritatem ipſam non anteferamus, cùm ſine hac Autoritas omnis pernicioſa ſit, nulliúſque momenti à prudentibus æſtimari debeat: Non à quo, ſed quid dicatur attendēdum, & nemo tam aliorum iudicio addictus ſit, vt prorſus omni ſpolietur proprio.

Vera Methodus conſiſtit in cognitione Morbi eiúſque Curatione, videlicet quę victus Ratione Medicamentíſque conuenientibus morbū pellit, ſanitatémque introducit. Ideò Wimpenęus eruditè diſſerit grauiſſimos morbos hodie à Paracelſiſtis tres ob cauſas ſanari.

*Primò*, quòd morbi perfectiùs cognoſcantur, olim enim, cū omnes ad quatuor humores referrētur, ij non potuerunt curari, quorum cauſa fuit Tartarus alicui membro inhærens, qui ad nullum ex illis quatuor poteſt referri. Dum au-

tem in Tartarum hic incidimus, eius vberior mentio hoc commodo loco facienda eſt.

*Omne mẽbrum ſuam digeſtionẽ, ſeparationẽ in ſe propriã habet, ſuum item emunctorium, excrementum.*

Ex vltima cibi materia per Archæum ſtomachi digeſtionem videlicet, ſeparationem & generationem ſeparationis, emergit primum Ens ad vitam, vnde corpori ſuum nutrimentum & cibus: Reducitur in Sulphur, Mercurium, & Sal, vt apparet in tribus præcipuis emunctoriis: Salis ſiquidem ſuperfluum per vrinam ſeparatur, Sulphuris per inteſtina ſecernendo excernitur, Mercurius ſeu liquor Nutrimenti locum occupat, ſi fortè in eo quid ſuperfluum occurrat per poros pellitur.

*Digeſtio prima ſtomachi, non eſt digeſtio, ſed præparatio, pro digeſtionibus particulariũ mẽbrorum.*

Omne quod comedimus, & bibimus habet in ſe mucilaginoſum, luteum, & arenoſum Tartarum ſanitati humanæ nociuum: Natura non accipit niſi quod purum eſt: Stomachus qui eſt inſtrumentum Archæi Hominis, ſeu Internus Chymicus innatus ac à Deo implantatus, ſtatim vbi ad ſe recepit comeſta ac ingeſta, ſeparat impurum fœculentum Tartareum à puro Nutrimento: ſi ſtomachus validus, & maximè vi ſua ſeparatiua, purum tranſit ad membra nutrimenti cauſa, impurum per ſeceſſum exit, ſi ſtomachus debilis, mittitur impurum etiam per venas meſaraicas ad hepar, ibi ſecunda fit digeſtio & ſeparatio: Hepar ergò ex duobus illis ſeparat viciſſim purum ab impuro, videlicet Rubinum à Cryſtallo: Rubinus eſt nutrimentum omnium membrorum, cordis, cerebri, &c. Cryſtallum ſeu quod non eſt nutrimentum expellit ad re-

nes,

nes,& eſt vrina quæ nihil aliud eſt quàm Sal expreſſum à Mercurialibus per violentiam ſeparationis in reſolutionem coactum, quod reſoluitur per hepar in Aquam & expellitur: Si hepar ex debilitate non rectè ſeparat, mittit mucilaginoſum & calculoſum ad renes, ibi in defectu bonæ ſeparationis, ex potentia prædeſtinationis * mediante ſpiritu Salis coagulatur in Arenam ſeu Tartarum aut Bolarem aut Mucilaginoſum. Tartarus ergò eſt Excrementum cibi & potus, qui in homine per Spiritum Salis coagulatur, niſi vi propria expulſiua immiſceatur excrementis, & ſimul egeratur, vnde alioquin quatuor ſpecies Tartari, Calculus ſeu Lapillus veſicæ, Arena renum, Bolus vt & Viſcus ſeu Lutoſum ſtomachi, item varij morbi Veteribus incogniti oriuntur. Paracelſus inſuper Tartarum diſtinguit in Peregrinum ſcilicet ex cibo & potu, ac Innatum (ex ſanguinis hæreditate) cruoris ſcilicet, quæ Tartarea innata diſpoſitio Medico Naturam cogere neſcienti manet incurabilis, niſi beneficio Quintæ Eſſentiæ auri, quæ totum corpus renouat.

**quando videlicet ſpiritus Salis, carnis ſcilicet & vrinæ vniuntur.*

*Prima ſeparatio Tartari vſneam dat quæ Hepatis eſt, ſecunda Grandinem quæ ſtomachi: Tertia lapillum qui Renum & Veſicæ eſt. Quilibet Homo habet vſneam, & grandinem, lapidem verò non.*

Tartarus ergò ſeu Naturalis ſuperfluitas (quæ mucilago Salis eſt) omnium coagulatorum corporum ferè mater eſt omnium morborum. Omnia enim alimenta habent iuxta medicinam etiam Venenum ſeu Tartaream Mucilaginoſam impuritatem, ex ordinatione Diuina. Sunt autem quatuor genera Tartari, è quadruplicibus Elemento-

*Paracelſus dicit Materiam morborum, Tartarum videlicet, duplicẽ eſſe, Bolarẽ, qualem habent lacticinia, carnes, piſces & Viſcoſum, Bituminoſum, Mucilaginoſum, cuiuſmodi excrementum in ſe habent legumina, caules, radices, frumenta.*

rum fructibus nos nutrientibus originem ducentia. Primum genus oritur ex vſu creſcentium *Terræ*, Leguminum, Herbarum, quibus veſcimur. Secundum prouenit ex illo noſtro Nutrimento, quod ex Aqua ſumimus, vt ſunt Piſces, Conchylia. Tertium eſt in Carne Quadrupedum & Volatilium. Quartum è Firmamento, cui Spiritus vini ſua ſubtilitate eſt ſimillimus, quod eſt validiſſimæ impreſſionis, dũ videlicet Aër è vaporibus Terræ & Aquæ ac Firmamenti infectus, nos poſtea etiam inficit, vt videmus in acutis illis & pernicioſis morbis Aſtralibus, Pleureſi, Peſte, Prunella, quos morbos ex ſtellarum impreſſionibus ortos vniuerſalis medicina potenter expellit.

*Reſolutio Tartari Microcoſmici Tartarũ à Nutrimento ſeparans eſt maximum Arcanum, ſine qua claudicat morborũ Tartareorum curatio vera.*

Quatuor illa Tartari genera, in vrina ſe manifeſtant, & dijudicãtur per artem ſeparationis: Inde liquet, ex quo genere Tartari morbus ſit. Qui ergo cognouit, quibus alimentis quis vſus fuerit, morbũ quoque cognoſcet, aut qui morbum cognouerit, alimenta non ignorabit: Ex quo Elemento morbus, ex eodem quoque curatio. Si Galenus cum ſuis aſſeclis horum Excrementorum cibi & potus, maximam morborum partem in nobis parientium (quæ Paracelſus ſub nomine Veneni & Tartari comprehendit) habuiſſet legitimam cognitionem, Cholera & Melancholia ex Agro medico, iam dudũ radicitùs euanuiſſent. Qui neſcit hãc Tartaream morborum materiam è cibi & potus ſuperfluitatibus excrementitiis procedentẽ, fieri non poteſt, vt ſciat, quo medio fabricator morborum nos affligat,

ſligat, machinam minoris mundi deſtruendo & vitam expellendo: & ignorato Tartaro neſcitur quid ſit id, quod ſpiritum coagulationis infringat, & Tartarum à Nutrimento ſeparet, videlicet Calor noſter Naturalis, ſeu Calor Solis & Lunæ microcoſmicus in nobis exiſtens, quo inſtar ignis lignum conſumentis, digeritur Nutrimentum, & ex illo bonus ſanguis generatur, niſi per ægritudinem & debilitationem ſeparatiuæ virtutis ſtomachi, hepatis, renum impediatur, & tunc confortandus eſt ſuo ſimili, id eſt Calore Solis & Lunæ macrocoſmico ſi habere poſſit, videlicet materiâ ſimpliciſſimâ generatâ à Deo Optim. Maxim. ex ſpiritu mundi (cum ſpiritu corporis noſtri vno & eodem) ad reſtaurationem & conſeruationem Humanæ Naturæ, vel cum iis rebus, in quibus Sol & Lunæ potentia eſt, per artificium in actum deducta, videlicet conuerſa in talem ſimplicem ſpiritum, qualis eſt ſpiritus vitæ noſtræ, quod fit per reſolutionem & coniunctionem cum Nutrimento: Si verò Archæus noſtri purum ab impuro ſeparantis ſtomachi, hepatis, vel renum inficiatur, aut per externa accidentia vis eorum ſeparatiua impediatur, tunc cum chylo manent Excrementa, & fiunt præter morbos renum, & inteſtinorum Morbi Stomachici in Stomacho, Iecorales in Iecore, Arthritici in glutine, neruis, artubus & iuncturis: vnde Podagra, Chiragra, Genugra, ex congelatione videlicet glutinis per ſpiritum Salis. Ideò Tartarus Ele-

*Spiritus vitalis in Homine & Elementalis eſt vnus ſpiritus.*

*Tartarus differt ſecũdùm loca meatuum, oris ſtomachi, fundi ſtomachi, inteſtinorũ, hepatis, renũ, veſicæ, carnis, ſanguinis, medullæ.*

mentorum ab Archæo ſtomachi debet deſtrui, ne fiat Tartarus Hominis, ſiquidem ſpiritus Salis, qui eſt heros & Dominus coagulationis in variis ſubiectis, offendens materiam reſolutam ſeu ſeparatam à nutrimento & excremento, generat Calculum. Tantùm de Tartaro.

*Secundò*, quòd perfectiora medicamenta nũc, quàm olim habemus, vtpotè ex Mineralibus, eorúmq; præparationes & debitę adminiſtrationes Nigellis Cadmi filiis exercitatis innotuerint: Malo nodo malus cuneus applicandus: Ideo ad morbum ferreum Paracelſus adhibere iubet medicamentum conueniens chalybæum, ſiquidem extremi morbi extrema poſcant remedia.

*Tertiò*, quia hoc tempore Harmonia maioris Mundi cum minori patefacta eſt cognitáque, ita vt ſciatur, quódnam medicamẽtum ex pręſtantiſſimis huic vel illi membro familiare ſit & amicum, vt Cerebro Argentum, Sapphirus, Vitriolum, Smaragdus. Cordi Aurum, Margaritæ, Crocus. Pulmoni Sulphur, & ſic conſequenter.

Porrò quod Paracelſus Galenum offendit, fecit Galenus idem aliis: Hippocrates etiam multa ſcripſit, quę hodiè à pleriſq; Galenicis reiiciuntur: Imò nec vulgaris medicinæ antiſtites inter ſe cõueniunt. Quã multa ſunt de morbis particularibus inter ipſos ſuis pugnaciſſimis opinionibus diſcrepantes, morborúmque mechanicos & fabros ignorantes controuerſa & indeciſa diſcordia digladiata? Sicuti inter Scheckium &

Fuchſium de Cauſa morborum continente: inter Argenterium & Fernelium de Febribus: inter Gal. & Rondeletium de Paralyſi, Epilepſia, & Calculo: inter Francancianum, Rondeletium & Fallopium de morbo Gallico: inter Altomarum & Fernelium de Podagra. Quot millia ſecundũ horum diſcrepantem methodum morientur adhuc, antequam in Comitiis Medicis de Cauſa genuina dictorum morborum poſt rixoſas diſputationes decernatur & medicorum Familia in vnum conueniat? Botanicos ſępenumero de Lanâ plantarum indeciſo negotio rixantes, quæſtionibus, nominibúſq; otioſis, ſe ambitioſa cõtentione fatigantes, nunc breuitatis cauſa libenter omitto. Otioſum enim eſſet, iſtas infinitas & nunquam ceſſaturas contentiones ac digladiationes hîc recẽſere. Ideo hortor & ſuadeo, omnibus medicinæ Hippocr. & Galen. ſtudioſis (in quibus Philoſophica vena calet, quiq; erga medicamentorum præparationẽ non ſunt proteruè animati, & ſciunt maiorum inuenta induſtrię noſtræ non debere præcludere viam, quaſi in nobis effœta ſit vis naturæ) vt omiſſis Veterum delictis, & aliorum erratis, de mutando ſuo malè inſtituto conſilio cõmonefacti, vel prudentia eruditi, pedẽ errore cognito in tempore reducant, & in huius quoque noui Philoſophi ac Medici operibus, nõ quidem ſuperficialiter & perfunctoriè, ſed ſumma mentis attentione legendis occupentur: Nam in hoc ſtudiorum genere apum experientia & induſtria ſequenda, quę ſua de fragrantiſſimo florum ſucco mella ſtipant

*Plures opinionũ pugnas inuenies apud Agrippam de vanitate ſcientiarum cap. de Medicina.*

& colligunt, optima quæque à prauis ſegregantes, ac vtilia tantùm tractantes: Idque non eò me eis perſuadere velim, quòd omnia quæ ſunt Paracelſi (ſicut è ſuis ſcriptis præcocibus quædam ipſemet retractat) tanquam Euangelica oracula venerari debeant, ſicuti alios in Ethnicorum placitis adorandis facere videmus, ſed quia ad Hippocratis ſcripta intimiùs & rectiùs intelligenda non paruum nobis præſtare beneficium, & lucem maiorem adferre poteſt diligens & accurata eius lectio. Illi enim laudandi non ſunt, qui ſine iudicio omnia damnant, quę Paracelſus habet, cùm tamen ne paragraphum legerunt, vel ſi aliquid eorum perlegiſſent, tamen ne tertium quidem totaliter intellexiſſent. Audite Philoſophraſti, qui ſpreto nucleo, cortici Philoſophorum ſaltem inſiſtitis, & à Deo non è Chartaceis libris Spiritum Intelligendi literam mortuam Theophraſti & Philoſophorum petite. Scripta eius promotione ac impenſis Sereniſſimi ac Reuerendiſſimi ERNESTI Principis, Electoris Colonienſis, bono publico communicata, aduerſariis anſam pronunciandi porrexerunt quod diſſenſu implicentur euidentiſſimo, quia Expertis ſtylo ſcripſit magico, non vulgo, ſed ſibi & intelligentibus in ſchola magica educatis, Sapientiæ filiis, non Sophiſticis & auri fame faſcinatis Alchymiſtis, iuſta motus inuidia erga quoſdam ſui temporis iniquiſſimos ac inhumanos Medicos & Pharmacopæos, ipſi veneno multoties cum abbreuiatione vitæ inſidiantes: Si manifeſtiùs ſcripſiſſet, tunc circumforanei &

vulga-

vulgares illi Alchymiſtæ Medicos omnes ſuperaſſent, ac artem proſtituiſſent magna Naturæ iniuria. Myſteria ſua ſub vulgaribus & variis nominibus occultauit: ideò ſimilitudines pro ipſa veritate non ſunt ſumendæ: Medicinę enim Arcana, id eſt Vim DEI latentem, ſeu *Verba* Magica in Paracelſo pauci intelligunt: Ideò natatore Delio & ingenio acerrimo opus habent, & magicum etiam requirunt Intellectum, Mentis videlicet oculum purificatum, qui eorum ſententias, & latitantia perſcrutetur myſteria. Magiam vbique intelligo Veram ac licitam (non infamẽ & profanam γοητείαν Vulcano dignam, quam deplorati ingenij & nefariæ curioſitatis ſtudioſi Homines ſectantur) totius nobiliſſimæ Philoſophiæ abſolutam conſummationem, maximam operum DEI Sapientiam, plenariámque occultæ Naturæ notitiam, quę obſeruato rerum conſenſu & diſſenſu conueniente applicatione agentium & patientium incredibilia, communémque Naturę ordinem excedentia perficere ſolet.

Animaduertent autem intelligentes Lectores Paracelſum ad Magni Hippocratis imitationem & exemplar, vtriuſque Medicinæ tàm Phyſicæ quàm Chirurgicæ exercitationem coniunxiſſe: Medicinam enim duplicem ſtatuit, Phyſicam, videlicet omnium morborum cognitionem, & Chirurgicam, quę eſt eorundem ſanatio, quę, inſtar carpentarij opera, ſine manibus pręſtari non poteſt. Neutra enim niſi frequentiſſimo ægrorum damno & periculo ſine altera tutò conſiſtere & exerceri poteſt: Ideóq; omnem Chirur-

gum neceſſariò Phyſicum eſſe debere, & vicè verſa, vt nimirum Integrę ſponſę, ſit ſponſus Integer: Conſuluiſſe inſuper conſtanter Remediorum delectus, eorúmque præparationes & compoſitiones ipſis Medicis faciendas, non aliis temerè committendas. Is enim verè genuinus eſt Medicus, qui medicamenta debitè cognita non Ratione vt Rationales Medici faciunt, ſed propria ſua manu præparare, & à veneno & fœculentiis ſuis ſeparare, repurgare, & ad puram ſimplicitatem reducere didicit, eáque imperito non committere coco: Sunt enim bona mixta malis, neque ſaccharum fœculenta impuritate, nec mel venenata amaritudine deſtituitur: pręparata poſtea fide debita acri iudicio humanis neceſſitatibus legitimè accommodat, vt ſemen morbi euellatur, & hoc pacto omnium ægrotorũ querelis fideli celeritate occurratur. Ergò Theoria & Practica, ſcire & præparare in Medico debent concurrere, quia Iudicium ſine Practica omninò ſterile: Laboribus manuũ & Practica operatrice diſcitur medicina, vbi Vulcanus indies noua oſtendit & ſuauiſſima Remedia, quę quotidiè Natura meliùs meliúſque à ſuperfluitatibus purgat, operatori ſuo Oeconomo tradit: Sed noſtri temporis Magni Doctores, qui in vulgari arte medica conſenuerunt: nolunt eſſe diſcipuli & tyrones, fodere erubeſcunt: Et quia annoſa arbor difficulter tranſplantatur, ac veteres canes loris & venationi aſſueſcere difficile eſt, malunt apertè veritati contradicere, eámque obſtinatè canina voce allatrare & mordere, quàm errores
ſuos

ſuos laborando emendare, ne non ſatis ſapuiſſe, aut ab aliis aliquid melius didiciſſe videantur: Quamuis autem clament, Chymicum non eſſe Medicum etiamſi peritiſſimus fuerit, ſed qui Iudicio Rationéque (poſtpoſita Chymia) ſingula morbis remedia vſurpare didicerit, tamen illi Rationales Medici ad lectum ægrotantis ſtantes, quò ſe vertant neſciunt, obſtupeſcunt ſæpè & magnorum morborum, quia non curatores, ſaltem adulatores fiunt, ſiquidem Ratione non Manu medicamenta præparare didicerunt. Nolo tamen hîc vllo modo patrocinium eorum ſuſcipere qui Hippocratis & Veterum ſcripta ſine iudicio & intellectu rejicientes, Paracelſi quidem diſcipulos ſe gloriantur, ſed neque in illius Theoria mentem autoris agnoſcunt, neque in artis operibus quippiam laude dignum exequuntur. Sunt etiam quidam Pſeudo-Theophraſtæi, auaritia & temeritate ſua, Diuinam prophanantes Medicinam (quę hodiè multorum ſe ſine honore ſuſtentare conantium cogitur eſſe aratrum) ad fallendum efficaciſſima frontis impudentia, qui fucatis nominibus Theophraſti Remedia ſe vſurpare jactitant, tàm Philoſophicæ quàm Vulgaris Medicinæ prorſus ignari, quíque contemptis Veterum ſcriptis illotis manibus medicinam arripiunt, neſcio quibus Arcanis & Experientiis confiſi, ſtulta confidentia quoſlibet ſine Ratione & Iudicio morbos ſtatim curandos ſuſcipiunt: Imò cùm vix Ignem fornaci rectè ſubjicere didicerunt, grauiſſimorum morborum curationes aggredi non dubi-

*His Receptis fortuna amiſſa, tota ab illis euaneſcit ſapiẽtia: Experiẽtia (abſque matre experientia Philoſophia) incerta eſt.*

*Tales diſcunt periculis hominum, & experimenta per mortes agunt, ſuáque imperitia pecuniã lucrantur.*

tant: Et dum auaro oculo & Thraſonica jactantia, omnes morbos perſanare ſe poſſe oſtentant, & gloriantur, magnáque audacia mentiri non erubeſcunt, ægrotantes blandiſſimis deſideratiſſimíſque promiſſis & pretio ampliſſimo accepto, grato quidem, ſed falſiſſimo valetudinis præſagio fouentes decipiunt, ægríſque deſertis ſæpè aufugiunt, aut morbum ſimul cum ægro è medio tollunt. Quamuis autem videamus in magnis & difficillimis morbis, vbi omnes ſenſuum ſubtilitates obſtupeſcunt, deſperata eſſe omnia Remedia tam Arabum quàm Græcorum, adeóque morborum ludibria: vanas item Indicationes & Analogiſmos omnes, ita vt Vetularum & Empiricorum abſurdis Remediis non ſine magna Medicorum ignominia & dedecore frequenter cedant: & multos Galenicos in multis magnis & periculoſis morbis ab his circumforaneis & adulterinis Theophraſtæis ſuis etiam illegitimè præparatis Remediis ſuperatos eſſe conſtet: Tamen incertam illorum, audacem, temerariam, periculoſam, impiam medicandi operam, quáque dubio experimento ægrotantes mortis periculo exponunt, nullus vir conſcientioſus approbauit vnquam. Huic malo, vt deinceps obuiam eatur, & iniuſta Medicorum macula ob proclamatam artis ſuæ incertitudinem deleatur, conſultum operæque pretium facient Medicinæ ſtudioſi, qui Muſarum ſacerdotes & miniſtri facti ſunt, & Muſam ſuam pro coniugio ſibi copularunt, in quibus ſuperbia & inuidia nondum radices egerunt, quíque laborem & ſu-

*Nulla Medicorum turba in ciuitate num erofior.*

*Otium puluinar Satanæ fugiendum eſt cùm ſit mater nugarum, & nouercæ virtutum, ac ſemper pro cõmodo proximi negotiandum.*

& ſudorem (quibus Dij omnia vendere perhibentur) optatiſſimo cuique otio anteferunt, quia perplexitate & obſcuritatibus quibuſdam non omnibus obuiis Chymicæ medicinæ, Theoria Paracelſica, adhuc eſt obuoluta, vt neglecta manuum denigratione, ipſa Remedia, eorúmque præparandi modum à Paracelſo & Chymiatris: Curandi verò methodum Indicationibus & Inuentionibus ſuis conſtantem ab Hippocrate & recentioribus mutuentur: Hac enim via duæ hæ, Veteris & Nouæ Medicinæ ſcholæ, ſine contradictione combinari, & in Medico ſine errore ſcandalóque notabili rectè conſiſtere poterunt, antiquata priùs damnabili noſtri temporis conſuetudine inoleta, qua bonum cum malo indifferenter repudiari ac rejici ſolet. Hoc inſuper animaduertendum, ſi ſepoſita ſuperbia & auaritia probus & eruditus Medicus (in quo prçter Fiducialem DEI Timorem & proximi ęgrotantis Amorem Conſcientia & Experientia inſignis requiritur) medicamentum exhibet, illud DEI manum eſſe, ſin verò improbus & indoctus, venenum. Licèt verò bona Medicorum pars vitam noſtram alienis bonis fraudans, pro ſua inhumana inuidia indignanter ferre ſoleat Medicinam cum ſuis præparationibus deſcriptam promiſcuè cum hominum vulgo communicari, metuens, ne ex illa manifeſtatione publica, ſeu, vt loquuntur, profanatione, de ſuo lucro aliquid decedat, quia ſecundùm ſtolidam veſani per omnia vulgi opinionem, publicata ſecreta vires ſuas amittere creduntur: murmu-

*Paulatim à minoribus incipientes & ad maiora proficientes.*

*In hoc ſciẽtiarum contemptu Bonum amittitur & Malum eligitur.*

*Summum Medicinæ Fundamentum eſt Fides in Deũ firma & Amor proximi, quo deficiente deficit omnis Ars.*

*Paracelſus non vult medicinam obſcurandam eſſe.*

*Non quilibet ad Medicinam aptus, nec cuiuis donum Medicinæ datum, & quamuis omnia Experimenta ſint arcana, imperiti tamen Doſin & ſufficientiam veram in qua vis Medicinæ conſiſtit, neſciunt: Crocus enim & Theriaca ſi in maiore iuſto copia exhibeantur in venenum abeunt, minore verò inertes ignauæ iacent.*

*Et ſic Experientia ſolius Medici erit.*

* *Cap.3. ſect.17.*

1.Cor.10. ſect.31.

rare tamen, & pro gratia mihi Oedipi imprecationes reddere deſinent illi lucripetæ, vbi perpenderint, non quemuis, nec à Deo nec à Natura ad Medicinam vocatum, illam licèt notam ſecundùm artem requiſitam, & methodicum ac ordinatum *Doſeos* applicandi modum, ſiquidem vnum ephippium omnibus equis non quadret, nec infirmus enſem inſtar exercitati pugilis tractare valeat (vt taceam reliquas in piè docto Medico requiſitas circumſtantias) ægrotanti legitimè adminiſtrare poſſe: Quod ſolius ſynceri, veracis& experti Medici officium eſt proprium, qui religioſiùs, ſanctiúſque eruditus in exhibitione medicamentorum piæ ac venerandæ Antiquitatis veſtigia, & Medicorum Hermeticorum Benedictionis verba ſemper adhibere ſolitorum morem ſequentur maximè laudabilem & religioſum, neque ſe in pietate ab illis ne modicum quoduis opus abſque Diuina Inuocatione aggredi ſolitis patientur ſuperari: Quicunque omiſſa Benedictione aliqua creaturarum fungitur, hanc veluti furto & rapina à Deo creditur vſurpaſſe. Nos CHRISTVM profeſſi in Mirifico Nomine IHSVH offerre debemus: ſic enim ad Coloſſ. * præcipit Doctor Gentium inquiens: *Quæcunque feceritis in verbo aut opere, omnia in Nomine Domini* IHSVH *Chriſti facite, gratias illi agentes & Deo per ipſum.* Benedictio igitur DEI per preces impetranda. *Inuoca me in die tribulationis tuæ, & eripiam te & glorificabis me*, ait Creator noſter: Ante omnem igitur Medicinam Deus Opt. Max. exorandus, vt Medicina ab ipſo ordi-

ordinata tanquam medium Diuinos ac ſalutares effectus producat, vt glorificetur Nomen eius: Secundò poſt omnem meliorationem ac ſanationem nunquam omittatur gratiarum actio deuota, ratione ingratitudinis per ſe, & poſtea ad euitandam iram DEI contra ingratos: Hæc duo puncta ab omnibus ferè Medicis prætermiſſa ſunt, vnde ipſorum infortunia potiſſimùm acciderunt, ac poſtea culpa in artem eſt tranſlata.

Notandum etiam, quòd quamuis Catharticum exempli gratia medicamentum æquè efficaciter operetur in improbo ſicut in probo (quod Deus propter ſuam laudem & gloriam ac demonſtrandæ ſuæ miſericordiæ ergò permittit) finis tamen in vtroque longè diuerſus ſit & diſpar, huic ſalutaris, illi nociuus: Cedit enim in maiorem certò ſubſecuturi grauioris morbi incommodum infideli, impœnitenti, medicamentum qualecunque ſine imploratione gratiæ Diuinæ exhibitum & aſſumptum. *Siracid. cap.39.ſect. 30.*

Hoc loco etiam obſeruetur, quandoque ægrum optimis & conuenientiſſimis medicamentis adhibitis non ſanari propter has octo cauſas, quarum

*Prima* eſt, Quòd Terminus vitę inſtet, qui nullo ingenio humano, vel quocunque eius ſubſidio pertrãſiri poteſt. Nullum enim Remedium corpus corruptibile, à morte, peccatorum pœna & ſtipẽdio, vindicare poteſt: ſed eſt res vna, quæ corruptionem aufert, iuuentutem renouat, & breuem vitam, vt in Patriarchis prolongat. Quamuis autem, vt infrà referemus, abbreuiari *Par. lib. de reſuſcitatione naturaliũ, fol. 295.*

*Cauſa mortis eſt domeſticus inimicus, quem nobiſcum gerimus.*

*Morte tollitur maledictio in Creaturis.*

*Sirac. c.10. ſect.11. c.14. ſect.18. cap. 41. ſect.5.*

& prolongari poſſit vita, tamen ob peccatorum pœnam, æternæ Legis immutabili decreto, neceſſariò tandem moriendum eſt (coniunctio enim rerum diuerſarum adfert neceſſariam ſecum diſſolutionem) ne regreſſum in ætatibus (vt eſt apud Platonem) conſtituamus. Et in hoc caſu etiam vniuerſalis ac ſummæ Medicinæ vſus irritus eſſet, quia coniugium vitæ & mortis ſeparationi neceſſitate immutabili deſtinatum, nulla artificum vel Naturę induſtria perpetuum efficere poteſt: Leges enim Naturæ inuiolabiles ſunt: Non ergò petendum, multò minùs inueniendum auxilium, vltra Terminum illum vltimum à Deo nobis impoſitum.

*Secunda*, Quòd imperitorum Medicorum ignorantia, medicamentíſque pernitioſis eò deductus ſit æger, vt bonorum medicamentorum vſu, quod corruptum, pernitioſum & immedicabile malum eſt, reſarciri & ſanari nequeat: Et hîc plerunque vocari ſolent Chymici, qui ſemper Trophili Medici apud Plutarchum recordabuntur, affirmantis hunc perfectum eſſe Medicum ὁ τὰ δυνατὰ, ἔφη, καὶ τὰ μὴ δυνατὰ, δυνάμενος ἀναγινώσκειν: nec generoſis & immeritis Remediis glorioſa oſtentatione vnquam vtentur apud Apio indigentes ad infamiam: οὐ γὰρ μετανοεῖν, ἀλλὰ προνοεῖν χρὴ τὸν ἄνδρα τὸν σοφόν: Caueant etiam ſua medicamina aliorum venenis admiſcere, ne aut pernities bonis, aut ſalus nocentibus adſcribatur, quia dolendum eſt tàm execrabilem eſſe quorundam Medicorum inuidiam, vt antequam honorem & laudem alteri expertiori permit-

mittant, ad tuendam exiſtimationem vacillantem potiùs decumbentem aliorum arte ſanabilem in extremum exitium præcipitent, ideò etiam à plebe tales meritò Honeſti Carnifices vocantur.

*Tertia*, Quia Medicus ſerò vocatur, quando videlicet Natura ſuccubuit, & morbus vicit: alioquin ſi in ægrotum agrum, medicinæ conueniens ſemen à ſeminatore Medico Tempeſtiuè ſeritur, principiis obſtando, procul omni dubio iuxta DEI benedictionem expectatus reſultabit ſanitatis fructus.

*Quarta*, Quia æger non obtemperat: fit enim ſæpenumero, vt ægrotus in medicamenta vel in Medicum ea transferat errata, quæ ipſe contra Auream apud Ælianum Locrenſium legem mala viuendi ratione commiſit.

*Quinta*, Quia quædam Naturæ, ſeu Proprietates hominum peculiares ad ſanationem inidoneæ nec pronę ſunt, ſicuti videmus etiam nonnulla ligna propter nodorum abundantiam ita ex naturali defectu & corruptela degenerare, vt nullomodo findi poſſint: Et multoties Tempus cum Aſtrorum mala inclinatione ſanationi eſt contrarium: Quicquid enim ſanatur ante Tempus, recidiuę obnoxium eſt: Sola ſiquidem Temporis hora ſeu meſſis dat firmam & fixam ſanitatem: Pyrum maturum ſpontè cadit, immaturũ fruſtranea arboris ſucceſſione ad caſum ſollicitatur. Ideò his neglectis, præſertim in cura morborum Aſtralium, omnia ſunt irrita, & fruſtrà inſtituitur ſanatio: Medici etiam dent ope-

*In Cura ratio Temporis obſeruanda, nam aliam hyems, aliã æſtas, atque autumnus, exigit.*

ram, ne plus periculi ſit à Medico & Medicina, quàm ab ipſo morbo, ideò nunquam conſulant, quæ in perniciem vergant animarum & corporis, & præcipuum illorum ſit ſtudium, ne noceant vbi prodeſſe non poſſunt: Ita bona conſeruatur conſcientia, quæ perpetua eſt cordis lętitia.

*Sexta*, Quia vbi morbi prædeſtinationis Terminum attigerunt, ibi Naturę legibus non conceditur regreſſus, vt in perfectis, abſolutis & cõſummatis, bituminoſis, bolaribus, lapideis & arenoſis coagulationibus: In eiuſmodi enim conſummatis morbis fruſtrà eſt omnis cura, ſicuti etiam in cæcitate & ſurditate innata videre eſt. Quod enim Natura ſemel ademit, reparare Medicus nullo pacto poteſt, ſicuti corporis ſubſtãtia malè conformata & partes ex genitura tranſpoſitæ, mutari nequeunt.

*Quod Natura peccauit, nemo poteſt emendare.*

*Pauperũ, gratuita ſemper à vero Medico habenda eſt ratio inter cuius virtutes Charitas erga infirmos primò elucere debet. Sir. cap. 38, ſect. 18.*

*Medicus & Medicina ſunt vera miſericordia* DEI.

*Septima*, Quemadmodum Medicos ſordida ægrotantium Tenacitas (ſiquidem nulla pecunia honeſtiùs acquiritur, & ægriùs numeratur) in officio indiligentes facit: Ita ſæpè etiam Ægrotantis Hæſitatio, Diffidentia, Incredulitas, erga diligentiſſimum Medicum, effectum medicamenti remoratur, aut planè operam medentis impedit, vt taceam illos, qui contempto Ordine Dei, nullis medicamentis exigente neceſſitate vti, ſed à Deo ſine *Mediorum* per quæ operatur (quamuis ſit ipſemet *Medicus*) adminiculo ſanari cupiunt. Ordinationi Diuinæ

non

non repugnandum: Habemus Medicinã duplicem Viſibilem videlicet Creatam, & Inuiſibilem VERBVM DEI, qui ergo Medicina ſanãtur, VERBO DEI ſanantur, qui *Verbum* ſuum cõtemnit, cõtemnit etiã Medicinã, & è contra: Dicens enim, Medicina nihil eſt, idem affirmat nullum eſſe Deum. Porrò, vt dictum, Animus patientis excitatus, confidendo auidiùs recipit medicinã: Ideò cum Vitæ Venenum ſit Triſtitia, non ſine cauſa Hippocrates in ſuis Aphoriſmis loquitur de Fiducia ægrotantis erga Medicum, & ea quæ offeruntur. Firma credulitas, ſpes indubia, amor & confidentia erga Medicum & medicinam ad ſanitatem plurimùm conferunt, etiam aliquando vel plus, quàm ipſa cum Medico medicina. Fides Naturalis (non loquor de Fide Gratiæ ex Chriſto) ingenita à Deo Patre in prima Creatione, *Imaginatio* videlicet noſtra, ita potens eſt, vt morbos ſanare & excitare valeat, ſicuti manifeſtè apparet tempore Peſtis, quando ex ſua propria Imaginatione, ex metu & terrore generat Baſiliſcũ Cœli, intoxicantem Firmamentum microcoſmicum, è ſua ſuperſtitione prout fides patientis adiuuat. Peſtis Naturalis fit Firmamentalis ac ſupernaturalis dum videlicet Iliaſter ſeu Eueſtrum Solis per peccata hominum ad iram & pœnam irritatum propter ſingularem participationem cum Eueſtro Hominis, mortales ob ſua delicta per influxum ſtellarum (Mumiam & Sulphur Hominis microcoſmi, omnia macrocoſmica venena innata latenter poſſidentis,

*Animus hilaris, iuge eſt conuiuium: Sirac. c. 38. ſect. 19. 20. Cap. 30. ſect. 25. Ille Medicus plures ſanat, de quo plures confidunt.*

*Imaginatio picis inſtar ſe habet, facilè adhæreſcit & ignè leuiter concipit.*

*Stellæ ſunt virgæ Aſtrorum.*

*Par. tract. 2. de peſtilitate.*

*Voluntas & Imaginatio Hominis eſt mater peſtis: Ideo imaginando poteſt Homo peſte inficere totam regionem.*

ſua venenata malignitate & ſiniſtro aſpectu incendentium) inficit ac punit, & nulla quàm potens etiam medicina ſit, reſiſtere & iuuare poſſit. Tanta eſt vis Syderei ſpiritus in corpus, vt quorſum ille imaginatur & ſomniat, ipſum corpus ſimul attollat atque traducat, vt videmus in Noctambulonibus. Fideli omnia poſſibilia, quia Fides omnia incerta certificat: Deus nullo modo poteſt vinci niſi per Fidem, qui ergò in Deum credit, ille operatur per Deum, & Deo omnia ſunt poſſibilia, quomodo autem id fiat, perſcrutari non poteſt: Fides eſt ſaltem opus, opus videlicet illius, in quem creditur: Cogitationes ſuperant Aſtrorum & Elementorum operationes: Dum enim cogitamus, & cogitationibus Fidem habemus, tunc Fides perficit opus, & ſine Fide nil fit. Fides dat Imaginationem, Imaginatio dat Sydus, Sydus (ratione matrimonij cum Imaginatione) dat effectum vel opus. Fidem adhibere medicinæ dat ſpiritum medicinæ, ſpiritus dat cognitionem medicinæ, medicina dat ſanitatem: Inde ſequitur Medicum ex Fide oriri, prout credidit, promouet & adiuuat ipſum ſpiritus, ſpiritus videlicet Naturæ, ſeu ſydus medicinæ. Homo per Fidem Imaginationis ſæpè facit, quod optimi Medici cum ſuis medicamentis idoneis nil poſſunt efficere: multoties etiam Fides ſeu Perſuaſio illa plures ſanat, quàm vlla efficacia ſeu virtus medicamenti à Medico exhibiti, vt ſuperioribus annis in decantata illa Panacæa Anvvaldina vidimus,

*Lege Paracelſ. de morbis inuiſibilibus & de efficacia Fidei Naturæ, quæ ex Deo omnia poteſt Naturaliter.*

dimus,& nunc in nouo illo medicinali Fonte in finibus Miſniæ & Bohemiæ hoc anno emerſo, ad quem incredibilis infirmorũ copia ferè indies confluit: Cauſa non poteſt reddi alia, quàm conſtans & exceſſiuus affectus ipſius ſumentis, quæ poteſtas eſt in ipſa Anima ſumentis Pharmacum, quando excuſſo omni metu aut ſiniſtra Imaginatione fertur in aliquem magnũ ſui deſiderij exceſſum. Anima enim Rationalis excitata, & vehementi Imaginatione accenſa, ipſam etiam Naturam ſuperat, & per ſuas affectiones fortes, multa renouat in corpore proprio, & ſanitatem vel ægritudinem immittit, neque ſolùm in corpore proprio, ſed etiã in corporibus alienis: Qui morſus à cane rabido in rabiem incidit, apparent in vrina eius figuræ canum: Sic prægnantis mulieris cupiditas in corpus alienũ agit, quando per ſui obliuionem inſtar croci aquam tingentis inficit fœtum in vtero, rei deſideratæ notâ: Suâ enim Imaginatione format infantem, non aliter vt figulus argillam. Timor, tremor, & appetitus ſunt præcipua cauſa, vnde phantaſia, ęſtimatio, & Imaginatio grauidarum, oriũtur: Dum igitur incipit imaginari, tũc Aſtra Firmamenti microcoſmici, ſeu Aſtra humani Animi, cum phantaſia, æſtimatione & Imaginatione non aliter mouentur, quàm Externa Aſtra Firmamẽti macrocoſmici, vbi ſingulis momentis Aſtra aſcendunt & deſcendunt, donec fiat Impreſſio, in qua Impreſſione Aſtra Imaginationis grauidæ mulieris, Influentiam & Impreſſionem fœtui imprimunt, quemadmodum

*Ideò Damaſcenus: Oportet infirmo ſalutẽ imprimere & promittere, nec velis vnquam à ſpe deponere, etiamſi ipſe deſperet.*

*Sunt impreſſiones inferiorum Aſtrorum.*

cęlatores piſtillo ſculpto, notam ſubiectæ materiæ, † Sic manifeſtum eſt affectus Animi, quando vehementiſſimi ſunt, poſſe mortem inferre, vt legimus in hiſtoriis: Et hoc apud vulgus palàm eſt. gaudio exuperantiore aut profuſiore triſtitia, nimio ardore vel odio interdum mori Homines, ſæpè etiam morbis diuturnis ex eiuſmodi paſſionibus leuari, quia teſte † Auicenna Natura obedit cogitationibus & vehementibus deſideriis Animæ, & affecto ſpiritu afficitur corpus in quo ſpiritus deliteſcit. Porrò efficacia ſupradictę Fidei Naturalis manifeſtauit ſe in *muliere illa hæmorrhoidica & Centurione. *Homo ad Dei ſimilitudinem & imaginem cœleſtem quodammodo majeſtatem redolentem creatus, habet magna in ſuis manibus & poteſtate. Quanta enim poſſit conſtans credulitas in Animo imaginando fortiter eleuato ſeu exaltato apud vulgus palàm notum eſt, tanta ſiquidem poteſt, vt & miracula operetur in opinionibus & intenſis operationibus falſis. Hæſitatio autem Credulitatis & Diffidentiæ, non ſolùm virtutem animi operantis, quæ inter vtrumque extremum medium eſt, diſſipant atque frangunt, ſed etiam omne opus tam in Superſtitione, quàm in vera Religione infirmant, & effectum quæſitum licèt fortiſſimorum Experimentorum eneruant: Et quod hoc loco diligéter

† *Ergò* βέλτι'ν ἐστι σῶμα ἢ ψυχὴν νοσεῖν ψυχῆς νοσούσης εἰσὶ ἰατροὶ λόγοι.

† *in l. de anima Animę paſſionibus corpus corrũpitur, & animi à corporis motib. non ſunt impaſſibiles.*

*Fides hæc Naturalis ſeu Sapientia Creatoris, Creaturę ad ſimilitudinem ſuam Creatæ impertita, licèt poſſit omnia, ſeruare tamen debet Imaginis proprietatẽ.*

*Omnia ſunt poſſibilia credenti & volenti: omnia impoſſibilia incredulo & nolenti, prout rem cogitat, & per fidem imaginatur, ita oportet illam fieri.*

* *Mat. 19. ſect. 21.* * *Gen. cap. 30. ſect. 25. 26. &c.*

ſer notetur, Saluator noſter, vt Pagina ſacra docet, in Capernaum οὐκ ἐδύνατο miracula edere, quia non credebant, & ſua incredulitate ac falſa fide ei reſiſtebant. Sicuti enim Homo nihil poteſt ſine Deo, ſic Deus viciſſim non vult ſine Homine, tanquam ſuo Organo, Deus & Creatura vterque ſimul, neuter ſine alio. Nemo igitur debet velle ſine Deo, quia nemo poteſt eſſe ſine Deo, in quo ſumus, viuimus, & mouemur.

*Fides ſummum & potentiſſimum habet inimicum Incredulitatem: nam Imaginatio Fide coniuncta omnia poteſt. Mat. 21. Fata etiã faciunt morbos incurabiles, quod deprehendimus ex denegatione auxilij à conuenientibus remediis exhibitis expectati.*

*Octaua,* Ne peccata maiora conualeſcens ægrotus in Deum, proximum, & ſeipſum, cum animæ ſuæ iactura committat, ſiquidem omnis morbus eſt piaculum, vel hac Diuina innata pœna, vindicta & flagello ad vitæ emendationem impoſterum à iuſto Iudice vocatur: Vel hac Viſitatione Paterna, & impoſita cruce patienter ferenda ſibi & proximo exemplum ſit, ad ardentiorem DEI Timorem & cultum, quia permittit Deus ſæpius, multas quoſdã homines & magnas incidere ægritudines, quib. læta ſanitas carnis, cum continuatione peccatorum, maximam, non ſine æternę ſalutis iactura intuliſſet ægritudinem mẽtis: Sanitas enim ſine remiſſione peccatorum nil conducit, cùm potiùs ſit condemnatio. Inſuper peccata debilitant vires Animæ, ita quod impotens eſt ad corporis Regimẽ Naturale: Ideò debilitãtur vires corporis & feſtinãt ad mortem. Vel hoc Infirmitatis iugo & fræno ceu purgatorio ſalutari in officio ſaltem Pietatis contineri ſolet (quamuis pauci ex Infirmitate emendantur) dũ amputatur ei peccandi licentia,

*Matt. 9. ſect. 2.*

*Hiob. 33. ſect. 19.*

qua fuerat abuſurus, diutius in firma ſanitate aut vita conſtitutus.

*In ſedatione iræ DEI, incipit Medicus. Hiob. 33. ſect. 26.*

Et in his morbis Aſtrali Impreſſione reſiſtente & ſuperûm Ira genitis, nulla medicina Corporalis (propter fores Naturæ diuino obice clauſas) prodeſt, ſed Cœleſtis & Spiritualis, videlicet Pœnitentia ſeria peccata commiſſa cordialiter deflere, Iram DEI concitatam Emendatione vitæ & Reconciliatione cum proximo placare, DEO per Cœleſtem Animarum Medicum Saluatorem noſtrum reconciliari, ſuámque voluntatem iuſtiſſimo voluntatis Diuinæ beneplacito, patienter in omnibus deuotè & humiliter, cum firmiſſima Diuinæ Miſericordiæ participatione ſubjicere. Paracelſus vocat morbos Deales ex Ente DEI qui eiuſmodi morbos omnes infligit, & ſolus per bonos & malos operatur, Sanationem ait, Fide fieri, vel finito Purgatorio, curationem demum per medicamenta tentandam. Cauſæ morborum Entis Dei ſunt imperſcrutabiles, hîc curatio debet in Fide quæri, non in Natura: ſicut etiam in cura morborum Dealium, Entis DEI, vel in cura Deifica ſeu Fideli obſeruandus eſt Terminus prædeſtinatus iuxta voluntatem Diuinam.

*Hæc Philoſophiæ occulta Minerua & hæc margarita vnica pretioſiſſima omnem æſtimationem excedit.*

## VI. DE VNICA ET SVMMA *Antiquiſſimorum Philoſophorum Medicina.*

PORrò, quod ad ſummam illam ac vniuerſalem Medicinam attinet Philoſophicam, vt al-

auctarij vice etiam hoc addam, non legitur à Diuina Munificentia majus emanaſſe Donũ Sapientiæ: Nec Anima Rationali excepta, qua poſt Deum in Cœlo & Terra nil admirabilius penſiculari poteſt, ſublimius, nobilius ac præſtantius ſub Cœlo datum hominibus, quàm hoc ſecretiſſimum ſecretorum Arcanorum Arcanũ, in quo cùm ad Planetas inferioris Aſtronomiæ, quorũ imperfectiones & ſordes fortiſſima ſua impreſſione penetrãdo euaneſcere facit (omnem enim Sulphureitatem extraneam & immundam Terreſtreitatem à metallicis & Humanis corporibus ſegregat) tùm etiam ad ſanitatem laborantem & deperditam Humani corporis, igneo ſuo vigore reſtituẽdam ac conſeruandam, mira imò omnia fiant, vt nunc præter infinita alia vſum taceam Magicum & ſupercœleſtem, poſtquam finita Radiorũ Solis & Lunę Influentia Gonetica & quarta ſupra ſuam natiuã Terrã reuolutione, omni creata Poteſtatę Influentiali tàm in Elementali mundo, quã Cœleſti aut ſupercœleſti abſolutiſſimè dotatũ eſt: Mirabiliũ omniũ mirabiliſſimũ, ſiquidẽ Deus in ſuis operibus Mirabilis, etiã ſua Dona Mirabilia, in Mirabilibus hominibus occultare conſueuit. Omnis Antiquitas, omnis etiam omnium Gentium & Linguarũ in doctrinæ huius traditione Veritas, conſenſus doctiſſimorum omnium illorum, qui in omni ſeculo ſumma cum admiratione multorum & laude vixerunt, hoc ita ſe habere teſtatur: Hoc inſuper præter ocularem multorum ſeculi noſtri inſpectationẽ ac certificationem ex ſcriptis

*Vide Monadem Ioãnis Dee Lõdinenſis, & Rogerium Bacchonẽ.*

illorum, tot Hieroglyphicis, Magicis & Mathematicis Velamentis, tanta & tàm certa Philoſophicę Veritatis ſerie contextis ſtatuere haud difficile eſt. Quis igitur non admiretur & amplectatur tantum DEI ſummi Donum, pretium ſtudij, operæ & virtutis immortale, quod depulſo ſenio reiuueneſcentiam, perpetuam ſanitatem ac ſine proximi detrimento victum & amictum honeſtum non per vſuram & fraudem, nec falſis mercimoniis, nec per oppreſſionem pauperum (vt iam diuites mundi ditantur) ſed per induſtriam operis & manuum laborem Piis à Natura & Inſtitutione dignificatis pollicetur Philoſophis? Abſit itaque vt Priſcorum exemplo neglecto, talia DEI magnifaciēda Magnalia, & ſtupendas Naturæ vires offuſcare, aut negare velim (qui enim ſpernit ſcientiam, ſpernit illum iuxta hanc artem veriſſimam Deus glorioſus & ſublimis) aut quod peius, ſicuti plurimi faciunt, tanquam otioſorum hominum ſpeculationes, aut inania inſanæ delirantíſque mentis ſomnia ac commenta calumniari, qui tamen apud ſapientes ſaltem iudicij ſui imbecillitatem produnt, & inſcitiæ ſuæ teſtes publicos aduocant: Calumniantes ergò & ignorantes, quos & Fatuos Philoſophi vocant, ab hiſce tàm diuinis Epulis arcendi, vt & delirantes ſuis Phantaſticis ſomniis penitùs relinquendi. Nonnulli hîc arrigent aures, num proprio ingenio fretus auſim etiam de huius quoque præparatione hoc loco gloriari, aut oſtentationis ergò (vt Theatrici Philopluti & Philochremati Philoſophiſtæ faciūt) abſolutam

*Cotis vice fugiens accipi me hîc volo veluti Indicem, qui præ foribus ſtans aliis (quibus prodeſſe magis quàm mihi ipſi valeam,) iter quod ingrediendum ſit oſtendit.*

tam

tam huius artis cognitionem ambitiosè mihi arrogare. Verùm cùm paulò antè Lectori beneuolo promiſerim, me experta ſaltē traditurū, nollem hoc loco (quod viri prudentis non eſt, ſed impoſtorum proprium) de huius rei explorata certitudine vulgo ſceleratiſſimè ementiri. Sacra namque ac Diuina hæc non Sophiſtarū ſed Philoſophorū Ars atq; Scientia, malè & perperā ab ignaris falſi damnata (ſiquidē inter omnes artes tàm Liberales quàm Mechanicas nulla tot impoſtoribus ſcateat vt hæc) meritò ob admiranda quæ cōplectitur arcana veneranda eſt, & omnibus aliis ſcientiis terrenis anteferēda, à veris Medicis, qui ſpiritu Diuinæ Sapientiæ illuſtrati honeſto victu & amictu contenti & inſtructi (impoſſibile enim eſt indigentē aut non liberū Philoſophari) Deum ad Salomonis exemplū nō pro opibus largiendis, ſed pro ſapientia impetranda (vt aperiatur illis Diuinæ cognitionis armariū) veneratione religioſa precantur: & qui felicitatē ſuam Cœlo & DEI omniū bonorum largitoris ſaltem amore metiuntur: quos inſuper amor ſecretorum & Naturæ iuxta Diuinā gratiam promouet & ſtimulat ad perſcrutādum: & qui deſiderio ſcientiæ conſequendę, abſque vana ſpe lucri aut inanis gloriæ affectatione, nullum ſubire manuū laborem honeſtū, diuturnū & poſſibilē in DEI Timore recuſant: & tātis denique donis abſque malignitatis intētione neglecto aridæ ſitis humanæ fonte, humilimè cū metu & tremore vti ad Finem Magiſtro Naturæ debitum, Laudem ſc. & Honorem DEI, & ſuam proximique *Sapientia Cor in Conſtantia eſt.*

*Qui enim Theſaurum publicè portant & vtuntur, illi deprædari cupiunt. Hiob. 22. ſect. 25.*

egeni vtilitatem conſtanti Taciturnitate, ſine ſuperbia omnium hominum inuidiam irritante, cupiunt: His inquam deauratæ doctrinæ Filiis (quorum aurum eſt Omnipotens Deus) maximum illud & omnibus diuitiis anteponendum Bonum, propter hominum ſanitatem meritò & iure inueſtigandum eſt, relicta prouincia metallica illis, qui fame impia, & ſitibundo inſaturabilique diteſcendi deſiderio, æqui & iniqui neglecto diſcrimine, dies noctéſque horrendè & corporis & animæ ſuę periculo diuexantur. Nullius enim Rei auarum eſſe oportet Philoſophum, præterquam Sapientiæ, quæ eſt circa Res Diuinas: Ideò Verus Philoſophus nunquam diuitias quæſiuit, nec appetiit, ſed potiùs in Naturæ myſteriis delectatus eſt, ſiquidem Adeptus, non vnius Regni tantùm, ſed totius ferè mundi valorem in crumena ſua circũferre, & in DEO & cum DEO legitimè ceu totius mundi Dominus omnia poſſidere poſſit, totíque Creaturæ in DEI Timore & ſeruitio imperare. At donum iſtud, neque per iram, nec per vim intentatam, ſed per Altiſſimi inſpirationem vel immediatam, vel per Expertam præceptoris ſapientis in hac arte demonſtrationem acquiritur ocularem. Hoc ita ſe habere extra omnem controuerſiam, nemo non fatetur rectè Philoſophantium. Sed quotuſquiſque eſt, qui dum certo ſubactóque iudicio, mediíſque debitis cognitionem hanc ipſam quęrit, Aſtra ita habeat benigna, vt per Cœlorum veſtibulum & portam ad Apollinis ſacraria intrare poſſit, & aliena opera montem Chymiæ aſcendere?

aſcendere?*Quis enim alteri manum porrigere auderet,niſi Timore DEI,Sanctimonia vitæ,Fide intemerata ac Harpocratica iam dudum multis factis periculis eum cognouerit conſpicuum? Qui deſiderat hanc artem, mancipium aliorum arbitrij & pecuniæ non exiſtat,& ſolus ſit,

*Præbet amicorum nil niſi copia damnum.*

Siquidem ipſa etiam ſocij moroſa inhabilitas, arrogans loquacitas,pertinax incredulitas, inuida & deteſtanda infidelitas, Epicuræa tandē indignitas in omni operatione effectum impedit, atque diſturbat. Veneranda Antiquitas vno ore fatetur, à primo homine vſque ad vltimum,neminem potuiſſe ſecretum iſtius artis Diuinum adinuenire ſuo ingenio Naturali,ſecundùm Rationem Naturalem ſolam,nec ſecundùm Experientiam,cùm ipſum ſupra Rationem exiſtat, vt quid Diuinum & occultum, atteſtantibus hoc ipſum perpetuis & moleſtis laboribus illorum præſertim qui hanc Scientiam aſſidua lectione & collatione autorum addiſcere inſudarunt:Sed Deum glorioſum, gratiarum largitorem optimum,ſuis fidelibus,ſapientibus,& ipſum timentibus ac honorantibus,id aperuiſſe & propalaſſe, vt ſuam omnipotentem bonitatem intelligant, recolant & ament, eúmque in ſuis mirabilibus glorificando omnibúſque viribus, ei ſine aliqua ſorditie, vitio aut peccato in Sanctitate & Iuſtitia requiſita inſeruiendo videant, quantum ipſe fecit pro hominibus bonæ voluntatis: Et ſic finaliter qui miſericordia Infinitus eſt, gratiis Infinitis, feruentiſſimo Pietatis & Gratitudinis

** Sed vbi reperitur Ægyptius ille ales, & laudabimus eiuſmodi Phœnicem.*

*Vide Paracelſ. in frag. Medicis ad Tomum quartum referendis fol. 311.*

*Non datur alicui aditus niſi per reuelationem Diuinam aut per vocem viuentis ſeu oſtenſibilem doctrinam.*

*Nulla eſt rerum perfectio abſq; Diuinitatis auxilio & eius demonſtratione.*

*Sir. c. 38.*

amore accenſi, dignum inueniant, cuius ſanctiſſimum & tremendum nomen ſit benedictum in ſecula.

*Hæc vnica & vera via ad omnia ſecreta eſt, vt ſecundùm Saluatoris præceptum ad Deum omnis Boni autorem recurramus.*

His collecta mente perpenſis, nemini videatur mirum, ſi inter tot millia quærentium (poſtpoſito præpoſtero ordine Regni DEI & Lapidis Cœleſtis ſtudio præcipuo) ne vni Naturæ fores ablato retro portam Diuino obice reſerētur, Voluntate proculdubio Omnipotentis DEI reſiſtente, qui hominum ſcrutatur Corda & Renes, ſuáque munera & dat & ſubtrahit cui vult. Opus enim hoc nō in Poſſe volentis, ſed in Velle miſerentis DEI conſiſtit, qui nouit non expedire omnibus ad ſalutem, habere cum Sanitate Honores & Diuitias. Et quamuis alicui Horti Philoſophici clauis fortè contingat (ſicuti ſcio quibuſdam eueniſſe) attamē propter peſſulatam Ianuam, Gratię videlicet & Benedictionis Diuinæ denegationem & reſiſtentiam, nunquam potuerunt aperire, multò minùs intrare, & deſideratos Hermeticę Arboris decerpere fructus, myſteriíque huius ſuauiſſimis potiri nucleis. Sic noſtro ſeculo impoſtores quidam Veriſſimū Fermentum Philoſophicū (ab aliis tamen præparatum) illicitis mediis per fas & nefas acquiſitum, propter principij ignorationem vlteriùs multiplicare non potuerunt, ſiquidem ſanctiſſima hęc ſcientia tales imperitos Thraſones, nunquam in ſua penetralia intromittit. Hoc eſt illud opus, ſub Virginis Philoſophicæ Veſtimento recōditum, quod nec frater fratrem docere voluit (Ideò vanus conatus Adeptum Philoſophum promeritis

ritis bèneficiis, beneuolentia, ſeu quocũque excogitãdo officiorum genere ad communicationem velle incitare.) Hoc eſt illud in Mentis Memoriæque Theſauris ſecretiſſimis repoſitum & ſepultum Secretum, ſuper quo iurauerũt occultiores ſagaci ingenij ſubtilitate genuini Philoſophi (qui maledictionem DEI Sophorúmque poſteris relictam execrationem veriti, de induſtria ſunt ſcabri & ſalebroſi, ne quibuſlibet abſtruſiores ſuos ſenſus proderent, & nobiliſſimam huius Scientiæ gemmam porcis & ſuibus projicerent) quod non indicarent in aliquo libro: neque aliquis eorum in ſinu cordis hanc cognitionem ſeruantium patefecit illam, niſi intellectum habẽtibus allegoricè: Ea ſiquidem facultas Philoſophis conceſſa, vt quia Rerum Domini facti ſunt, etiam Nomina ad arbitrium diſpenſare poſſint, & ſuos partus pro libitu veſtire: Licèt egregiè & ſumma cum ingenuitate Veri Philoſophi ſeſe mutuò, vnum eundémque molientes: colentes agrum, perceperunt ſemper, ſicuti in præceptis illorum, tanquam in ſpeculo, ſagacis ingenij viris, à Deo ad eiuſmodi myſteria electis, dignis & in arte iuratis innotuit ſatis: attribuerunt autem illud Deo glorioſo, vt pro ſuo beneplacito inſpiraret cui vellet, & prohiberet à quo vellet: affirmantes nihilominus ſanctè, neminem ad optatum finem (poſthabitis omnibus particularibus virtute tingendi naturaliter prorſus deſtitutis, niſi è primo fonte progrediantur) poſſe peruenire, antequam per circularem Elementorum rotam Artis & Naturæ beneficio ad

*Deus non vult omnibus ſcientiam manifeſtare, propter euitationem ſcãdalorum.*

*Hoc non creditur, ſed tentatum, cum laboris, tædij & damni lucro circa finem acta probantem certificatur.*

*In hoc ſe totius negotij cardo vertit, vt Aurum Sale Naturæ Animatum præcipuum fiat ſubiectum medicinæ Philoſophorum metallicæ.*
*Lege 1. cap. Geneſ. ſect. 27. & 28. Tabulam Hermetis Morienem Alanum Rodargirum Monadem Treuiſanum. Lullium. Leuit. c. 26. ſect. 20.*
*Magni viri committunt magnos errores.*
*Pſ. 25. ſect. 14.*

Hexagoni formam Solis Pinguedo ſeu Sanguis & Lunariæ Ros in vnum conjungantur corpus, quod niſi Deus Altiſſimus voluerit, nunquam fiet, qui vnus ſingulare hoc Spiritus Sãcti donũ, & impretiabile pretium, & cui & quando viſum eſt ex ſpeciali miſericordia benignè impertitur; Et cui nõ vult aliquid de ſuis Theſauris largiri, is technis quibuſcunque adhibitis, inuito Deo nil abſtulerit vnquam: Spiritus enim ex gratia procedit, qui quos vult inſpirat. Cùm igitur omnis conatus mortalium ſit irritus, quem Deus non promouerit (niſi quis indubitatiſſimæ huius Veritatis iacturâ, velit negare Deum eſſe vniuerſi moderatorem, & Creatoris ſui contradicenti voluntati, ſe temerario, giganteo & ſacrilego opponere auſu, Numiniſque indignationẽ cum manifeſto incurrere periculo) mirari ſatis non poſſum, quod noſtro ſeculo, multi magni inutiliter tempus & pecuniam conſumentes viri, cum mundo decipi cupienti ſibi ab aureis circumforaneorum, & contra conſcientiam vitioſorum & mendaciſſimorum impoſtorum pollicitationibus patiantur imponi, non reputantes ſecum, ſine artibus liberalibus & præclaris (quibus illi Philoſophiſtæ Impoſtores qui de Fontibus Naturæ ne guttulam guſtauerunt, prorſus deſtituuntur) nullam myſteriorum perfectam vnquam perceptionem eſſe acquirendam: Suis Phantaſticis & Phreneticis inuentionibus, Gymnoſophiſtæ illi, credulorum hominum aures ditant, pecunia inanes vt reddant loculos, pollicentur magna & mentiuntur omnia,

&

& nil præſtant credentibus incautis aliud, quàm
térque quatérque deceptos ſemper nouis præ-
ſtigiis, dolis & fraudibus ſubtiliſſimis denuò fal-
lere: à quorum conſortio non aliter eſt fugien-
dum, quàm à ſæuiſſimis inferni cruciatibus. Et
quod potiſſimum Sapientiam Domini, cuius
myſterium ſaltem apud Timentes eum, in eiuſ-
modi animas malignas & indignas non ingre-
di, quæ totum vitæ decurſum in Vanitatum &
Fraudum inquiſitionibus tranſegêre, & vniuer-
ſum ferè mundum fruſtratoriis ſuis Dealbatio-
num, Rubefactionum, Incruſtationúmque ope-
ribus, dedita opera malitioſè deceperũt. Atque
ita illis Pandoræ fabulam ludentibus, nihil aliud
tandem contigit, quàm quod euenturum ipſis
Alphidius prædixerat, vt conſumpto per cir-
culationem cerebro, pro Tinctura colorem, pro
Lapide Hermetico ſaxum vel vitrum, & pro
Theſauro carbones ac cineres reperirent: Et
quis non admiretur efficacem hanc Impoſtorũ
vim tranſmutatoriam, quæ ſapientes in ſtultos,
robuſtos in infirmos, diuites in pauperes, & pau-
peres obæratos in deſperatos ac fugitiuos tan-
dem tranſplantat mendicos? Quemadmodum
autem Philoſophorum Inuidia, erga Artis &
Scientiæ filios, non ſuæ ſed DEI gloriæ ſtudio-
ſos, & qui vitam ad DEI laudem ac honorem,
proximi commodum, animæque ſuæ ſalutem
duxerunt, non extenditur: ſic Adeptus ſeu con-
ſummatus Philoſophus, Arcanorũ DEI cuſtos,
operíſque dignificationem imitatus, poſtquam
Hermetis pluſquam viginti annorum labores

*Sir. 43. ſect. 37. Prou. 3. ſect. 32. Sap. 1. ſect. 4.*

*Hæc in lucro perfecto opere ſophiſtico, quia talium fumivendulorum finis eſt Puluis & Cinis.*

*Pietas eſt clauis ad omnium Arcanorum notitiam per neceſſaria.*

Nutu DEI feliciter exegit, metuens crimen Diuinæ Maieſtatis læſæ, cẽties atrociſſimam mortem, omniáque ſupplicia ſubire formidabit minùs, quàm maximum & locupletiſſimum hunc Theſaurum Terrenum, Beneficium DEI Perfectum deſcendens à Patre Luminum (non aliter ac Regnum aliquod ſocietatis impatiens) à Rege Regum, ac Domino Dominantium, omniſque iniuſti Vindice tremendo & horrendo, ſibi ſoli cuſtodiendum concreditum, per iram aut vim qualemcunque intentatam, impiis, Filiorum Artis & Scientiæ inimicis aut indignis cum totius mundi pernicie abutendum in ſempiternæ maledictionis iudicium, vllo modo publicare, quia ſcit certiſſimè à Sancta Trinitate & Chriſto cunctorum viuorum & mortuorum iuſto ac ſeuero Iudice ſe grauiſſimè puniendum, cùm animæ ſuæ damnatione æternæque ſalutis jactura, niſi vacillationis & Talenti concrediti rationem ſufficientem reddere poſſit ad formidandum, ante quod omnes ſtabimus, & expaueſcendum Tribunal illius Maximi & Æterni Iudicis (cuius Terribilis & Ineffabilis Majeſtas iure omnibus mortalibus metuenda) qui tempore magni Iudicij meritorum facturus examen, nullius maleſactoris opus iuſtificabit, & nullum benefactorem præmiis priuabit: Quando videlicet in die

*Vide Rodargiri Brit tosarmati Carmen in Zodiaco Piſcium, contra ſacrilegos milites in ſacrariũ Philoſophiæ proteruè & minaciter irruentes.*

*Nulli hominũ carnali reuelare expedit, quia maledictus eris per tanti ſecreti manifeſtationem.*

*Lullius: Qui publicat Artẽ mala morietur morte, quia à Deo ſolo donandum & reuelandũ ſecretum eſt, qui Naturã creauit, & non ab altero: Ipſe enim cui vult, & quibus intereſt reuelari, illis reuelabit, & non aliis, quia eſt Donum* DEI *& nullius mortalis Hominis.*

*Hiob.34.ſect.11. Prou.24 ſect.12. Apoc.2. ſect.23. Item cap.22. ſect.12. Eſa.3. ſect.10.11. Ier.17. ſect.10. Item cap.32. ſect.19. Ezech.33. ſect.20.*

In die Terroris axes polorum inhibebit, & motus Elementorum ceſſabunt, tunc omnia corruent, ac calor Centri, cum calore Solis coniunctus omnem corruptionem Elementarem conflagrabit, vbi omne malum & impurum inſtar plumbi projicietur cum damnatis in Abyſſum, ibi omnia ſulphure inextinguibili inſtar vitri inconſumptibilis liquidi indeſinenter ardentis in æternum ſine conſumptione torquebuntur: Et omne quod eſt de virtutibus & pura Veritate ac Naturâ Elementorum Ignem Cœli non extimeſcentium, inſtar eſſentiæ puræ, claræ, incorruptibilis, & fixæ in Terra ſerena reſplendente Cryſtallina remanebit, & cum ſaluatis felicibus (inſtar Aquilæ vel Fumi ab igne excitati ſurſum ſublatis) in æternum requieſcet: Quando enim Deus voluntate ſua omnia innouando mutabit, ac Cryſtallina reddet, tunc motus Supernæ Naturæ morabitur in illis ſine corruptione, Rom. 8. ſect. 19. vſque ad 23. Lege Iſacum Holandum in opere minerali. Vtinam Magnates noſtri temporis auro & argento è ſubditorum ſuorum reditibus ſufficienter ditati, partem aliquam ſumptuum in piè & conſcientioſè doctos rerúmque Chymicarum expertos viros erogarent, ac è Tribus illis Naturæ Familiis, Animalium, Vegetabilium & Mineralium, vnicuique idoneo & expetenti vnam ſaltem indagandam diſtribuerent, vt ex iiſdem, in quibus vniuerſa Medicina fundata eſt, Ignis ſeparatione in ſua Tria Prima ſelectiſſima eruerent myſteria medica. Conclaue Philoſophicum

*Conſummatio ſeculi per Ignem.*
*Apoc. 20. ſect. 10.*
*Mare vitreum Igni permixtum.*
*Proprietas Ignis eſt impuritatem Elementorũ ſeparare.*

*Pulchritudo omnis ſiue corporea ſiue incorporea, nihil aliud eſt quàm Diuini vultus atque Luminis ſplendor, reb. creatis inſitus, per formoſa corpora reluceñs ac refulgens, & amantes omnes inſtar* DEI *imaginis ſtupeſcere compelleñs. Quantum enim Res in ſe habet Luminis tantũ etiam habet Numinis.*

*Ex* DEI *Lumine reuelantur ſecreta & abſcondita pateſiunt.*

cuiuſdam Principis tali Theſauro pretioſiſſimo & ſaluberrimo refertum, etiam cum Pactoli diuitiis contenderet, ſiquidem inſtar Magnetis ſpectantium oculos ad patefactam occultæ Naturæ opulentiam contemplandam prouocaret & paſceret: E cuius iucundæ & inſatiabilis pulchritudinis intuitu, quæ obſecro & oculorum recreatio, & admirabilis animi ad ipſum Creatorem eleuatio? Hîc videre ſelectiſſimam Vegetabilium copiam Anatomiâ Harmonicâ corporis noſtri correſpondentem membris, veſtimentis detractis mirâ & gratiſſimâ varietate in ſua Tria manifeſtatam, & viſibilem factam: Illic Animalium: iſthic Mineralium & Metallorum: *Dianam* videlicet *Triunam* nudam, tot varietatis coloribus & Forma in vnaquaque claſſe ſemper Triplici *Mercuriali* Limpidiſſima, *Sulphurea* ſeu Oleoſa Coloratiſſima, & *Salina* Candidiſſima reſplendentem, quæ ſe alioquin ab inquinato mortalium intuitu veſtire ſolet, & hominum cœtus in hac mundana ſcena, nonniſi tecta ingredi cupit: Opus certè magno Rege & Principe dignum: FRANCISCI Primi Galliarum Regis, Philoſophorum & Literatorum virorum maximi Fautoris, laudabile vnum è Tribus, ſed morte præuentum propoſitum. Et hoc Talento (reſeruato ſibi ad ſuos vſus fonte ſolo, riuulos verò ſuperfluos deriuando foras) Deo in proximo egeno & ſuis membris benefacere, an non Humanitatis & Liberalitatis opus, ac Eleemoſynarij in hoc magno Hoſpitali Pietatis

officium

officium omni laude ac ſempiterna memoria digniſſimum? Et hac via in Timore DEI & Amore proximi progredientibus, ſine vllo dubio Luminum Pater (à quo ſolo tanquam efficiente Principali & Finali omnium Creaturarum & operationum cauſa, omne bonum Donum poſt vitæ emendationem petendo, quærendo & pulſando impetrandum eſt) pium & laudabile propoſitum (Timentium enim eum facit voluntatem) longè maioribus & fortè inſperatis cumulatè coaceruaret beneficiis: Hæc enim ſola ſemita non tantùm ad omnia Naturæ optata Arcana perueniendi eſt Regia, ſed quod omnium potiſſimum ad ipſum Vniuerſi opificem, quo *Vno* omnis *Bonitatis* Diuinæ *Oceano* Infinito per Regenerationem (alteritate per vnitatem abſorptâ) in Sabbatho Sabbathorum ſeu Iubilæo Æterno cuius gratia creati ſumus comprehenſo, attigimus ſuffragante Diuina Clementia ſcopum & metam veram, cuius fruitione plenaria olim non aliter delectabimur, quàm ærumnoſus exul & peregrinus (per varios vitæ caſus, per ſaxa, per ignes, per ſentes & vepres agitatus) legitimæ tandem patriæ reſtitutus: ſiquidem Dulcia non meruit, qui non guſtauit amara: Sine Cruce & morte ad amiſſa bona reditus fieri nullo modo poteſt: nec Deus vult Hominem mortalem à ſe nunc peregrinantem ad immortalem beatitudinem & gloriam delicato peruenire itinere, ſed per Ignem Tentationis & Tri-

*Sine eo enim nihil boni & perfecti attingi poteſt.*

*Pſ.145.ſect. 19.*

*Prou.10. ſect.24.*

*Diuina fiducia neminem ad bene agendũ deſtituit.*

*Qui nouit Vnum, nouit Omnia, qui diſcit Multa, diſcit Nihil.*

*Sir. cap.34. ſect.12.13. 14.*

*Beatitudo conſiſtit in apprehenſione ſummi Boni.*

*Deus eſt immutabilis Quies, ad quam omnes Creaturæ omni conatu anhelant & gemunt.*

bulationis, cum triſti & amara morte, quia Coronatio & lachrymarum abſterſio demum ſuperatorum hoſtium victoriam ſubſequitur, digna enim eſt & maioribus præliis Vita æterna.

*Leuit.c.25. ſect.23. Tob.12.ſect.13. Sir.2.ſect.5. Sap.3.ſect.6. Prou.17. ſect.3.*

*Sine Certamine & Pugna nõ peruenitur ad Patientiæ Victoriã & Coronã, per Anguſta itur ad Auguſta.*

Quamuis autem, vt ad ſupremam medicinam reuertar, aduerſa fortuna me honeſtæ ſynceriſſimæque Veritatis ſemper ſtudioſiſſimum multoties ad ſupremi illius Philoſophici ſacrarij penetralia (non auri argentíque faciendi gratia, ſiquidem poſtpoſita habẽdi ſatagẽtia pauco contenti ſat diuites ſunt, ſed ardore quodam medicinæ Veræ conſequendæ & iuſto admirandorũ Dei operum deſiderio) fruſtrà licèt aſpirantem & anhelantem non ſolũ non deduxerit, ſed neſcio quo meo ſiniſtro & infeliciſſimo fato etiã factum fuerit, vt quo feruentiori conatu animi, ſecretiſſima illa ſtudia ſectatus fuerim auidiùs, eò obtrectante maleuolorum Inuidia & Fortunę fluctibus hactenus iactatus fuerim acerbius, æquitatis neceſſitas exigit, quandiu vlterius non datur, ipſa me tantæ Rei cogitatione ſola & recordatione ſaltem conſoler. Quid, cui, quãdo, & quantum, nouit ipſe Deus, cuius Nomen glorificetur, & in Æternum ſit benedictum: qui ſæpè bonus auertit, poterãt quæ fortè nocere: nec vitam illorũ miſeram expetendã eſſe reor, quibus felicitas damno ceſſit & nocumentum inde ſuſceperunt, vnde beneficium debebant reportare: & qui ſumma in fortuna, vbi iam felicitatem illis Fatorum indulgentia maiorem tribuere vix vllam potuiſſet, propter compedes in-

*Num.c.11. ſect.33.*

jectas fortunam deſiderant: & quibus Deus quę- *Pſ.78. ſect.*
dam largitur ad pœnam iratus, quæ beneficij *31.*
loco negare ſolet propitius. Attamen cùm ope- *Pſ.104.*
ra Dei ſint annuncianda, & celebranda, & vt *105.*
hoc monumento relicto conſtet olim, noſtri *Tob.12. ſect.7.*
quoque ſeculi hominibus felicitatem ſuam poſteris non inuidentibus Beneficentiam illam Diuinam non fuiſſe negatam, in Veritatis atteſtationem & ſubſidium, non poſſum hoc loco non meminiſſe ſingularis illius Diuinæ erga me Clementiæ, quod mihi non ſine manifeſto ſuperûm fauore ceu oculato teſti, in peregrinationibus meis iſthæc fortuna, compluribus expetentibus denegata contigerit, vt illam intueri & guſtare licuerit, apud quendam Heliocantharum Borealē. Vnde diu maximo Naturę per artem miraculo cū ſtupore attonitus, inter varias & multiplices Inferioris Aſtronomię metamorphoſes (viâ Antiquorū Humidâ, nondum tamē intensè ad Baſiliſci oculum Exaltatâ) in frigido factas, mihi hoc vnum prodigium, omnium mirabilium ſuperans admirationem, cumprimis ſtupendum & ſpectatu digniſſimum fuit, quod vnica illius Laticis exhibita gutta (in qua tanquam penuario omnium corporum Cœleſtium & Terreſtrium diſperſæ virtutes admirando artificio inuiſibiliter coaceruatæ, imò in qua totus mundus Aſtralicè concentratus erat) hominem deploratæ valetudinis & morti vicinum ſua Ignea, Aſtrali & Cœleſti Natura

*Baſiliſcus Philoſophicus inſtar Fulguris repentè & ex improuiſo comburit, quodcunque metallū imperfectum, & ſubitò aliam formam nouam producit.*

*Meritò igitur Indagatio illius omnib. Veritatis ſtudioſis deberet eſſe commendatiſſima.*

Inuiſibili, influendo Cordi radium Vitæ Naturalis, Vitæque organa renouando, & defunctam Naturam (per accidentium ęgritudinem cauſantium remotionem) reparando, vna nocte ad firmam & perfectam reuocarit incolumitatem: Corpora enim Humana ſubitò & quaſi miraculosè, à quibuſcunque infirmitatibus deſperatis (ſecundùm Deum videlicet, nam multi morbi ſunt innata pœna Diuina, quorum curatio in Natura non quærenda) Regalis hæc, & omnium aliarum medicinarum Imperatrix reſurgere facit: ſiquidem totus hic nouus mundus regeneratus, paruum veterem corruptibilem mundum, hoc eſt, Hominem virtute Regenerationis ſuæ renouare, quicquid in Humano corpore læſum reſtaurare, ſuperfluum conſumere, defectum reſarcire, & totum microcoſmum in verum Temperamentum reducere, & in illo conſeruare potis eſt, vſque ad præfinitum mortis Terminum, ob peccata mortalibus impoſitum.

*Contra mortem nullus medicus niſi Chriſtus.*

Eodem Spiritu mundi, eodem Calore Solis & Lunæ, quo humana corpora, ab infirmitatibus & accidentibus mundantur etiam metalla imperfecta & impura, abſque nouo generationis & corruptionis motu, per ſolum alterationis modum, & accidentium, eorum ægritudinem cauſantium remotionem (cùm metalla non ſpecie ſed accidentibus ſaltem differant) Veræ Sanitati, quæ eſt aureitas, reſtituuntur.

Vulgaribus noſtris, emunctæ licèt naris Athenienſibus, has Vulcanicas metamorphoſes, & hanc DEI Virtutem Naturæ coniunctam neſcienti-

ſcientibus, ac medicinæ Ethnicæ admiratoribus, qui excuſandæ inſcitiæ ſuæ cauſa ineptè ſatis Prudentum dicta pro fabulis & figmentis habent, non mirum, cùm intellectus intelligentium, nullis præceptis aut traditionibus fatuorum hominum obfuſcatus, vix apprehendere valeat, ſi hoc propter tantorum myſteriorum proclamatam incertitudinem videbitur vt ignorantibus & meritò non notificandum ſecretum incredibile (quamuis verò verius ſit) quia de Calore *Solis* & *Lunæ* in ſua vita nil audiuerunt vnquam: multò minùs quod Magię Mechanicę beneficio Elementum *Terræ* ſupra Aquam natare poſſit. Hoc ſcire verè Philoſophicum eſt, medico Aſtrali cumprimis neceſſarium, quorum nullus ad vllam mirabilium effectuum operationem vel cognitionem pertingere, nec niſi huic Scientiæ adhæreat de ſua arte certus eſſe poteſt, præſertim in deſperatarum infirmitatum noſtri corporis cura, quatuor videlicet omnium morborum monarchis, Epilepſia, Podagra, Hydrope, Lepra. Hæc quatuor ſumma morborum genera Paracelſus operibus demonſtrans ſe à Deo medicinam edoctum, cum Chriſti non Dæmonis adiutorio mirifica arte ſuſtulit, non obuiis & tritis noſtris Medicinis purgantibus, ſed pauciſſimis conceſſis Reſtaurantibus ſeu Regenerantibus, quibus Natura renouata poſtea omnia noxia ſua ſponte expellit, ſicuti Epitaphium ipſius, Salisburgi, poſteritati veraciter,

*Hæc dubitatio incredula, quia pauci reperiuntur, qui firma conſcientia credunt artem eſſe veram, lucro potiùs quàm damno vt antea maioribus ſic deincpes poſteris omnibus cedet. Ea enim ratione proſpicit Deus verè Philoſophantium ſecuritati. Exod. 32. ſect. 20. Hiob. 14. ſect. 19.*

*Non eſt Chriſtianum Diabolo maiorem poſſibilitatem & vim aſcribere velle, quàm Infinitæ Diuinæ Sapientiæ & Omnipotentiæ.*

ſatis ſupérque teſtatur. Omnes infirmitates prouenientes ex humorum corruptione quantumcumque graues & deſperatę curæ hâc medicina vniuerſali (inſtar dolabri dedolantis omnis generis ligna) ſanantur, niſi infirmus fuerit in vltimo Termino ſibi à ſupremo Ente conſtituto: vel morbus præter Naturam à Deo pœnæ loco, & afflictionis ſingularis, immiſſus. Nemo autem hoc peculiare ac Cœleſte Donum, vt ſuprà dictum, vſurpare poteſt, niſi is, cui Deus ipſe contulerit, qui ſolus & obſcuritatem horum myſteriorum illuminat & claritatem offuſcat, vt neque pleniſſima quis intelligat, niſi ab ipſo illuminatus fuerit, neque obſcuriſſima quæq; non conſequatur, ſi ab ipſo illuſtrata fuerit: Tanta enim facultas à ſummi Creatoris affluenti & peculiari Gratia, venit. Ideò Lullius diuinus ille & perfectiſſimus Philoſophus meritò concludit, oportere inter Artiſtam & Deum cauſam primã, abſque contrarietate concordantiam eſſe, vt primus motor, tãquam Forma principalis moueat Intelligentiam, id eſt, Artiſtæ Animam, ad Veram Intelligentiam, vt pateſiat ſibi id, quod eſt occultum in magiſterio huius artis. Benedictus erit ille, cui Dominus Deus inſpirare volet Dona gratiæ ſuæ: Nam Dominus eſt Cœli, qui ſcit Cor illius in quibus Forma & modo vellet vti. Videmus nihilominus peccari interdum non ſolùm ingratitudine erga Deum, verùm etiam miris & Adepto Philoſopho indignis erga immeritum proximum technis: quibus olim aliquot clariſſimi viri & noſtro ſæculo duo diuer-

*Verorum medicorum præcipuum Fundamentum & Scopus, quia nõ prima ſed ſecunda natiuitas conducit.*

ſarum

ſarum nationum manifeſtati Philoſophi, dono DEI contra horrendiſſima Philoſophorum Anathemata abutentes, ſibi poſtea (ſiquidem quilibet ſecundùm dexteritatem ſuam à ſpiritu ſydereo cauſatam ac excitatam ſuæ fortunæ faber eſt) cum perenni Nominis ſui dedecore, iuxta immeritam Veriſſimæ Artis Philoſophicæ proclamationem, dolendum & commiſerandum attraxerunt exitium, DEI iuſti Vindicis Ira (tam ob arrogantem ſuperbiam, loquacitatem pœna & pœnitentia concomitantibus prouocantem, quàm ob impoſturarum fraudes ad primi ſilentij Harpocratici rupturam, ſecuritatis ſuæ gratia viciſſim tegendam commiſſas) miſere conſumpti & refrænati.

*Origo magiſterij Philoſophici.*

*Secus faciunt plurimi qui de perfectione quamuis imaginaria ſaltem apud alios gloriãtur, & ita ſua credulitate ac perſuaſione ſe impediunt, quominus diſcendo vlterius proficere poſſint.*

Antiquiores illi peritioréſq; felici ſydere nati Philoſophi, Hermetis ſcientiæ inuentoris filij, apud quos nil Veritate antiquius, nil turpius Falſitate atq; deceptione, & quibus ſemper ſine teſte multitudinis imperitę tutius operępretium fuit in *Receptu Eſſe* quàm in *Fronte* videri aut haberi: quíque ſui memoriam nulla labe contaminatam ad poſteros tranſmittere conati ſunt, non vt multi nimium creduli opinantur, quod imaginationibus ſuis friuolis decepti, alios viciſſim voluerint decipere, quod non cadit in virum probum: Hi inquam Naturæ non publici ſed occulti Secretarij, in Naturali Lumine in ipſis vigente, pro viribus ſibi diuinitus conceſſis Rationem ducem optimum ſecuti, omnes ſumma tum animi tum corporis intentione ad Virtutis vnum eundémque potius tendentes ſco-

*Deus primo ſæculo ſe per Lumen Naturæ manifeſtauit.*

pum, nil maioris eſſe gloriæ ſunt arbitrati quàm Prudenter & Quieto Silentio iuxta DEI Timorem & Amorem proximi *Mente* rectè *Sana* in *Corpore Sano* tranquillè gaudere poſſe: Hæc eſt Philoſophia Adepta, quam Paracelſus in Tinctura Phyſicorum explicat Vitam diuturnam & ſanam abſque omni infirmitate, vſque ad mortem Naturalem, eiúſque vitæ longæ honeſtam ſuſtentationem in hac ſcilicet miſeriarum valle, vt ſcilicet DEO abſque indigentia & proximi detrimento inſeruire poſſimus: Hanc quidem felicitatem, multa licèt ſint animi & diuturna quadam auiditate venati plurimi: eandem tamen nec alio in medio, nec artibus vllis ſe adepturos vnquam, niſi per admirandam abſtruſiſſimámque complexionem quandam omnium totius Creaturæ in vnica quadam maſſa confluentium & concurrentium virtutum (Via ſaltem Regia illa ac Ratione Philoſophica præſtandam) exiſtimarunt: Omnibus his virtutibus ſpiritualibus, actiuíſque qualitatibus, magno ingenij Artíſque beneficio inſtar mundi minoris in vnam Maſſam (quam Lapidem ſeu Puluerem ſuum vocare conſueuêre) coaceruatis & concentratis (vnita ſiquidem vis fortior diſperſa) præter *Mentis* ſuauiſſimam quandam & mirabilem illuſtrationem (eſt enim Lux Naturæ in Tenebris mundi coruſcans) omnium item rerum Naturalium & Cœleſtium ſecretorum ſcientiam, operationémque perfectam, imò iuxta omnium Rerum affluentem Abundantiam, Sanitatis beneficium legitimo huius ſummi &

*Artis induſtria Naturæ defectus vt ſuppleatur neceſſe eſt, cùm Natura ad ſui perfectionem ſemper tendat, laboret & anhelet, ipſa ſua indole.*

*Prouerb. 3. ſect. 16.*

mi & admirandi Magiſterij vſu ad miraculum vſque conſecuti ſunt: Cuius in ſuis monumentis ſcriptis noſtri prædeceſſores Philoſophi, in ſchola Hermetis enutriti, licèt in reticendo artis ſecreto, conſtanti Taciturnitate planè elingues (ſcientes videlicet quibus periculis artium arduarum Indagatores & Secretarij Naturæ publici ſint obnoxij, vt ſemper de ſalute vel quiete deſperabundi, peruagari cogantur) hanc tamen Rationem tradere ſolent: quod ſumma illa Medicina per artificium Natura ſagaci Scientiæ Magiſtra cooperante, vt iam dictum, præparata, ſit Vita & Lux illuminans & viuificans Balſamum noſtrum, hoc eſt vitæ ſpiritum ſeu vaporem cœleſtem non viſibilem: ſit Vitæ noſtræ Eſſentia: Quinta Eſſentia ex 4. Elementis compoſita, in qua ſunt actualiter omnia Elementa, cum omnibus ſuis actibus, cum concordantia maxima, æquatione vera, ſecundùm omnem Naturæ poſſibilitatem æquata & Catena aurea ligata, abſque aliqua contrarietate: ſed omnia aggregata in tam ſubtili Materia & Forma tam ſubtili, & tam ſimplicitati propinqua reſpectiuo modo, ſicuti in Fulgure & in Baſiliſci oculo, vt per Experientiam patet, in curatione morborum & metallorum metamorphoſi: Hæc res ita ſe habet reſpectu quatuor qualitatum corporis, ſicut ſe habet Cœlum incorruptibile reſpectu 4. Elementorum. Hanc Quintam Eſ-

*Sub Anathematis pœna, non ſunt auſi loqui niſi in pictura verborum Ænigmaticorum, quia non habebant licentiam à Magiſtro Naturæ, ne ſibi ipſis periculum accerſerent aliiſque maleficij anſam præberent.*

*Prou. 10. ſect. 14.*

*Excitat motum in corporibus, & viuificat Elementa: viuificantur autem Elementa cùm in actum ſuum excitantur: nam Vita Naturalis nil aliud eſt, quàm actus Elementorum.*

ſentiam vitæ radicem creauit Altiſſimus in Natura, ad conſeruationem quatuor qualitatum corporis Humani, ſicuti Cœlum ad conſeruationem vniuerſi. Eſt ignis cœleſtis non vrens, anima & vita Creaturarum omnium: ſubiectum in quo præter Elementorum vires & operationes, omnes Firmamenti, etiam cœleſtes virtutes, tàm ſtellarum Fixarum, quàm Planetarum, inuiſibili modo infunduntur & imprimuntur, ſiquidem omnium corporum cœleſtium Influxus, qui ſublunaribus vnicuique particulatim communicantur, hi in hoc vno concentrantur: Theatrum ſecretorum Luminis Naturæ totius: Speculum myſteriorum DEI, & Miraculum vniuerſæ Naturæ: Totius mundi machinæ Quinta Eſſentia, & totus mundus Regeneratus, in quo totius Naturę Theſaurus iacet: Subiectum & Inſtrumentum omnium Virtutum Naturalium & Tranſnaturaliũ: Filius SOLIS & LVNÆ, qui ſuo aſcenſu in Cœlũ & deſcenſu in Terrã omnes vires ſuperiorũ & inferiorũ adeptus eſt: Habitaculũ omnium Formarum metallicarum, mineraliũ & vegetabiliũ, à DEO ſub LVNÆ globo creatarum: Imò quod ſit verè ſpiritus vitæ penetrans omnes alios ſpiritus, cum ſpiritu corporis noſtri planè vnus & idem: Vinculum inter Corpus & Animã, quo delectatur illud ſupercœleſte, retinetúrque ne fugiat à corporeo carcere,

*Vita Rerum Naturalium eſt Lucis Idæalis vnio, cum Cælo Terráque pariter Idealibus. Hac ex arte omnium pene rerum notitia, & hoc in Lapide vniuerſa rerum natura elucet. Tinctura eſt Q. Eſſentia de microcoſmo ad primum perfectißimum eſſe, & vnarium numerum Cabaliſticum quàm proximè accedit. Para. vocat Balſamum perfectum, perpetuum, Catholicon Phyſicorum: Defenſiuum ſenectutis, medicamentum vniuerſale, quod inſtar Ignis inuiſibilis omnes morbos conſumat.*

vt e-

vt enim pax fiat inter iſtos inimicos Animam & Corpus, Balſamo Vitæ medio opus eſt ab Externis petito quo Internum inſtauretur ad retinendum vel ſuſtentandum Ignem Vitæ longæ, ſine quo fomite recedit à corpore non ſecus atque à lychno flamma, deficiente oleo: Materia ſimpliciſſima generata à Domino Opt. Max. ex ſpiritu Mundi, ad reſtaurationem & conſeruationem Humanæ Naturæ, cunctis noſtri temporis Medicis prorſus incognita: Non enim in Scholis illorum prouenit, qui Templum Apollinis non per debitum Oſtium, ſed per Tectum deuium irruentes, ſedem illius occuparunt, veluti Scribæ olim & Phariſæi ſedem Moyſis: Et dum ſcientiarum claues in captiuitate iniqua detinent, ſuis placitis nihil efficiunt aliud, quàm vt ſiniſtrè docentes, ipſi non ingrediantur Naturæ Academiam, & alios rectè diſcendo ingredi cupientes, ſuis dehortationibus pernitioſis in laudabili remorentur curſu, ita vt nunquam ad Veritatis cognitionem perueniant, & vbinam ea lateat neſcire cogantur. Quia verò omnium morborum corporalium origo vera ſecundùm ſaniores Medicos eſt Naturalis proportionis Primorum Trium enormitas (ſeu vt cum Medicorum vulgo loquar Immoderatio & intemperies quatuor Elementorum ſeu Humorum) ex quibus corpus Humanum compoſitum ægrotat & benè habet: hæc autem ſupradicta medicina, quæ in ſe ipſa eſt Creationis noſtræ materia, ſit congenea & vniformis ſubſtantiæ, in æqualitate conſiſtens,

*Hanc Q. Eſſentiam Animarum mediam Naturam, Veteres illi Rerum conſultiſſimi vocauerunt.*

Anima ſubtiliſſima ſecreta à fæcibus, & veluti ſimplex Elementorum ſubſtantia, Quintum eſſe ſeu Virtus Quinta de puriori Eſſentia quatuor Elementorum reſultans, purificata, incorruptibilis, comparatur cœlo, nec admittit vllum malignum ſpiritum, ſed fugiũt ab illa: Et quia Temperatæ corruptioni ſeu putrefactioni minimum obnoxia eſt, ideò quantum per Naturam poſſibile eſt omnem corruptibilitatem accidentalem, è qua infirmitas prouenire poteſt, expellit, ac per omnia membra interiorem inſtaurat vigorem, morbóſque Trium Principiorum exaltatione factos, reconciliatione iterum curat: Sanitas Hominis in concordantia & vnione Triũ ſubſtantiarum Primarum cõſiſtit: vbi verò exaltantur & per Aſtra incenduntur, ſequuntur bella inteſtina: Et quia tres Primæ ſubſtantiæ morborum volatiles ſunt, Ignis Eſſentiæ morbum conſumentis & purum ab impuro ſeparantis cedunt. Inſuper illa Virtus Quinta corporis Humani Elementa ſeu Humores in pace & fœdere Harmonico colligat, & inæquales æquando ad verum Temperamentum reducit, calorémque inſitum ac humidum ſubſtantificum corroborat, Vitæ oleum & igniculum cœleſti ſuo vigore in æqualitate conſeruat (quandiu enim Radicalis Humor, Balſamus Vitalis, & Vitę noſtræ Nectar pretioſiſſimum, ſiquidem confortatiua vis corporis Humani & Animalium ex ſpiritu Vitæ procedit, manet in ſua quantitate, non ſentitur morbus) ægrúmque ſanitati ac temperiei reſtituit, Naturam ipſam ſuo in eſſe retinet, &

*Quando Elementa purificata reducuntur ad puram & æqualem ſimplicitatem, tunc habetur Medicina prolongandi vitam, quia ſic Elementa ſunt æqualia: nam inæqualitas & dominiũ vnius in alterum generat morbos. Sanitas conſiſtit in Tẽperato corpore.*

Ne-

Nectar Vitæ noſtræ in bono & laudabili cōſeruat Temperamēto, ſicque ad mortē vſque Naturalem (id eſt, ad eum vitæ Terminum quem Omnipotēs Deus Homini propter inobedientiam tam primi parentis, quā cuiuſque propriā inſtituit) à morbo tutū atque integrum cum Iuuentutis nitore & tēpore conſiſtendi (quæ eſt ætas pulchritudinis & Fortitudinis Humanę) conſeruabit prædiſpoſitum hominem, qui illa prudenter & conuenienter cū piâ Nominis Diuini inuocatione vſus fuerit, modò corporis cōſtitutio & complexio eius ſupra modum non ſit læſa. In hac ergo Q. Eſſentia & Spirituali Medicina, quæ eſt de Natura & Calore Cœli, & non in noſtra Mortali & corruptibili, poſſibile eſt, Verū medicinæ Fontem, Conſeruationē Vitæ, Reſtitutionem ſanitatis, Renouationem iuuentutis deperditæ, & ſerenæ valetudinis optatum inuenire: ac Naturaliter loquendo, nulla eſt in toto mundo hac vera Philoſophorum Theriaca melior Medicina Balſamica, quæ inſtar Elixiris vitæ ſuperlatiua & vltima corporis Humani conſolatio eſt, omnes actiuitates conſeruans in Natura humana & vires ex Naturæ defectu diminutas reſtaurans: In omni enim genere vnū quid eſt, quod primum in eo genere gradum tenet, quia ergò hęc Medicina genita eſt ex incorruptibiliori & efficaciori materia, quæ ſub cœlo ſit, Anima vel Spiritu mundi, nimirum omnium Cœleſtiū, & Terreſtrium vires in ſe cōtinente, ideò primum teneat gradum in ordine medicinarū, & hac vtens Homo, cum aliorum

*Nemini videatur mirum, quod ad Solis cœleſtis Lumē deſiccantis & Ceram liquefacientis exemplū, actus ſolus & vnius Rei, non quo ad ſe ſed ſecundùm Recipientis Naturam, variè diuerſificatur.*

ciborum moderatione, poterit ad Veterum Patrum ætates accedere. Ex duobus SOLIS & LVNÆ fontibus, vt doctè diſſerit *Suchtenius*, oritur Spiritus mundanus Naturalis & Vitalis cuncta permeans Entia, omnibus vitam & conſiſtentiam præbens, per quem vt Mediatorem omnis occulta proprietas, omnis virtus, omnis vita propagatur in inferiora corpora, in herbas, in metalla, in lapides, in animalia: ita vt nihil ſit in toto mundo, quod huius ſpiritus ſcintilla careat vel carere poſſit. Hic ſpiritus Cœleſtis, cum Naturali noſtro ſpiritu vnus & idem, cũ in noſtro corpore fuerit in debito ſtatu nõ diminutus aut per res extraneas impeditus, eſt Calor iſte noſter Naturalis, quo omnis Res ad ſuſtentationem & multiplicationem indiuiduorum digeritur: Digerit enim Nutrimentum ab Homine aſſumptum, & generat bonum ſanguinem in omnibus membris: Sanguine exiſtente puro, exiſtit & ſpiritus Cordis vitalis fortis, purus & ſanus, ſicque totum corpus rectè & ſanè viuit: Si verò impeditus per ægritudinem fuerit, quo minùs hoc ſuum officium faciat, ſequitur mala decoctio nutrimenti: Inde generatio impuri ſanguinis, ex hoc ſpiritus Cordis vitalis debilitatur. Vnde oritur Senectus Obliuionis domus, tandẽ ſequitur plenaria exſtinctio, conſumptio & diſſipatio ſpiritus illius quæ Mors eſt Naturalis: Vt ergo conſumptio & diſſipatio dicti ſpiritus (quatenus per Naturã licet) vitetur, augendus & confortãdus erit ſpiritus ac calor iſte in corporibus Humanis exiſtẽs Naturalis ſic diminutus vel impeditus

*Calor Naturalis quo digeritur omnis Res ad ſuſtentationẽ, & multiplicationẽ Indiuiduorũ eſt Calor Solis & Lunæ. Spiritus eſt Vita & Balſamus omnium Rerũ Naturaliũ. Vita hominis eſt Aſtralis Balſamus, Impreſſio Balſamica, Cæleſtis & Inuiſibilis Ignis, Aër Incluſus, & Tingens Spiritus Salis.*

ditus, quò fortius & melius ſuo officio fungatur.

Cùm autem omne agens cùm agere cœperit, nõ ad inferius ſeipſo mouet, ſed ad ſui par, ſimile & conſentaneum: Cõfortatio etiam hæc fieri debebit per ſuũ ſimile, nempe per Calorem illũ Cœleſtem Solis & Lunę, aliorúmque Planetarũ, vel cũ rebus iis, in quib. Virtus SOLIS & LVNÆ potentiſſima eſt, plurimúmque abundat, minúſve cohibetur à materia: Hæ enim res citiùs & perfectiùs agunt, promptiúſque generant ſibi ſimile: Imò quod facilius etiam ex iſtis ſpiritus vel Ignis iſte ſupernus per artificiũ elicitur: cuius propria ſunt Calor, non vrens vt Elementalis, ſed omnia fœcundans, & Lux omnibus vitam tribuens. Ignis autem Elementalis & Inferioris propria ſunt Calor ardens, omnia conſumens, & obſcuritas ſterilitate cuncta replens.

*Spiritus mundi ſeu Cœleſtis & Naturalis ſpiritus noſtri corporis eſt vnus & idẽ ſpiritus: Ergo Calor Solis & Lunæ generatus ex ipſo ictu ſpiritus, eſt res magis decocta & per conſequens magis perfecta.*

Excluditur ergo hîc iſte, ſimul etiam cum eo omnia diuerſa vel contraria, qualia ſunt omnia Elementata Inferiora. Hæc enim & alia omnia, quæ in ſe Naturalem compoſitionem includũt (quatenus adhuc craſſiori materiæ immerſa nondũ ab ea ſeparata ſunt) corruptioni & tranſmutationi ſunt ſubiecta: Cõſeruantia verò medicamina & admodum durabilia eſſe debent, & à corruptione remota: Nam cùm humanũ corpus à corruptione ſeruare debeant, ea in primis durabilia ſint oportet, ſecus magis corrumperent, quàm ſeruarent. Addo, quod vanum eſſet per rem putridam & corruptibilem, corpus corruptibile velle conſeruare, Infirmum ſanare per rẽ infirmam, Rem formare per rem deformitati ſubiectam. Omne enim corruptibile infirmum

*Vnũ ſimile additum ſuo ſimili facit illud magis ſimile.*

& debile additum ſuo ſimili, coaugmentat illud & ſic corruptibilitas illa augetur, & non diminuitur, vti videmus multos, & quidem plurimos noſtræ ætatis Medicos craſſis & corporalib. ſuis medicamentorum compoſitionibus Hominem ſanũ, & à morbis immunem reddere fruſtrâ conari: Altior namque hîc ſpeculatio requiritur: Morbi enim cùm ſint non corporales, ſed ſpirituales vtpote in ſpiritibus deliteſcentes, medicamina etiam poſcunt ſpiritualia. Volentibus igitur in iuuenibus ſpiritum iſtum vitalem (qui eſt Humidum & Calidum Radicale, Mumia innata, & ſedem in medio Hominis corde habet, tanquam ſuſtentaculum omnis vitæ noſtræ) cõſeruare, in ſenibus verò languentem reſtaurare, & eos velut ad iuuentutem reducere, quoad vires, ſicque vitam Hominis in ſummam ſanitatem adducere, opus erit quærere non Elementalẽ ſed Calorem illum Cœleſtem Solis & Lunę habitantem in incorruptibiliori ſubſtantia ſub Lunæ globo reperibili, hunc calori vel ſpiritui noſtro ſimilem reddere, quod fit cùm in medicinam & cibum ſuauiſſimum præparatus fuerit, ita vt per os aſſumptus, ſtatim per humanum corpus penetret, omnem rem, maximè carnem ſibi vnitam teneat incorruptam, virtutem & ſpiritum vitæ nutriat, augeat & reſtauret, omne crudum digerat, omnẽ exceſſum cuiuſcũque qualitatis amputet, humidum naturale faciat abundare, & calorem vel Ignem Naturalẽ debilem confortari, inflammari & augmentari procuret. Hoc veri Medici & ſanioris Philoſophi

*Spiritus Vitalis in Homine & Elementalis eſt vnus ſpiritus.*

*Calidũ Innatũ & Humidum primigeniũ microcoſmicum à Calore & Humore Solis & Lunæ macrocoſmico ſuſtentantur, tanquã vno eodémque Cœleſti illo & Naturali noſtro ſpiritu.*

erit

erit officiũ: Sic enim corpus noſtrũ ſine corruptione ſeruare, ſenectutem retardare, floridam iuuentutem in vigore vſque ad extremum vitæ finem retinere, & niſi peccati ſtipendium obſtaret, in æterna ſanitate conſeruare, & ab interitu tueri poſſet. Paracelſus vocat Elementum *Ignis*, quod inſtar Solis Terreni ſeu inferioris Firmamenti in omnibus morbis tollendis, & frigidis demortuis membris refocillandis ſit ſummum Arcanum: operatur enim ille Ignis Eſſentialis in corpore vt Flamma & Vrtica extra corpus. Cuius etiam (vt hoc loco ab inuſta ac iniuſta calumnia meritò vindicetur) hæc fuit mens, vbi de perfecti huius Ignis Vitæ viribus agit, vt Balſamus Naturæ, Mumia Balſamica, Vitale Corpus, Liquor Vitæ, Humor natiuus ſeu Radicalis quem ſpiritus Vitæ agit, reſtauretur, confortetur, ac conſeruetur quaſi incorruptus vſque ad extremam eius cõſumptionem, id eſt ad vltimũ Vitæ ſpiritum abſque vlla ægritudine, dolore & moleſtia, quod ipſum tamen in aliorum deploratis & deſperatis morbis ſaãndis ab illo ad miraculum præſtitum, ob *Venenum* toties ſibi ab inuidis & inhumanis aduerſariis oblatum in ſuo corpore diutiùs prȩſtare impeditus fuit, (immatura ſiquidem & violenta hauſti Veneni morte ſublatus Naturalem Terminum vitæ vix aſſecutus eſt) non autem vt multi ſuo alieniſſimo cõmento malitioſè cauillãtur, quod præſumptuosè ſibi ſua hac medicina aditum & viam ad Immortalem corporis ſanitatem cũ ſuis Anteceſſoribus demortuis Philoſophis in hoc impio mũ-

*Par. Tinctura Balſamũ ita mundificat, vt etiã proles hereditaria in decima progenie ſentiat effectũ ſanitatis.*

*Humores vitȩ ſpiritũ vitæ nutriant.*

*Vide apud Par. in Tomo quinto inter Fragmenta medica fol. 162.*

*Definite ergo in poſterum culpare Paracelſum, quod longitudinẽ vitæ aliis pollicitus ſit & ipſe vix iuſtam attigerit ætatẽ.*

do & vera miſeriarum valle ſternere voluerit, quod ipſis vt peregrinis & aduenis huius mundi ne per ſomnium in mentem venit. Deus omnium Creaturarum Centrum eſt, cui quo quis propinquior, eò beatior & minus variabilis & mutabilis eſt: Quô verò quid magis ab iſto Centro ſeu vno, voluntate ſcilicet DEI immutabili, recedit ad Creaturarum circumferentiam, varietatem & pluralitatem, eò infelicius, imperfectius & mutabilius eſt: In vnitate eſt Beatitudo, non in circumferentia, in Chriſto eſt pax, quies animarum, non in mundo. Qui ergo per immenſam Bonitatem DEI, nos ſine intermiſſione præcurrentem, oblitus omnium Rerum, & relictis ſenſibilibus & Temporalibus in tranſitu ſaltem vtendis, vnitus fuerit iſti vni Centro, iuueneſcit magis quàm ſeneſcit: Et hæc eſt Vera Cabaliſtarum, & Paracelſi Vita Longa, toties votis & ſancta ſpe in ſuis hymnis & ſoliloquiis expetita, Vita Enoch digna: ſicuti è contra, qui huic vnitiſſimæ Fontali & vnicæ vnitati per adhæſionem non vnitur, neceſſe eſt perire in æternum, ac per mortem ſecundam ſeparari à Luce & Vita, coniicíque in Exteriores Caliginoſi mundi Tenebras, quæ carentia conſpectus DEI, omnium pœnarum acerbiſſima eſt.

*Eiuſmodi plura cōmiſcūtur & redarguunt, è malitioſa ignorantia, quę nunquā ſomniauit Paracelſus.*

*Vltra murum Paradiſi ſeu Æternitatis Horizontē Videndus eſt Deus, qui eſt proprius Locus contemplantiū.*

*Qui vnitus cum Deo in Centro manet inſtar DEI & Angelorum nō ſeneſcit.*

*In vanum exurgent Paracelſi cortices exurgere con ſueti qui hanc interpretationem clamabunt eſſe coactiorem & longiùs petitam.*

Omnium rerum cognoſcere opificem ipſum Deum, & in illum tota ſimilitudinis imagine ceu eſſentiali quodam contactu ſine vinculo tranſire, quo ipſe transformeris, efficiaríſque Deus, ea demum Vera ſolidáque Philoſo-

loſophia. Igitur Adeptorum Philoſophoru, quorum ex ſaturitate Vitæ Terrenæ πολίτευμα in cœlo eſt, quibus vnum eſt in omnibus Omnia & Omnia ſunt in vno vnum: quique hæc tranſitoria ſemper ſiniſtro, & cœlum dextro intuentur oculo: horum inquam *Mens* à ſuperiori cauillo longè ſemper remota & aliena fuit. Dum enim relicto poſt tergum Mundo in maligno poſito, meditatione tranquilla & religioſa, è corporis ſui ſepulcro ſeu è mortuis Tenebrarũ operibus Diuina cooperante gratia excitati, potuerunt Lumina Cordis aperire & per ſeparationẽ Mentis à Terrenis obſtaculis in ſe ipſo, in Sabbatho Cordis ad Deum diuerti, & Beatiſſimo Spectaculo vno videlicet ac ſimplici ab intra intuitu, Eſſentiali quodã Diuinitatis contactu, Omnia videre in vno, & in DEI Lumine tanquam æternitatis ſpeculo cõtemplari pulchritudinẽ Summi Boni, Creaturę Veteri incomprehenſibilem, *Infortunium* putarunt, quæ in hac miſeriarum & ignorantiæ valle eſt, moram: Inquietum enim eſt Cor noſtrum, donec relicto poſt tergum Nihili pulcherrimo (Tenebrarũ ſcilicet & vmbrę mortis regione) redeamus ad *Ens Entium* (à quo peregrinamur (tanquam ad præfixum ſcopum omnis deſiderij & voluntatis, ad quem omnis Creatura anhelat & ſuſpirat. Ideò denudati ab omni Creatura & relicti, relinquunt ſe, & à ſe totaliter exeunt, ſpretis omnibus & corporeis & incorporeis, ab imperfecto ad vnum & perfectum ſuſpirando feſtinant, cuius cognitio & contemplatio (id quod venerandæ

*Rom.6. ad Col.23.*

*Myſterium Matrimonij Diuini cum Homine.*

*Huius radij ſeu Veri lapidis cæleſtis acceſſu omnes ſordes purificãtur, & mundantur, tenebræ ignorantiæ depelluntur.*

*Sir.c.18. ſect.8.*

*Pſ.90. ſect. 10.*

*Rom.8.*

*Quicquid Deus non eſt nihil eſt, & pro nihilo computari debes.*

*Lactantius Hermetem non tam inter Philoſophos, quàm inter Sybillas & Prophetas, vt verum Orphea commemorat.*

*Vnico Ieſu præſentiali intuentur omnia.*

*Exod.33.*
*Eſ.6.*
*2.Cor.11.*
*Pſ.115.ſect. 15.*

canitiei Hermes ſapientiſſimus ille ac pientiſſimus Philoſophorum Naturalium Anteſignanus & Primus Propheta in ſua Monade etiam agnouit ) eſt ſacrum Cœleſte & occultum ſilentium, ſenſuum rerúmque omnium quies, vbi tandem abſoluto miſeriarum, laborum, & peregrinationum penſo, vnanimi amicitia, omnes animi in vna *Mente*, quæ eſt ſuper omnem *Mentem* ineffabili quodam modo vnum penitus euadunt. Intima Dei viſio & Cognitio Dei Intuitiua, quæ etiam in hoc mundo Animæ ſeparatæ per Lumen Gratiæ contingit, ſi quis modo ſe expedire velit, ac Deo ſubditum reddere. Ita multi ſancti viri virtute Deifici Spiritus in hac vita primitias Reſurrectionis deguſtarunt, & Patriæ Cœleſtis præguſtum ſenſerunt. Mors videlicet illa Sanctorum ſpiritualis(quam Hebręi Mortis oſculum vocant)in conſpectu Dei pretioſa,ſi dici mors debeat Vitæ plenitudo: Mori oportet Mundo,Carni, Sanguini,& toti Homini Animali,qui per Exceſſum *Mentis* velit ad hæc ſecretorum Penetralia ingredi, & in Paradiſum intrare: Homo ſola Mente viuens, vt Angelus euadit, ac toto (vt ſic dixerim) pectore Deum quodammodo concipit. Scopus ad quem omnes dilectiſſimi, ſancti & intimi Amici Dei iuxta Altiſſimi Imaginem ſeu inſpirationem, & non ſecundùm Terræ Limum viuentes tendunt, qui ſe ex Amore Diuino in fontem Abyſſi, ſeu Nihilitudinis Pelagus libenter præcipitant, & per Vitam Chriſti Sancta Sanctorum ingrediuntur, vt in Sabbatho viuant in Requie & Beatitudine

cum

cum Deo, & ſic Æternitatis Ambroſiano Nectare perenni potentur. Per Animam ſtantem, ſuam Diuinitatis Imaginem complexam ſeu *Mentem* DEO per Chriſtum vnitam actuali potimur Beatitudine.

Etſi verò verba producendæ vitæ Vanorum hominum eſſe dicantur, nec Naturæ tamen nec Rationi repugnat Hominem ſibi poſſe ſuam prolongare vitam, vltra communem hominum ætatem, vſque in magnum tempus, duas ob cauſas: quarum *Prima* eſt, quod nullus certus Terminus in *Naturalibus* appareat conſtitutus, quo die nobis moriendum ſit, ſed hoc in noſtra manu & poteſtate poſitum ac ſitum eſt, abrumpendi vitam ſi volumus, & ſine DEI offenſa prolongandi ſi modò poſſumus, & ſapientiam habemus: Loquor hîc de Naturali morte Philoſophicè, quę eſt tantùm conſumptio Naturalis Humidi & Caloris, vt demonſtrabile in lychno accenſo, non Theologicè de morte illa Fatali, & vltimo Termino cuilibet à DEO præfixo, quo non ſolum Naturæ debitum exoluere, ſed pro peccatis pœnā reddere cogimur. Mors eſt Terminus, qui prętериri non poteſt, non autē dies vel hora, quia viuimus è Gratia DEI Terminum ſine hora. Sicuti enim Deus noſtros capillos numerauit, ita etiam annos ſupputat, relinquendo videlicet illos in noſtra poteſtate; Et quia DEI beneplacitum fuit, vt Homo in ſempiternum viueret, indè facilè percipi poteſt, ipſi quoque propter Legitimam generis Humani matrimonialem propagationem & augmentationem non

*Vlterior longæ vitæ extenſio poſſibilis eſt: Ideò Portæ Genethliacorum vitæ metam præfigentium opinionem reiicit, affirmādo eum, qui infirmitates cauet, & noxia vitat, longiorem vitam ducere poſſe. Par. cap. 7. Labyrinthi medicorum.*

diſplicere Hominis etiam in hoc mundo vitam diuturnam ac longæuam, præcipuè in Timore & Seruitio Creatoris tranſactam, ſemper tamen citra vltimum ac Fixum *Diuinæ* mortalibus incognitum *Prædeſtinationis* Terminum vel punctum deputatum, primis parentibus & heredibus impoſitum, propter Lapſum ab Originali Iuſtitia, qui præteriri non poteſt. Quemadmodum Homo multis modis conſtitutum vitæ Terminum morbis circumuentum non attingere, & ſic vitæ ſpatium abbreuiare poteſt: eodem modo poterit impedimenta hæc remouendo vitam prorogare, vt tandem Naturæ ſuæ conſtitutum vitæ Terminum attingat. *Altera* Cauſa eſt, quòd Deus ſupra nominatam Medicinam, ad vitæ conſeruationem creauit, quæ poſſit corpus noſtrum tam à corruptione parentum quàm à defectu proprij regiminis conſeruare, infirmum curare, & deperditum reſtaurare: Imò omnes morbos naturalem mortem cauſantes à nobis abigere, donec veniat Terribilium omnium Terribiliſſimum vltimata Mors (quæ eſt Mumiæ Interitus) ab altiſſimo Creatore Deo in peccatorum ſtipendium ordinata. Ideò Paracelſus dicit, mortem ex Iliadi reſolutione, per induſtriam Medici impediri poſſe, at illam quæ ex Ente minimè: Sicuti autem Ignis aliquis poteſt à nobis conſeruari adiectis lignis: ita quoque vita noſtra prolongari poteſt adhibitis Remediis & Arcanis, ex fonte donorum Dei deriuatis, quibus Radicalis Humidi & Innati Caloris debilita-

*Vide Par. de vita longa.*

*Vide Par. in lib. 8. Archid. de Elixiriis.*

*Eſt conſeruatio corporis Humani ab omni accidentali corruptione.*

*Mors miniſter Dei expectat bel la noſtra inteſtina.*

*Mors duplex ex Iliado & Ente.*

bilitatio ceu Ignis Ligno alitur atque fouetur: Hoc ſaltem in nobis deſideratur, quod exortes ſapientiæ ligna non cognoſcamus, quibus vita noſtra eſſet fouenda atque prolonganda. Adam plenus ſcientiæ, perfectæque cognitionis rerum omnium Naturalium, aliíque plures coætanei eius, noſtrâ longè frugaliorem vitam viuentes, tot ſæcula attigerunt non Natura aut Proprietate Temporis, alioquin omnibus Longæuitas contigiſſet, ſed auxilio Arcanorum & Sapientia paucis reuelata, ſpecialíque à Deo hac in parte cognitione accepta, qua produxerunt vitam in tot annos, vltra communem viuendi ſtatum. Multi ſancti viri, ante Diluuium, Medicina vniuerſali vſi ſunt, quam Adam etiam habuit in ſua Familia, teſte Lactantio, quæ confortat Balſamum Internum & inſtar Ignis Homogenea congregat, & his contraria Heterogenea ſegregat. Neque eorum ſtandum iudiciis, qui myſteriorum Elementi Aquæ ignari, efficaciam creſcentium atque frugum eluiſſe Diluuium ſomniant, ſeu corpora humana viribus ſuis per Aquam ſpoliata eſſe: Nam omnia creſcentia Aquæ beneficio germinantia adhuc in eodem ſunt vigore, & eadem efficacia, ſicuti tempore Adami. Ideóque nihil amplius nobis deeſt, præter Arcanorum cognitionem, & vſum illorum. Et ita non creſcentibus, ſed nobis ea cognoſcendi Sapientiam Diluuium eluit. Hæc Secretorum ſecretiſſima

*Anima perpetuitatis ſeu ſpiritus Lucis perpetuus cum Luce Naturæ coniunctus, eiuſmodi coniunctionem & vitam non ſinit eſſe breuem.*

*Par. Hominibus in mundo ſe multiplicantibus, ſapientibus, ſapientes reſeruata ſecum Sapientiæ manſerunt in Centro, alios ipſa deſtitutos ablegarunt in Circumferentiam.*

ſemper fuerunt occultata à vulgo Philoſophantium, & maximè poſtquam Homines cœperunt abuti Sapientia, diſponentes ad malum, quam Deus in ſalutem & vtilitatem eorundem conceſſerat. At ſicuti pauci Naturalem Terminum attingunt, ita quoque pauci rationem prolongandi vitam norunt. Et huius rei ſunt Cauſæ perplures. Nam abrumpitur vita bifariam, vel per *Mentem*, vnde Mentales morbi qui ſunt inuiſibiles, & afficiunt nos in noſtra Mente orti, vt ſunt Incantatio, Imaginatio, Æſtimatio, Influentia, Superſtitio, qui omnes è ſpirituali affectione procedunt: Contra eiuſmodi inflictus nulla corporalis cuſtodia, aut tegumentum prodeſt, ſed Fides reſiſtens, vel aliud medium Magicum requiritur in his faſcinis amoliendis, & licèt cura ſit difficilis, eſt tamen poſſibilis. Et hi morbi ſolis Medicis Adeptis cogniti, citra medicinæ Naturalis adminiculum ſanantur. Ineſt enim Hominum animis Virtus quædam deliteſcens, immutandi, attrahendi, ligandi, potiſſimum ſi maximo Imaginationis Mentis, Voluntatíſque exceſſu, in id, quod vel attrahere, vel immutare, vel ligare, vel impedire cupiat: Hoc illis non videtur mirum, qui ſciũt operationes Magnetis Naturæ Antipathici, ſpiritualiter ac inuiſibiliter faſcinantis, vires mirificas. Ne autem ſpiritus noſter, his quinque læſionibus ſupernaturalibus inflictis, ſuffocetur, neue vita penitus abrumpatur, tunc cura ſupernaturali & præſidio magico, citra omnem Diuini Nominis profanationem, ho-

*MENS & ENS abrumpunt nobis vitam.*

*Non obſtante quod dicatur actũ Imaginationis eſſe immanentem, & Imaginatione vnius, corpus alterius non poſſe alterari.*

horum Aſtra maligna auertuntur in aliud quid: Et ſic qui ex Mente proceſſerunt morbi, mentalem requirunt medicationem, de quibus plura apud Paracelſum in Philoſophia Sagaci: Pietas eſt ſumma medela, cuſtodia atque conſeruatio contra eiuſmodi mala, ſicuti DEI auxiliares manus in omnibus morbis ſunt ſummum præſeruatiuum. Vel abbreuiatur per *Entem*, vt per morbos Entales ſeu Corporales: Multi enim viuentes vt edant voluptuoſámque abundantiam Naturali neceſſitati paucis contentæ præponentes, crapula ſibi abbreuiant vitam, & reperiunt mortem in olla: Ieiuniis ſanitas conſeruatur, ac optimum Regimen ad prologandam vitam eſt moderata Diæta. Et hæc cura Naturalium læſionum membrorum videlicet ex Ente è Naturalibus cauſis & mediis (Elementis ſcilicet & Arcanis) petenda. Nam quilibet morbi ſuam poſtulant propriam ſanationem, reſpuunt alienam: Medicationes corporales non proſunt mẽtalibus ſeu ſupernaturalibus: nec medicationes mentales vtiles eſſe poſſunt corporalibus morbis. Hoc etiam non prætereundum, quod in vtero matris ſæpè corrumpamur, ſæpè in partu & educatione impedimur, & multis variis accidentibus poſſumus detineri, quominus ad vitæ Naturalem Terminum pertingamus, ſicuti abundè in ſuis libris à Theophraſto notatum eſt. Sed ne inſtituti noſtri immemores latiùs quàm Præfationis ratio admiſerit, vagemur, hîc ſcribendi vela complicabo. Quicquid ergo laboribus, vigiliis, ſtudiis & peregrinationibus lucrifeci,

2. *Reg.* 4.
*Sirac.* 37.
*ſect.* 34. *cap.* 31. *ſect.* 22. 23. 24.

quòd tã Medicinã & Philoſophiã illuſtrare, quã Lumen *Gratiæ & Naturæ* manifeſtare poſſit (licèt longè maiora ſint Diuina myſteria, quàm vt Humanorum verborum ſplendore queant illuſtrari) quantum Diuina permiſit Minerua, in hac prolixa & Admonitoria Præfatione opportunis inſerui locis, & quoad licuit, quantúmque fas fuit, Doctrinæ Filiis & Sapientiæ hæredibus (qui ſecundis meditationibus prudentioribus, lotis & Animæ & Linguæ manibus, relegendo hæc ſine vlla ſuperfluitate aut diminutione in DEI Lumine in medium allata ſæpius per reiterationis ſpeculationes, enucleatè ac conſiderato iudicio percurrent) ex intimo & penitiſſimo Cordis Armario candidè communicaui, ſiquidem non ſatis eſt ſcire quod ſcias, ſed ad publicam quoque vtilitatem pertinet, publico ſcripto, quod publicè interſit, palàm facere, non factum aut inanem captando gloriam, ſed iuuandi ſtudio incitatus, vt poſteritati conſulatur, & ſumma DEI benignitas colatur, veneretúrque: tum quòd videam in ſcholis publicis maxima ex parte hodiè potiùs eruditionis oſtentandæ, quàm Auditorum profectus gratia doceri: tum quòd non cuilibet diſcendi & proficiendi cupido (ſiue lauta ſiue res anguſta ſit domi) ea contingat felicitas, quæ mihi peculiari Numinis beneficio accidit, quod videlicet, in duabus Laudatiſſimis & Honoratiſſimis Familiis, ESNÆA in Gallia apud Boios, & BAPPENHEIMIA Mareſchallorum Imperij

*Lege, perlege, relege ac reitera lectionem, nec te laboris, vt ſpero, pœnitebit.*

*Propria vtilitas Reipub. commodo non præponenda.*

*Schola medica non tecta eſt lateribus, ſed Firmamento: Ideò Codex Naturæ pedibus eſt euoluendus à perambulano ex Paracelſi mente medico.*

perij pluſquam decennium magno ſtudiorum meorum commodo liberaliter tranſegerim: Et dum Generoſam meæ fidei & diligentiæ commiſſam Proſapiam inſtituerem, factum eſt, vt variis medico cumprimis *Librum Naturæ* (cuius quælibet regio folium eſt) non manibus ſed pedibus fructuosè euoluere cupienti, vtiliſſimis peregrinationibus (maximè dum cum Illuſtri & Generoſo MAXIMINIANO Mareſchallo infelici tunc ſua ſorte detenti parentis ipſius CONRADI Antiquæ Fidei & Virtutis nunc in Chriſto quieſcentis Herois liberationem ſollicito) cùm non promiſcuè literatis optatiſſimus contigerit congreſſus, quorum aditum ſine his adminiculis alioquin difficilem expertus eſſem. Acceſſit inſuper & hoc præcipuum ac potiſſimum adiumentum, quod Illuſtriſſimus omniúmque literatorum obſeruantia perpetua digniſſimus & Heroicus Princeps CHRISTIANVS ANHALTINVS, &c. ſuo pluſquam ſingulari in Muſas ſecretiores fauore & laudabili patrocinio, me ferendo & deponendo huic oneri planè imparem (videlicet in omnibus his præparandis, & Ignis beneficio examinandis medicamentis) ſumptibus ſubleuarit neceſſariis. Quo egregio in totam Rempub. Spagyricam ſtudio, promerito & exemplo (aliis Magnatibus hoc loco à me ad imitationem propoſito) Celſitudo ipſius Illuſtriſſima, iuxta beata ſumptuum præmia non ſolùm æternam Nominis Famam & gloriam meritò ſibi ac iure

conciliabit, verùm etiam ab exteris nationibus, omniũ temporum poſteritate immortalis memoriæ gratiam refert. Porrò quod ad Ordinem & Diſpoſitionem medicamentorũ attinet, hanc mihi(dum ſuo quilibet fruitur ſenſu)pro genij & ingenij mei modulo ac arbitrio ita placuit inſtituere: Cuilibet erit integrum ſuas adiungere vlteriores Experientias, ſibique pro animi ſui ſententia ad ſuos priuatos vſus amplificatam diſponere aliter: Et ita non dubitabo, hanc Chymicæ Segetis meſſem, frugúmque mearum primitias, & hoc difficilis & laborioſæ diligentiæ Spagyricum munus, quo non puto me potuiſſe præſtantius Patriæ & Reipub. relinquere, pia doctrina præditis (Canes & Porcos ab omni virtute & gratia alienos, Scarabæos etiam in ſuis ſterquiliniis relinquẽdos non moror) futurum gratiſſimum, iíſque omnium maximè, qui conſumpſerunt ſuam iuuentutem cum infinitis laboribus ad proſequendam Scientiam, quíque Intelligentiæ Lumine non orbati, in Vulcani ſchola Spagyrica & Hermetica enutriti, iam antè obſeruatis Medicorum conſuetis canonibus, tam de morborum cauſis, quàm de eorundem methodica curandi ratione inſtituenda, è probatis autoribus ſufficienter edocti ſunt: Non enim ad vitandam prolixitatem, hoc loco tractari potuerunt omnia: Scimus non paucas relictas eſſe dubitationes inexplicatas: nec mirum, Multa neſcientes de multis dubitare neceſſe eſt: Ex lege Philoſophica cautum eſt, vt ipſis initiatis diſcipulis & inueſtigationi Intelligentium, quædam ſint

*Non tam multa diximus, quin plura adhuc dicenda reliquerimus.*

ſint relinquenda occultata tædia: Ita enim probantur ingenia, & idonea reddũtur Philoſophorum Scholis. Qui poteſt capere capiat: Et qui nõ intelligit, aut diſcat aut os premat & taceat: Nihilominus Indagator ſolers Antiquæ Primæ & Sacrę Philoſophię alumnus, qui in Timore DEI, pias inclinarit aures, & Rationem ſepoſita Phantaſia bene diſpoſitam cum ſubtili ingenio & profundo intellectu habuerit, oculorũ non vulgari acie deprehendet & coniiciet, in hoc aperto Naturę Foro (Omnipotente concedente) ex *Paucis* ſignificationem *Multorum*: Et qui Veritatis patiens, poſito liuore, candido animo ad hęc legenda acceſſerit, & diligẽti ac conſiderato *Mentis* iudicio affectibus non deprauato omnia examinauerit penitius, fores & intima vtriuſque Luminis penetralia reſerata, fauente ſupremi Opificis virtute, magna tandem fatebitur gratitudine, & ex omnibus probè intellectis *Orando & Laborando* fructus ſua expectatione proferet longè vberiores. Si fortè qui ſint obliquæ opinionis, Veritatis neſcij & moroſi palati Homines, qui temeraria ſua ignorantia in ingenium noſtrum ingrati beneficium pro iniuria reputãt, & promerito hoc publico ad DEI gloriam ac proximi commodum promouendum Reipub. egenti ſyncerè de manu DEI cõmunicato opus non habeant, illi ſuis ſuperbis & temerariis cenſuris cum cornicule Æſopicę, aut farraginum conſarcinationis Exprobratione (quandoquidẽ è palea granum eruere, verum à falſo ſecernere nõ minoris artis & felicitatis, quàm tędioſiſſimi

*Iis hæc ſcripta ſunt qui ingenio perſpicaci & felici à Deo mentẽ illuſtratam & Animã ſale Sapientiæ conditã poßidens.*

*Sufficiunt Intelligenti pauca.*

laboris) indubitatæ Experientiæ ſedulitates laborioſas, alienóſque ſudores (iudicent hi, quibus in re ſimili ſudatum eſt) iniuſtè non exagitent, neque cum *Timone* μισανθρώπῳ toruum vidente animum amarulentum poſteritati notificent, aut crudelem ſuam ac deteſtandam inhumanitatem ſeu iniquiſſimum Veritatis aſſumptum odium inſurgẽdo toti mundo publicẽt, niſi reſponſi loco è literatorũ cœtu planè excluſi generis humani perduelles & publicæ ſalutis aduerſarij eliminandi iure iam antè vocari velint: Illos etiam Veritatis ſtudioſos, qui gratáter hos noſtros labores & fidelẽ diligentiam excipient, non deterreant: aut ſi poſſunt dum ipſis hac vice ſuarum quoque Obſeruationũ publicandarum porrigitur anſa fontes ſuos deriuent forâs, ac ne ipſis ficulneæ maledictio contingat, lucem accenſam ſub modio depromant, & omiſſis otioſis logomachiis, ſcholaſticíſque quæſtionibus ac diſputationibus inutilibus (verſatili enim & litigioſo Philoſopho Sceptico, cuius non veri inueniendi, ſed altercandi propoſitũ, cuiq; vocis contentione quiduis probare, ac defendere, & quiduis diluere procliue eſt) meo exemplo incitati & prouocati, prout bonos ac ſynceros Reipubl. Medicæ & Spagyricæ ciues decet (ſiquidẽ Medicina perfectionis Terminum nondum aſſecuta eſt, ſed multa futuris ſæculis manifeſtanda reſtant) propria ſua Experientia proferant his meliora, & *Lazaro* Egeno non *Verbis* ſyllogiſticis aut Leuiticis, ſed *Operâ* ſuccurrant Samaritana. Hoc ſi fecerint, depoſitíſque maledicentis

*Matt. 21. ſect. 19.*

*[Q]uis enim Medicinæ finem perſcrutari potis eſt?*

Ignauiæ

ignauiæ ſignaturis ex Fucis inani clamore & ſtrepitu ſaltem terribilibus in Apes transplantentur, & nobiſcum deinceps gratâ concordiâ, pio amore mutuíſque officiis repudiata multitudine & fornicatione in vnionem & mellificiũ conſpirent Spagyricũ, præſtantiámque Chymiæ aduerſus Calumniantium linguas *Reipſa* propugnent, & bonam hanc noſtram operam ſuo ingenio doctrináque ſine inuidia & maledicentia ipſo opere meliorem reddere nitantur: nullum planè erit dubium, quin iuxta alias arcanas adhuc in occulto deliteſcentes ſcientias, Antiqua illa, Vera & Philoſophica Medicina, vetuſtate & iniuria temporis, noſtri etiam corruptiſſimi ſæculi indignitate (hominum peccatis haud dubiè ita commerentibus) nondum planè manifeſtata, breui fauentibus Superis nitori priſtino ac deperdito ſplendori reſtituatur cum ſaluberrimo totius generis humani commodo & debito Spagyricorum Medicorum Honore, quorum opera immenſum illud Miſericordiæ Diuinæ pelagus Inſtrumenti & Calami loco ad tam ſalutare negotium perficiendum vti voluerit. Id faxit illa ſancta Triunitas, cuius Nomen ineffabile in ſæculum ſæculi ſit benedictum.

AMEN.

SAnationes omnium Morborum (vt hîc etiam conuenientiſſimè ſignificantibus P. Seuerini verbis vtar) ſunt duplices.

*Vna eſt communis omnium hominũ Mumia, Spiritus Vitæ: ergo & vna poteſt eſſe Medicina, quia morbus in homine nihil aliud eſt, quã affectio quâ Mumia ſeu Spiritus Vitæ functio in homine impeditur: probatur Exemplis, Videlicet ſolis, ſalis, panis, Veneni, aëris, ignis, omnes homines indiffe-renter afficientibus.*

*Horum ſi ſummus ſanatur, ſanantur inferiores,*

"*Vniuerſalis*, quæ eſt ablatio Radicum ſeu Impuritatum morbidarum, vel ab ortu hęreditario ve parẽtum ſemine, vel poſtea alimentorũ vſu & culpa, ſiue externarũ Impreſſionum iniuria in Humanam Anatomiam inſitarũ: perficitur *Balſamo* Naturali Remediorum Humanæ Naturę conſentaneo, reſoluente, conſumẽte & diſſipante Impuritatũ ſeminarias Tincturas: corroborante verò, cõſolidante & cuſtodiente Innatum Balſamum (quãdiu enim ſecũdùm Paracelſum Humidum radicale manet in ſua quantitate, non ſentitur morbus.) Et quia hîc Indicationum pluralitates, particularitates, ordines locum non habẽt, vno eodémque Remedio abſoluitur. Ideò non ſine cauſa dicit Lullius poſſe hanc vnicam ſupremam & vniuerſalem medicinam, ad quam omnes medicinæ particulares reductæ ſunt, corpori Humano adminiſtrari, ſine Infirmitatis cognitione, quia ſapiens Natura per ſuum inſtinctum dedit ei Virtutes curandi omnes Infirmitates naturales & rectificandi ſeipſam. Quatuor ſumma Morborum genera exaltata & cõſummata, vniuerſali ſolummodo curationi ſubiiciuntur (Epilepſia videlicet, Podagra, Hydrops, Lepra) ad quorum familiam omnes reliqui Inferiores morbi, tãquã ad fontes & principia deducũtur."

Optanda

Optanda quidem eſſet Vniuerſalis hęc Curatio, ſed pauci hoc diuûm munere digni habentur. Raymundus Lullius ſedulò & fideliter Medicos ad perfectionem aſpirantes, iubet quærere Vniuerſalem illam Medicinam, quæ vna eſt ſanatiua omnis Infirmitatis, & confortatiua Spiritualium Virtutum, ſiquidem in ea tanquam in vnũ proprium ſubiectum facta eſt omnium Operatiuarum Virtutum totius Medicinæ (per tres Naturæ Familias alioquin particulariter & confusè diſtributarum) Naturæ curſu Realis & Vniuerſalis coniunctio, congregatio & colligatio: Et qui tale habet omnium morborum Antidotum in hoc mundo, DEI habet Donum, quia Theſaurus eſt perennis, incomparabilis & innumerabilis. Quæcunque Infirmitas hoc competenti adminiculo Naturali adminiſtrato non ſanatur (ſiquidem ex denegatione auxilij, Digitum Domini Naturæ animaduertere non obſcurè poterimus) tolerabilius tamen facit malum, donec Infirmum liberet ipſe Deus Omnipotens.

*Particularis*, in qua non ſemper Radices ipſæ, vel Seminales Tincturæ morborum tolluntur, ſed ſæpius fructus, ſymptomata, paroxyſmi, dolores mitigantur, prohibentur, ad exaltationes venire non permittũtur, excrementorũ euacuationes inſtituuntur, & debilitatæ Naturę corroborationes adiunguntur, Remediorum conſentaneis Spiritibus, qui morborum diuerſoria ſoli ſciunt. Nihilominus hæc Particularis Curatio, non eſt contemnẽda: Sæpè enim in morbis gra-

u.ſſimis Vniuerſalis officio fungitur, quia Deus è miſericordia ſua quædam Secreta Naturalia Vniuerſalia manifeſtauit, quæ in ſe continent Naturam totius Cœli, alia totius Aëris, quędam totius Terræ, per quæ morbi facilè dignoſcun-
" tur & curantur : Specifica enim & appropriata
" Remedia facta Spiritualia Vniuerſalē Curatio-
" nem ſæpè æmulantur, Impuritatum Radicibus
" conſumptis, & Balſami Virtute confirmata. V-
" tique beati eſſemus in defectu Vniuerſalis, ſi ſal-
" tem Particulares, ſubalternas, ſpecificas, indiui-
" duas Curationum ſpecies attingere liceret. Ha-
" ctenus Seuerinus.

Viâ *Particulari* Morbi materiales expelluntur *Primò* per vniuerſalia emunctoria, per quæ Natura Remediis adjuta materiam morbidam excernere & compeſcere conſueuit, ſequentibus viis ſeptem, ſcilicet

per *Vomitiua.*
*Catharctica.*
*Diuretica.*
*Diaphoretica.*
*Confortantia.*
*Anodyna.*
*Odorifera.*

*Secundò* Morbi fugantur Viâ Particulari, per Remedia appropriata & ſpecifica, ſicuti eſt

{ *Septem principalium Membrorum* corporis Humani.
{ *Capitale*, ſcilicet { *Epilepticum.* / *Apoplecticum.*
{ *Ophthalmicum.*

*Odontal*-

Specificum { *Odontalgicum.*
*Pectorale.*
*Cordiale.*
*Stomachicum.*
*Vterinum.*
*Febrile.*
*Peſtilentiale.*
*Podagricum.*
*Nephriticum.*
*Hydropicum.*
*Dyſentericum.*
*Venereum.*
*Venenatnm.*
*Vulnerarium*, vlceroſum, puſtuloſum.

I.

*VNIVERSALE DIGE-*
*STIVVM SEV MA-*
*turatiuum.*

IN morbis, qui cõſtant ex Impuritatib. mobilibus ſuperficiariis, qui non egerũt fixas radices, neque ad difficiles coagulationes deſtinati; quod ex dolorum ſignaturis & ſymptomatum inconſtantibus & turgidis efferueſcentiis deprehenditur, quales ſunt Febres plurimæ. Catarrhi, Tuſſes, Raucedines & ſimiles affectus, in illis non opus eſt Digeſtiuo, tutò & ſubitò tolluntur Purgantium & Mundificantium ope.

Impuritates verò Febriculoſæ & Inflammatoriæ, quæ Tincturas habent difficiliores, quoniam reſolutiones & Vaporum coagulationes admittunt fixas, difficulter reſolubiles (tales in ſuſpectis partibus & conſentaneis mineris perpetuò recipiuntur) per *Concoctionem* Hippocratis, vel *Mitigationem* Paracelſi, ſeu *Epicraſin* Galeni, (æquipollentes videlicet indicationes curatiuas) tutiſſimè & conuenienter curantur: non obtemperant enim facultatibus crudis Purgantium medicamentorum communium, quæ corporeis & crudis ſpiritibus agunt, quæ ſpirituum morboſorum efferueſcentias exaſperāt. Poſteaquam verò ſpirituum feruores ceſſauerint, reſolutâque materia, coagulationem conſentaneam acceperit, quia vinculis ſpirituum deſtituitur, faciles admittit Purgationes.

*Præparatio ad leuem eductionem ſine læſione Naturæ.*

In morbis Chronicis, vt Epilepſiis, Quartanis, Colicis, Nephritide, Podagricis, & omnibus affectibus Tartareis, Hydrope & Leproſis affectibus Impuritates Radicales Reſolutione non Concoctione propriè & primò curantur. Fruſtrà enim Concoctionum ſigna in eis expectantur: Reſolutione confeſtim inſtituenda eſt cura, Conſumptione, Deſtructione, Ablatione: ſi Mitigatio confluxerit felicius propoſitum aſſequemur. Fructus verò, Paroxyſmi, & fructuum efferueſcentiæ in nonnullis ſpeciebus prædictorum morborum Concoctionum & Contemperationum Indicationes requirunt: Et ibi locum habet Hippocratis decretum aſſerentis, Concocta ſolùm medicanda niſi turgeant.

*Aph. 12. ſect. 1.*

TAR-

## TARTARVS VITRIO-
## *latus.*

R. Salis Tartari albiſſimi, aliquot vicibus ſecundùm artem Chymicam diſſoluti, filtrati & coagulati cum aqua Agrimoniæ, exempli gratia vncias quatuor, reſolue in cella ſupra marmor, aut beneficio manicæ in oleum: Habito hoc oleo puro accipe olei Vitrioli optimè rectificati vncias duas, illúdque guttatim ſupra Tartari oleum in vitro capaci inſtilla: tunc fiet coagulum albiſſimum, humiditas ſupernatans euocetur lento calore ad ſiccitatem Salis, ita habetur Tartarum album Vitriolatum fixum.

*Obſeruationes.*

I. Seruetur modus in affundendo Vitrioli oleo ne ſapor Salis repercuſſi ſit nimium acidus, ſed quaſi nauſeabundus: ſi enim nimium de oleo Vitrioli affundatur, tunc non purgat, alioquin per quatuor emunctoria, vomitum, ſeceſſum (ſi purgantibus immiſceatur) item per vrinam & ſudorem operatur.

*Si olei Vitrioli nimis parua quãtitas affundatur, facit ſaltem vomitum.*

II. Si poſſit fieri per infundibulum anguſtiſſimi orificij, ita vt certo artificio olei Vitrioli guttæ paulatim ſaltem & ſucceſſiuè ſtillent in oleum Tartari, conſultius erit, nam ſic boni ſpiritus, qui ex mutuâ ſubitæ mixtionis efferueſcentiâ ſe vaporando eleuant & euaneſcunt, retinebuntur.

III. Vitrum ſupra modum incaleſcit ex coniunctione duorum illorum Ignium. In hâc mutuâ efferueſcentiâ obſeruetur Epilepſiæ genera-

tio, quando videlicet Spiritus vitæ in Microcoſmo ab Heterogeneis concitatus, ſimili modo ebullit.

IV. Qui ad duas partes olei Tartari vnam partem Salis vel liquoris Corallorum velit addere, antequam oleum Vitrioli guttatim affundat, ei integrum eſto.

*Digeſtiuum* ex illo Tartaro Vitriolato parari poteſt, quòd neceſſitate exigente purgantibus medicamentis præmittendum eſt, in huncmodum.

℞. Tartari Vitriolati vnciam j. ſolue in duabus vini menſuris, addatur ad libitum aqua decoctionis Paſſularum & Cinamomi.

De hac mixtura exhibeto duos vel tres dies vbi opus eſt, manè poſt ſumptum ſorbile ouum hauſtum vnum, ad prandium alterum, tertium circa veſperam. Poſtea exhibeatur Catharticum è Panchymagogo. In omnibus febribus & quartana miranda præſtat, reſoluit enim Tartarum in corpore humano efficaciſſimè.

*Vires Tartari Vitriolati.*

1. In Hæmicraniâ, morbo Regio, & omnium viſcerũ obſtructionibus, in liquore idoneo, ſeu vino albo exhibetur ægrotantibus per aliquot dies in aurora, & ſi opus fuerit, doſis augeatur.

2. In Calculo exhibetur in Aqua Petroſelini vel Parietariæ, vel vino albo.

3. Efficaciſſimum Renum deopilatiuum & deterſiuum, ſi ſcrup. ſemis cum Iulepi Roſacei vnciis duabus, & aquæ Cinamomi vncia ſemis miſceatur & exhibeatur.

4. In

4. In Contracturis & venarum obſtructionibus è Tartaro ortum habentibus vtere per vicem ſex vel octo granis in aqua decoctionis vuarum Paſſularum & Cinamomi.

5. Sudorem prouocat in aqua Cardui benedicti vel vino albo.

6. In Hydrope vt craſſi & ſeroſi humores expurgentur.

R. Scrupulum vnum & miſce cum vncia ſemis mellis Roſati ſolutiui, vini Enulati vnciis duabus, & exhibe.

7. In Menſium ſuppreſſionibus.

R. Scrupulum j. & exhibe in ſyrupo Artemiſiæ vel Betonicæ, vel miſce cum melle Roſato in aqua Pulegij ſoluto.

8. Vtiliter etiam in Febribus exhibetur.

9. Purgat per inferiora, & omnes obſtructiones tollit, ſi miſceatur Cathartico, vel offeratur in ſyrupo Roſarum vel Violarum ſolutiuo, vel melle Roſato ſolutiuo.

10. In Melancholia & Splenis duritie, iu aquis appropriatis offertur.

Doſis à ſcrupulo ſemis ad integrum

In Hydromelite propter ſaporis emendationem commodiſſimè offertur.

## II.

## *VOMITIVVM.*

IN quo ciendo, Antimoniales, Vitriolatæ & Helleborinę facultates vigent, quę nil praui in

ventriculo relinquunt, ſed omnem impuritatem radicitùs euellunt.

Hellebori vomitiuum reperitur apud Conradinum expertiſſimum Medicum in libello de Febri Vngaricâ: Hoc loco de Vitriolo agemus; Antimonij pręparationes ſequentur paulò poſt.

## *GILLA THEOPHRASTI SEV Sal Vitrioli.*

Cryſtalli Vitrioli, è Venere ſeu Marte præparati (vt paulò poſt dicetur in Specifico ſtomachico) reſoluantur in phlegmate acido, quod primò egreditur è deſtillatione Vitrioli vulgaris, & ſimul per octo dies circulentur. De hoc circulato liquore detur à ſcrupulo j. ad drachmam ſemis, ſeu ſcrupulos duos.

Longè efficacius & commodius operabitur hic liquor, quàm Sal è capite mortuo vulgaris Vitrioli, ſeu Albi Goſlarienſis quomodo extractum.

## *VITRIOLVM ALBVM Vomitiuum.*

Vel ſolue Vitriolum album in aqua pluuiali & euapora, donec quaſi cruſta appareat, poſtea per quatuor dies in loco frigido ponas, & concreſcent Cryſtalli, quos eximes, & aquam iterum euaporabis vt antea: Hic labor penitus tertiò reiteretur coagulando & diſſoluendo: vltimò ter eodem modo procedatur cum aqua Roſarum. Cryſtalli tandem ſupra calorem leuem ſiccentur, & ſponte redigentur in puluerem album,

bum. Hoc lene eſt Vomitiuum & cerebrum benignè expurgat.

*Vſus & Doſis Gillæ & Salis Vitrioli.*

Gillæ ſi ſcrupulus vnus è vino bibatur, è veſtigio Vomitum mouet, quo ventriculus tum onere leuatur, tùm robur acquirit, nec quicquam infertur nocumenti.

In Febribus.

Lumbricis.

Omnis generis infirmitatibus ventriculi.

Defluxionibus ſalſis.

Synouia: Hîc drachma vna in cereuiſiæ hauſtu exhibetur.

Peſte.

Doloribus Dorſi, drachma ſemis in vino calido.

Vulnerum recentium curam promouet, ſi quaternis auroris continuis drachma ſemis in cereuiſia calida aſſumatur.

Doſis vtriuſque à ſcrupulo ad duos, habita ratione complexionis & ſexus.

Sal poteſt miſceri cum ſaccharo Candi, demũ in aqua Fœniculi diſſolutum calidè exhiberi.

Offertur etiam in iure carnium, hauſtu cereuiſiæ vel vini: in aqua cum melle mixta, vel in Conſerua Roſarum.

Puerulis contra Lumbricos, quatuor, quinque, octo grana in cochleari vini Maluiatici exhibentur.

Operatur hoc medicamentum variè, per vomitum, ſedes, interdum etiam ſudores & ſomnum facit.

# III.

## *CATHARTICVM, RESOLVtiuum, Mundificatiuum, Abluens.*

Pollet Scammoneatis & Colocynthiacis viribus.

### *Obſeruationes.*

1. Omne Laxatiuum conſtet tribus Energiis, ſecundùm Paracelſum, vt laxet Naturam ab Euacuatione feſſam & debilitatam confortet, & mitiget.

2. Purgationes, quæ ſymptomata venenatarum proprietatum etiamnum relictarum teſtimonia & virium deiectionem adducunt, ſunt perpetuò fugiendæ.

3. In vera Purgandi ratione (in qua non deiectionum numero, vel copia, facultatum poteſtatem & præſtantiam æſtimamus, ſed vbi morborum Radices, Impuritatéſque ablatas ex ſymptomatum remiſſione, & virium reſtitutione animaduertimus) officium tunc abſoluiſſe Remedia iudicamus, ſiue abſoluta conſumptione, ſiue ſenſibili excretione Impuritates tollant, ſiue vrinas, ſiue ſudores, ſiue deiectiones moueant.

4. Cathartica, non qualitatis vi, hoc eſt, caliditatis, frigiditatis, humiditatis, ſiccitatis ratione operantur, ſed occulta proprietate, formáq; ſpecifica, videlicet totius ſubſtantiæ proprietate, quæ caloris impulſu, ac cœleſti vi incitante, hu-

morem ſibi familiarem & affinem ad excretionem expellit.

5. In morbis Chronicis, Criticis, & Longis non Purgationibus ſed Arcanis vtendum: non enim ſanantur ſine Spagyricis gradibus.

6. Si in morbis Chronicis Purgationes inſtituantur, debent fieri tardè, paulatim, &cum tempore.

7. Quamuis fortibus & violentis medicamentis non temerè vtendum eſſe, nec corpus inconſultè mouendum præcipiat Plato in Timæo, & longè ante eum Hippocrates, qui Democritum amicum & familiarem Helleboro & ſimilibus curare noluit, affirmans nullum eſſe medicamentum ſolutiuum, quod non deprædetur aliquam partem de viribus & ſubſtãtia noſtri corporis: háncque ob cauſam Auicenna rectè dicat Medicinas etiamſi non ſint venenoſæ, eas tamen bibere Naturæ laborioſum eſſe: attamen morborum fixę Radices Purgationes Antimoniales, Vitriolatas & Mercuriales requirunt, à quibus meritò abſtinere poſſemus, niſi melior eáque innocua præparandi via innotuiſſet, & huius ſæculi Medicorum Nutrix Intemperantia, ſpreta auorum frugalitate, ad eorum vſum nos etiam inuitos adigeret.

*Hinc fortè Agrippa aſſerit nullum pro conſeruanda vita ſanitatéque vtilius conſilium eſſe, quàm abſtinere à Medicis indoctis: nullam ad ſanitatẽ & ſenectutem viã certiorem quã Medicis inexpertis caruiſſe.*

TVRPETVM MINERALE.

Quia inter varia præſtantiſſima, quæ hoc loco trademus Purgantia: Primò in Mercurium incidimus, quamuis eius Impuritates profundiùs admixtæ ſunt: attamen ingenioſa adaptatione poſſunt tolli.

Philoſophi Hermetici hunc Mercurium vulgi non niſi pro famulo & ſeruo fugitiuo quodam habuerunt hactenus: neque arbitrandum illos in ſuis ſcriptis Philoſophicis quemlibet accipere, & ſine vllo diſcrimine propinare voluiſſe Mercurium. Vera illa Philoſophica & Nobiliſſima Lympha haud ſeſe multis offert, & non niſi Philoſophis ancillari libuit. Hanc licèt venantur plurimi, repererunt tamen pauci: In Philoſophia Cabaliſtica per Virginem Mariam, ſicuti Saluator noſter per Fermentum medicinæ denotatur, quia affirmant illam Ante, In, & Poſt partum ſemper manere Virginem: Sed ad inſtitutum medicum.

*Aqua hæc Sapientiæ paucis innoteſcit.*

Vulgaris hic Mercurius certa præparatione, doſi & mixtura diuinum euadit Pharmacum, & in plurimis morbis longè efficaciùs operatur, modò eadem illi adhibeatur fides, quàm decantata illa ſuperiorum temporum Panacæa, è puluere cinnabaris natiui tenuiſſimè triti, admixto croco & conchis confecta, in cuius examine minimo adhibito igne Mercurium adhuc crudum per fumum aſcendere & nummum aureum dealbare olim multoties deprehendi.

Ad præparandum Mercurium, variæ rationes fuerunt à Chymiatris excogitatæ: quorum aliqui (nec malè) per ſpiritum Salis nitri aliquoties cohobando, nonnulli per Spiritum Salis communis, Aquas Fortes, oleum Vitrioli, alij per ſe aut cum ſilicibus longitudine temporis perficere conati ſunt.

*Via præcipitandi Mercurium commodior & ſecurior vix dabitur quàm ſequens.*

## MERCVRIVS PRÆCIPITATVS.

R. Mercurij bene purificati libram ſemis, cui affundatur lib. j. olei Sulphuris per campanam facti & rectificati (Hoc enim oleum prę omnibus aliis corroſiuis eum optimè, & oleo Vitrioli longè potẽtiùs præcipitat, & coagulat, ita vt maiorẽ etiam patiatur ignitionem) compoſitũ per duos dies in arena digeratur, poſtea per retortam vitream luto munitam paulatim deſtilla, liquorem egreſſum iterum affunde, & hoc tertiò reitera. Quarta vice poteſt adhuc ſemel aliquid de recenti Sulphuris oleo affundi, & circa finem, aucto Igne inter diſtillandum ita abſtrahi vt retorta candeſcat, ſic in ipſa deſtillatione pręcipitatur Mercurius in maſſam albam: Poſtea fracta retorta exime illam ac ſupra marmor tere, & aqua calida pluuiali deſtillata ſalſedinem diligenter ablue in vitro oris ampli: agitetur probè, & per horas quatuor ſemper aqua priùs ſubſideat, antequam effundatur: edulcorationẽ toties reiterabis, quouſque nullam ſalſedinem in affuſa aqua ampliùs deprehendes, & Mercurium remanentem videas verſum in puluerem flauiſſimum, quem poſtea priùs exiccatum phialæ oblongo collo bombyce claudẽdæ impones, & in ignem arenæ vehementiſſimũ per octo dies digerẽdum collocabis, ſi fortè adhuc aliquid de Mercurio nõ ſatis pręcipitato imminixtum eſſet,

illud ſpontè ſublimabit ſe in vitri collum, quod poſtea ferreo circulo candente franges, & ſuperiorem partem in qua crudus Mercurius affixus hæret, cautè & leniter auferes, maſſam verò in fundo reſtantem eximas, & ter Spiritum vini deſuper incendas, & poſtea ad ſuos vſus reponas: Ita ſecurè datur intra corpus.

Præcipitaui aliquando amalgamata Auri & Argenti ſeorſim, per duos annos, & quamuis puluerem rubicundum nanciſcerer, tamen nondum erat debitè fixus, nec in vſum medicum commodè adhiberi poterat, ſine vlteriori præparatione.

Qui volet eiuſmodi præcipitatum per amalgationes intra tres vel quatuor menſes bono igne adhibito conficere, videbit pulchras, cupreſſi inſtar, in ipſo vitro creſcentias, & ſæpius maſſam eximendo ac terendo habebit ignis violentiâ materiam terream, poſtea per oleū Sulphuris vt iam dictum, in puluerem flauum præcipitandam & figendam.

*Obſeruationes.*

1. Signum veri præcipitati eſt, ſi cū auro fortiter teratur, nec aurum inde dealbetur, ſicuti ex contractu Mercurij fieri conſueuit.

2. Non eſt neceſſe vt ſit omnino fixus, ea enim ratione amitteret vim ſuam purgandi.

3. Nullus eſt præcipitatus qui non poſſit reduci, ſi fixus planè eſſet, nō poſſet in corpus humanum operari, ratione cruditatis ſuas operationes perficit.

Vi-

*Vires.*

Mercurius eſt Balſamum Naturæ, in quo eſt virtus Incarnatiua, quæ mirabiliter renouat, & clarificat ab omnibus Impuritatibus corpus microcoſmicum Lue Venerea infectum: vbi enim tota maſſa ſanguinea in vniuerſo venarum ambitu corrupta eſt, & referta multorum morborum ſeminariis, tunc hæc metallica vi ignis attenuata eam penetrandi vim acquirunt, vt habitum totius corporis permeent.

1. Remedium eſt contra infirmitates cauſatas ex humorum putredine, & in morbis deploratis vix experimur aliquid præſentius.

2. Educit omnes vitioſos humores, & cerebri defluxiones.

3. Purificat ſanguinem in venis, & medullam in oſſibus.

4. In Hydrope eſt Remedium appropriatum, habet enim vim expellendi.

5. In Podagra exhibetur cum Pilulis Ruffi & oleo mellis.

6. In Pleuriſi cum ſpecifico vehiculo.

7. Contra venena & ſcabiem.

8. In omnibus Febribus continuis & intermittentibus addendo ſemper quatuor vel quinque guttas olei Vitrioli cum Pilulis Ruffi.

9. Catholicon eſt in expurganda Lue Venerea, huius enim horrendæ Luis ſolus ῥιζοτόμος dici meretur: radicitùs enim tollit omnia vlcera Venerea, & ſimiles fluxiones reiteratâ Doſi.

10. In Ictero nil præſtantius.

11. Datur etiam in Peſte, cum Pilulis peſtilentialibus Ruffi.

12. In vlceribus malignis & fœtidis expurgãdis commiſcetur vnguentis.

Paracelſus in Luis curatione exhibuit cum Electuario de ſucco Roſarum, & Phædro cum ſpiritu Tartari ſucceſſu feliciſſimo puſtulas Venereas expulit.

Huſerus p. m. affirmauit mihi ſe ex eius frequentiſſimâ exhibitione, nullam vnquam deprehendiſſe noxam, niſi quod interdũ propter bilioſas vomitiones, ægrotantes de dolore aliquando etiam de ardore quodam gutturis ac oris conqueſti ſint, qui ſtatim adhibito leui gargariſmo vel vſu Terræ ſigillatæ, ſi ardor in gutture fuit, ſopiebatur.

*Doſis & Vſus.*

Agr. 3.4.5. ad 6. in corporibus præſertim robuſtis.

Offertur cum Pilulis appropriatis.

In doloribus capitis cum Pilulis Cochiis.

In doloribus brachiorum cum Pilul. de Hermodactyl.

Vel miſcetur Extractis purgantibus.

In ſucco Liquiritiæ melius operatur quàm in Theriaca: offertur etiam in Conſerua Roſarum aut in ſaccharo Roſaceo, vel deglutiatur in pane hoſtiario, ſuperbibendo tantillum vini.

*ARCA*

## ARCANVM CORALLINVM PAracelſi, ſeu Mercurius Sublimatus rubeus, non corroſiuus.

R. Mercurij lib. j. purgetur per lixiuium è calce viua & cineribus clauellatis ſexies, vel ſepties, poſtea cum ſale & aceto tandiu lauetur, donec in colorem cœleſtem abierit, & ſic erit paratus ad ſublimationem.

R. Iſtius purgati libram j. Salis Petræ (quod tamen diligenter purificatum & ſeparatum ſit ab omni Sale vulgari, alioquin ſublimatus puluis fieret ſupra modum corroſiuus: Examen ritè ſeparati Salis poteſt fieri in hunc modum, ſi Sal Petræ ſupra laminam ignitam totus incenſus auolet, nullo Salis veſtigio remanente) & Vitrioli ad rubedinem calcinati ana lib. ij. pulueriſentur omnia & miſceantur, irrorentur ſaltem aceto deſtillato acerrimo, & cum piſtillo ligneo benè ſimul incorporentur, donec mortificatus videatur Mercurius: Maſſam poſtea totam impone lutatæ Cucurbitæ medioctis capacitatis, verùm parietibus Cucurbitæ non maculatis aut priùs probè abſterſis deſtillatio in arena inſtituatur, per noctem adhibeatur ignis, vt phlegma aceti egrediatur, poſtea ſucceſſiuè augendo & continuando ignem ad 24. horas ſublimatio continuetur: in capitellum ſubnigro colore aſcendet Mercurius viuus, in medio alembici puluis erit flaui coloris, paulò ſupra materiam rubicundi: Effracto vitro collige ſublimatum puluerem om-

nem, ſcilicet tam rubeum quàm flauum, & accipe libram j. Salis Petræ & Aluminis calcinati tantundem (calcinatio Aluminis in tigillo fiat modo vulgari, non ita vehementi igne, ne ſpiritus euaneſcant.) terantur omnia & impaſtentur vt antea ſaltem humectando cum prioris deſtillati aceti phlegmate, ſublima denuò in nouo alembico vt prius: In cõtinuo igne ſpatio 12. horarum abſoluitur operatio, & puluis aſcendit, infra rubicundiſſimo colore, paulò ſupra flauo, & in capitello nigricante: Poſtquam omnia refrixerunt, vitro rupto ſingula cautè eximantur: quod rubrum eſt ac inferiori loco parietibus vitri adhæſit ſupra caput mortuum, purum eſt & maturum, hoc ſeorſim colligatur & edulcoretur aquis Cordialibus, vltimò incendendo deſuper aliquoties Spiritum vini: Flauum ſeorſim collectum poteſt etiam in tigillo mediocri ſaltem igne calcinari vt rubeſcat, & poſtea dicto modo edulcorari: Fæces nigræ in capitello cum capite mortuo in fundo abiiciantur.

Magnum Paracelſi ſecretum & inuentum.

Huſerus prætulit hunc Sublimatum Turpeto, illóque in multis deſperatis morbis feliciſſimè vſus eſt.

*Vſus & Doſis.*

In Hydrope.
Morbo Gallico.
Podagra.

Doſis à tribus granis ad quinque, in Theriaca, ſucco Roſarum, Pilulis Catholicis.

Inſuper ſunt duo ſecretiſſimi modi tractandi

Mercu-

Mercurium pro medicina corporis.

In primo modo Mercurius ſine vlla additione certis inſtrumentis per ſe redigitur in Cinnabarim rubicundiſſimam.

In ſecundo modo mortificantur corroſiui ſpiritus Vitrioli & Salis in Mercurio ſublimato, è quo miro & ſimplici artificio homogeneo fit puluis Cryſtallinus planè inſipidus: Vnum è præſtantiſſimis Catharticis, per ſe vel cum aliis Catapotiis in vſu medico radicaliter omnia noxia è corpore humano pellens. Hoc illis non videbitur mirum, qui ſciunt Mercurium eſſe Balſamum Naturæ, in quo eſt virtus Incarnatiua & Regeneratiua, mirabiliter renouãs & clarificans ab omnibus Impuritatibus.

## *FLORES BVTYRI Antimonij.*

R. Antimonij Vngarici, & Mercurij ſublimati ana lib. j terantur ac miſceantur diligẽter, & in retorta vitrea luto obducta in arena mediocri igne deſtillentur, tunc liquor inſtar Butyri ſeu glaciei egreditur, ſi concreſcit in collo retortæ, vt ſæpè fieri ſolet, tunc admota pruna forcipe comprehenſá liqueſcat, ne obſtructione impediatur deſtillatio.

Hunc Liquorem vulgò vocant Mercuriũ Vitæ, cùm tamen ſit ſummè corroſiuus: Et fuerunt quidam ita temerarij, qui cum illo impunè luſerunt de corio humano.

Si aqua calida illi affundatur, tunc Salia

corroſiua reſoluuntur, & flores albi petunt fundum, qui diligentiſſimè ab omni ſalſedine multoties, aqua calida edulcorandi: Ille puluis ſiccus ſeruatur ad vſum medicum, & in complexionibus fortioribus exhibetur maiori cum ſucceſſu intra corpus, quàm vulgares Antimonij flores albi per ſublimationem præparati.

Qui Butyrum illud Antimoniale priùs volet rectificare, antequam aquam affundat, ei liberum eſto: Ita enim habebit flores candidiores. Num in Chymia aliquid præſtare poſſit hoc oleum, iudicent ij, qui illud cum auro radicaliter ſoluto fermentare, & per rotam Philoſophicam, ſecundùm artem requiſitam deducere norunt.

*Vſus & Vires.*

In Peſte,
- Capitis morbis,
- Febribus, ſi fortè moueant vomitum, non formidari debet.
- Lue Venerea,
- Lepra,
- Hydrope, vbi plerunque ſine vomitu per inferiora ſuas operationes perficit.
- Vlceribus malignis.

*Doſis.*

Duo, tria vel quatuor grana cum Panchymagogo, vel Conſerua Roſarum, Violarum, Vitello oui, ſyrupo Cidoniorum.

Obſerua diligenter, vt ſemper poſt omnem purgantis Antimonij exhibitionem te in lecto

con-

continéas, & paulò poſt ſumptionem ius ſorbile ſumas, ita minori moleſtia euomes, quàm ſi ventriculum habeas vacuum. Reiteretur hauſtus iuſculi aut Cereuiſiæ calidæ, bis, ter, quater, ſi opus.

## FLORES ANTIMONII CORRECTI.

Primò habeantur flores Antimonij albi vulgari Chymicorum more præparati, ſublimatione ſcilicet, mediantibus ollis artificioſè ſibi mutuò incumbentibus: Vel ſumantur illi qui beneficio retortæ parantur, dum pulueriſatum Antimonium arenæ puræ admixtum ſine omni capite mortuo ignis violentia in flores redigitur.

Poſtea R. Salis Tartari frequenti ſolutione & coagulatione ſummè depurati quantum vis, & affunde tantum de aceto deſtillato quantum pro ſolutione Salis ſufficit, abſtrahe acetum lento igne in Balneo, vel fac vt euaporet, affunde viciſſim acetum deſtillatum, vt dictum, & abſtrahe eodem modo reiterando laborem, donec acetum eiuſdem ſaporis deſtillando egrediatur, quod octaua vel nona imbibitione & deſtillatione fiet. Huius igitur Salis aceti ſpiritu impregnati & exiccati accipe exempli gratia vnciam j. & ſemis, Florum Antimonij alborũ vnciam vnam, miſce & in cruciculo ad ignem liqueſcant, maſſam liquefactam ferè inſtar ſanguinis rubeã effunde ſupra marmor, vbi refrixerit erit coloris cineritij: Poſtea tere materiam, & affunde illi in vitro ſequentem aquam Vitæ aromatiſatam.

R. Galangæ,
Galliæ Moſchatæ,
Caryophyllorum,
Cinamomi,
Maceris ana vnciam ſemis.
Croci drachmas tres.

Terantur mediocriter, & affundatur Alcohol vini ſine phlegmate, in lento cinerum calore Tincturam extrahe, poſtea per declinationem aufer tinctum Spiritum vini, & affunde recentem, donec ampliùs non tingatur: demum omnem Spiritum vini tinctum & aromatiſatum affunde Tartaro & Antimonio ſimul, vt dictum eſt, liquefacto, addendo Salis Perlarum & Corallorum ana drachmas duas: Omnia vitro clauſo digerantur in calore cinerum per duos dies: Poſtea adaptato capitello deſtilletur lento igne Spiritus vini, remanebit in fundo Tinctura Aromatum cum puluere Antimonij & Tartari, abſtrahantur omnia ad ſiccitatem, color erit inſtar Caryophyllorum: Ita habebis Antimonium optimè pręparatum. Seruetur in vitro clauſo puluis, quia in aëre reſoluitur: Sine vlla formidine tutò intra corpus exhiberi poteſt.

*Vſus, Vires, & Doſis.*

Mirabilia operantur hi Flores.
In Peſte.
Febribus acutis.
Mania.
Philtro.
Dementiis.
Faſcinationibus.

*Mor-*

Morbis omnibus in vniuerſum opitulantur, quos atra bilis excitat.

Epilepſiis & aliis plurimis morbis ſuccurrunt.

Per aluum, per ſuperiora, per poros, per inſenſibilem tranſpirationem noxia copiosè expurgant.

Doſis à gr.7.ad 8.& 10.præſertim in robuſtioribus.

*ELECTVARIVM ANTIMONII.*

R. Vitrum Antimonij fuſum Sole & Luna in Aquario ſeu Piſcibus exiſtentibus:teratur ſubtiliter aliquoties affundendo acetum deſtillatum, & iterum exiccando in cineribus : Sic habebis maſſam albam,quam in puluerem teres.

Huius pulueris ſume vncias duas.

Theriacæ Andromachi tantundem.

Nucis muſcatæ drachmas duas.

Maſticis tantundem.

Corticum Arantiorum.

Corallorum rub. præparatorum ana drachmas duas.

Caryophyllorum.

Sem.Fœniculi.

Coriandri præparati ana vncias duas.

Pulueriſentur optimè & commiſceantur, fiátque cum myua Cidoniorum q. ſ. eſt maſſa, de qua formentur pilulæ in forma piſorum.

*Vires.*

Mirabiliter operantur

In Peſte.

Quartana.
Hydrope.
Longis & obſirmatis morbis.
Diuturnis putridis Febribus.
Cachexia.
Melancholia.
Inſania.
Delirio.
Venenorum hauſtorum ſymptomatibus.

*Doſis.*

Debiliori datur pilula vna.
Fortiori duæ, habita ratione ægrotantis virium.

*Cautiones in exhibitione Antimonij & Turpeti.*

1. In exhibitione horum duorum Catharticorum cauendum, ne ſint conſtipationes, dolores Colici, aut vnum membrorum principalium læſum, pulmonem putà, jecur alioquin à graui vomitu & commotione periculum.

2. Quibus Antimonium offertur, iis nec ante eius aſſumptionem, nec poſt vena eſt incidenda.

3. Vbi ſeſe vomitus mouet, ſolet exhiberi offa aut ius Piſorum leuiter coctorum, vel gallinarum non pingue, aut calidæ Cereuiſiæ hauſtus, reiterando ſi opus aliquoties, vt quis faciliùs vomat, & medicamenti acceleretur actio.

4. Offerantur ſemper duabus vel tribus horis ante & poſt paſtum.

5. Picrocholis & iis qui difficulter vomunt ac qui

qui viribus imbecillibus ſunt præditi, non temerè offerri debet, ne ſtomachus ex eius vſu grauiùs vellicetur, diſtendatúrque, & vires ægri in totum deiiciantur.

6. Iis rectè datur, qui ad vomitum ſunt procliues, ſtomachum fortem habent, thoracem amplum & latum, quíque vomere aliàs ſunt aſſueti, & quibus humorum materia ſurſum fertur.

7. Si morbus occurrit contumax, hic maturandus cum vſu Turpeti per duos dies, poſtea Antimonium exhibeatur.

8. In Peſte ſi offeratur Antimonium, obſeruandum, vt vna opera ſupra bubonem maturatiuum Attractiuum, ſupra Anthracem Attractiuum ponatur, alioquin inſtar ſcirrhi indureſcit, & ad aliquot menſes durities illa non remittit.

*Ad compeſcendum Vomitum nimium in hypercatharſi.*

Offertur Theriaca recens vel Rob de Cidoniis: Emplaſtrum de cruſta panis ventriculo imponitur: Et plantis pedum panis toſtus aceto madefactus.

*Si ſummus adſit dolor capitis.*

Apponitur capiti & fronti linteum madefactum aqua Lactucæ & Roſarum cum aceto & oleo Roſarum.

PANCHYMAGOGON.

Inter omnia medicamenta Cathartica, licèt

nec labori nec ſumptui pepercerim, nullum tamen multiplici experimento facto potui adhuc inueſtigare, quod minori moleſtia aſſumptum, operationes deſideratas feliciùs exequeretur quàm Panchymagogon.

Si Antimonium, quod apud vulgus propter vomitionum vehementiam infame & abominabile euaſit, ita præparari poſſet, vt ſaltem per inferiora ſuam obiret functionem ſine illa vulgari vehementia, quæ tamen in aſſignatis meis præparationibus antecedentibus ipſi maxima ex parte adempta eſt, vix daretur in rerum natura Catharticum iucundius: Sed præparationem eiuſmodi ſæpiſſimè attentatam, nondum licuit Pyrotechniæ beneficio impetrare, multò minùs illam apud vllum Chymicum videre, quamuis oſtentationis gratia multi de illa, vt & de Auro potabili falsò glorientur.

R. Specierum Diarrhod. Abbat.
Diambræ ana vnciam vnam.

Ex his Tinctura in digeſtione per quatuordecim dies, vt decet, quotidiè aliquoties mouendo, per Spiritum vini extrahitur & ſeorſim cuſtoditur.

Deinde R. Pulpæ Colocynt. drachmas ſeptē.
Turpeti gummoſi drachmas quinque.
Agarici optimi vnciam vnam.
Rad. Hellebori nigri veri vnciam vnam.
Scammonij ſelecti drachmas ſex.
Foliorum Senæ vncias quatuor.
Rhab. ſelecti drachmas tres.
Elaterij drachm. duas.

Semi-

Seminis Ebuli triti vncias tres.
Hermodactyl. drachmas tres.

Incidenda incidantur, & terenda terantur, ac Spiritus vini ſpecierum tinctus, his purgantibus medicamentis ſuperfundatur, ſicque in lento B. M. calore per dies octo vel quatuordecim macerentur (caue ne Spiritus vini vitrum rumpat) Tinctum poſtea Spiritum aufer per inclinationem, & recentem affunde, tamdiu, donec omnis Tinctura & vis purgatrix extracta ſit: vltimò Spiritum vini Tinctum ſimul mixtum abſtrahe in lento Balnei calore, donec craſſamentum inſtar mellis in fundo relinquatur: circa finem adde olei Cinamomi, Caryophyllorum, Nuciſtæ ana guttas decem, Salis Perlarum & Corallorum ana drachmas 2. Salem è fæcibus calcinatis arte extractum cum raſurę Cranei lotone vno maioris efficaciæ ergò admiſcere poteris. Non datur melius Catharticum, quod minori moleſtia purget.

*Vſus & Doſis.*

Ex hac compoſitione ſumitur à ſcrupulo vno ad duos ex vino Maluiatico vel alio generoſo, è iuſculo vel aliis Catapotiis aggregatiuis admixtis.

Sunt qui in vſu aliquot guttas olei Vitrioli addere ſolent.

In puluere Liquiritiæ ſine moleſtia omnes noxios humores expurgat.

Poſſunt inde efformari pilulæ & per ſe deglutiri, vel quod optimum diſſoluatur in hauſtu vini Maluiatici.

*ALIA DESCRIPTIO.*

R. Pulpæ Colocynth. drachmas ſex.
Agarici,
Scam. ſelect. ana vnciam ſemis.
Hellebori nigri,
Specierum Diarrhod. Abb.
Aloës ſucco citrini ana vnciam j.

Extrahatur ex omnibus per Spiritum vini Eſſentia, à qua poſtea in Balneo Spiritus vini ſeparandus. Et quia in Extractione Purgantium ſæpè ſolet vis purgatrix debilitari, ideo quidam ſolent ad vnam partem Extractorum addere crudorum Purgantium partem alteram: adde ergò ſuperioribus, antequam Extractum in fundo remanens planè inſpiſſetur,

Trochiſcorum Alhandal drachmas ſex.
Diacryd. præparati,
Agarici Trochiſcati ana vnciam ſemis.
Aloes Epatici vnciam j.

Omnia ſint puluериſata, & redigantur in maſſam iuſtæ conſiſtentiæ.

Doſis à gr. 10. ad 15. & 20. in forma pilulari.

*SCAMMONII VERA PRAEparatio.*

R. Scammonij ſelecti non adulterati libram ſemis, teratur & cribretur, poſtea affundatur parum ſucci Roſarum pallidarum, vel quod melius ſylueſtrium, expreſſi & colati (addita vna atque altera guttula ſpiritus Vitrioli. In frigido ſeruatur ille ſuccus ad vſum, ne aceſcat) ac in Sole

ſeu

ſeu retro fornacem exiccatio inſtituatur. Hæc imbibitio & exiccatio vigeſies ſeu trigeſies renouetur, ſic enim lenta, viſcoſa ac tenax malignitas Scammonij diſſipatur, quæ alioquin adhæſione ſua in ventriculi tunicis tormina & cruciatus excitare cõſueuit. Qui volet, poterit priori ſucco ad libitum ſucci Cidoniorũ expreſſi & depurati dimidiam partem adiungere: ſic efficaciùs & minori moleſtia purgabit: Et cum hoc Scammonio præparato poteris omniũ Catharticorum vim purgantem excitare & acuere.

*Vſus.*

In multis morbis Euacuatione egentibus.

*Doſis.*

Grana quinque: Robuſtiori à gr.12.ad 15. & 20.offerri poſſunt.

Formentur inde pilulæ, vel in puluerem poſt exiccationem teritur, & grana 15. vel 20. illius pulueris in ſyrupo Roſaceo offeruntur.

## *OPTIMA SCAMMONII PRÆparatio.*

Scammonium ſelectum præparetur per imbibitiones & exiccationes reiteratas cum ſucco Roſarum, vt iam dictum eſt, deinde ad manus ſit bonum Alcohol vini ſine phlegmate (in quo per 24.horas priùs in Balneo madueritt antillũ ſem. Aniſi, Fœniculi, Cinamomi & Spicæ nardi) quantitate tantâ quæ ſufficiat pro extrahenda Tinctura ſeu Scammonij Eſſentia, affundatur ad eminentiam trium vel quatuor digitorum

Scammonio mediocriter trito,&in Balneo Mariæ per tres vel quatuor dies ſtent, quotidie aliquoties mouendo, ſic Spiritus vini Tincturam extrahet: Tinctum Spiritum purum per inclinationem aufer,& affunde nouum Spiritum reiterando laborem,donec nullum Alcohol ampliùs tingatur. Poſtea omnis Spiritus Tinctus mixtus abſtrahatur in Balneo Mariæ, remanebit Scammonium inſtar mellis in fundo quod vlteriùs exſiccetur calore leni in vaſe conuenienti. De hoc Extracto adhuc molli inſtar panis recens cocti ſumatur vncia vna, & ſucci Cidoniorum depurati vnciæ quatuor, ſucci depurati Roſarũ rubearum vncia vna, miſce omnia in vaſe conuenienti vitreo,& lento calore effundatur: Extractum in ſuccum, mouendo paulatim ſpatulâ argenteâ,vt ſucci exhalent,& Extractum priorẽ acquirat conſiſtentiam pro efformandis pilulis. Antequam planè omnis humor exhalet, ad vnciam vnam Scammonij adde Salis ſeu magiſterij Perlarum & Corallorum ana drachmam vnam. Efformentur pilulæ 1.2.vel 3. Ita habebis prẹſtantiſſimum Catharticum quod ſine moleſtia & nauſea purgabit.

*Doſis.*

A granis 10.ad 12.& 20.

Nota in Extractione Scammonij, quod proprium habeat, vt ſubſidat, antequã humore priuetur: Itaque ſi duas partes Spiritus vini vel liquoris per alembicũ à Tinctura traduxeris, poteris deſinere, & cùm Balneum refrixit, vitrum eximes, in quo ad fundum videbis deiectum

Scammo-

Scammonium, vel etiam pendere in reſiduo liquore inſtar liquidæ picis colore pellucido.

Hoc loco induſtrij obiter admoniti ſint, poſſe debita quantitate Eſſentiam Cathartici (vnius vel plurium) Spiritu vini extractam & eidem adhuc immixtam, Electuario Cidoniorum vel Citriorum opaco ſeu pellucido circa finem decoctionis ſupra lentum calorem miſceri, & poſtea ad iuſtam conſiſtentiam ſecũdùm artem denuò incoqui, ita remanebit vis purgans Electuarij immixta poſt Spiritus vini euaporationem.

Hæc Cathartica debita doſi in minima quantitate, neceſſitate exigente delicatulis & nauſeabundis, cum magno emolumẽto & nulla ægrotantium moleſtia aut animaduerſione, fraude honeſta, fuco ingenioſo, & officioſo, Medicis à Platone permiſſo mendacio poſſunt exhiberi, cùm nullum ingratum præ ſe ferant ſaporem.

## *SPECIFICVM PVRGANS Paracelſi.*

Primò Purificatio Vitrioli à ſuo Sulphure fiat ſequenti modo:

R. Vitriolum Vngaricum, & ſolue in aqua cõmuni in aheno cupreo, ſoluto inſperge oleũ Tartari commune, ad tres libras Vitrioli vnciæ quatuor olei Tartari circiter requiruntur, refrigeſcant vnà, poſtea quod clarum eſt aufer, Sulphur enim fœtidum huic operationi inidoneũ, inſtar argillæ fundũ petiit: claram ſolutionẽ fac paulatim euaporare donec ferè cruſtam incipiat

obducere, poſtea in frigido in lapillos concreſcet Vitriolum, quod ſeruetur.

Secundò Deſtillatio Spiritus Tartari inſtituitur in hunc modum.

R. lib. duas Tartari albi crudi, affunde menſuram Spiritus vini, clauſo vaſis orificio in calido hypocauſto, per quatuordecim dies vnà digerantur: poſtea deſtilla in lento cinerum igne donec incipiant guttæ flauæ oleoſæ egredi, vbi ceſſandum. Egreſſum Spiritum ſeorſim ſerua, caput mortuum permitte, vt igne forti tam diu euaporet, donec Tartarus mediocriter calcinatus ſit, non tamen ad albedinem, ſed in colore nigro deſinendum: ſupra hunc Tartarum affunde priorem Spiritum egreſſum, ſtet per tres dies in Balnei putrefactione, poſtea deſtilletur primò in arena, deinde in aperto igne fortiſſimo, per alembicum lutatum non nimis altum: Sic requiſitus Tartari ſpiritus elicitur.

Tertiò, accipe remanentis prioris Tartari calcinati (è quo Spiritus extractus eſt) lib. j. Vitrioli præparati, vt ſuprà dictum eſt, libram quoque vnam, trita miſce in vitro magno, affunde iam ante deſtillatum Tartari ſpiritum, addita menſura vini albi generoſi & antiqui: Vitrum claudatur alembico cæco, ſtet quatuordecim dies in lento calore: poſtea deſtillare incipe, primò lentiſſimo igne in arena, vt ſaltem ſubtilis Spiritus vini, Tartari & Vitrioli aſcendat, quem ſeorſim diligēter collectum aſſeruato: vbi iam phlegma dulce egreditur, illud ſeorſim colligito: poſtea materiam iterū tere, concreſcit enim, & deſtilla

vehe-

vehementi igne aperto in retorta luto obducta, primò tamen paulatim incipiendo ne materia liqueſcat: vltimò fortiſſimo igne pelle (vt in præparatione olei Vitrioli fieri ſolet) donec ſpiritus omnes egreſſi ſint. Hos vltimos ſpiritus fortes miſce cum primis ſubtilibus ſpiritibus, medium enim phlegma dulce nullius vſus, abiiciendum.

Quartò, iam extrahe è capite mortuo Salem ſecundùm artem notam, beneficio Aquæ communis, ſi opus ſit, reuerberetur materia, & iterũ extrahatur. Hanc reuerberationem & extractionem toties reitera, donec omnis ſalſedo extracta ſit. Extractiones Salium miſce, & aquam euaporando abſtrahe. Salem ſupra marmor tritũ pone in alembico oblongo, affunde ad eminentiam trium vel quatuor digitorum proprios ſpiritus, primos videlicet ſubtiles & vltimos fortes (etſi aliquid phlegmatis adhuc immixtũ ſit, nil inde incommodi) collocetur in B. M. per aliquot dies, tunc extrahit ſpiritus è ſalibus ſuam propriam eſſentiam, quicquid ſolutum & extractum eſt leniter per inclinationem effunde, ac affunde plus de remanente ſpiritu, denuò extrahat reiterando tandiu, donec ſpiritus extrahendo non amplius coloretur.

Quintò, has ſpiritus Extractiones miſce & cohoba in B. M. ad quatuordecim dies, ſemper quod egreſſum eſt reaffundendo: vltimò in arena fortiter deſtilla quicquid vult egredi: quod reſiduum eſt pelle igne aperto, tunc ſalia vnà cũ ſpiritu egredientur.

Sextò, egreſſos ſales cum ſpiritibus cohoba in

B.M.ad placitum, ſic ſalia ſpontè incipient ſe repercutere, craſſo modo & viſibili in fundum (fit inde liquor albus inſtar calcis Lunę in aqua valenti ſolutæ) ac tum in B.M. ſubtili calore ſpiritus proprius poteſt abſtrahi, vt materia in fundo ad pulticulæ conſiſtentiam remaneat.

Et ſic Purgans ſpecificum non ſine magno labore & tempore paratum eſt.

*Modus parandi facilior in ſecunda operationis reiteratione.*

Reſiduus ſpiritus, poſt primam abſolutam operationem vltimò abſtractus, pro ſecunda pręparatione poteſt aſſeruari, ita labor erit facilior, videlicet vt ſaltem vulgaris Vitrioli ſalem, & ſalem Tartari accipias in æquali pondere, & hoc ſpiritu ex illis Eſſentiam ſeu Sales extrahas, & modo prædicto in omnibus procedas.

Quia autem Purgativum in magna copia citò fieri non poteſt, neque ſolùm Realgaria mineralia, ſed etiam Terreſtres Impuritates à corpore microcoſmi expurgari debeant, abbreuiationis ergò quædam Herbarum Salia extracta fieri poſſunt per alembicum volatilia, & in æquali pondere cum ſpecifico Purgante miſceri & exhiberi ſimul in Doſi priori, tunc efficaciùs ſolet operari.

*Salia Herbarum ita præparantur.*

R. Hellebori nigri, Cardui benedicti, Imperatoriæ, } herbas & radices.

Rad.

Rad. Petroſelini, Angelicæ,
Centaureæ, Pimpinellæ,
Tormentillæ, Chelidoniæ,
Herbarum & florum Cichorij,
Herbarum Hyperici, Aronis,
Vincetoxici, Verbaſci,
Pentaphylli ana omnium
pro libitu.

Siccentur in vmbra, non in Sole: incidantur & ponantur in doliolo affusâ aquâ incoctionis tātilli Lupuli & Fermenti, fermententur in hypocauſto, ſæpius mouēdo per tres ſeptimanas, poſtea deſtilla in veſica cuprea, vt moris eſt, cum refrigerio ſpirituum, ſicuti in deſtillatione Spiritus vini fieri ſolet. Hūc Spiritum mediocriter rectifica, non tamen ad ſummum: Fęces remanentes (poteris illis ſiccas ſimiles herbas addere vt habeas maiorem copiam) in cineres redige, & ſalem extrahe: Sali exſiccato affunde ſpiritum proprium, vt in B. M. ſpatio aliquot dierum eſſentiam eliciat, effunde hunc & affunde nouum, reiterando donec non ampliùs extrahat. Extractiones miſce & cohoba aliquot dies in B. M. (ſi fortè fæces fundum peterent, has per tritorium chartæ Emporeticæ ſeparare poteris) poſtea in bulliente Balneo deſtilla, tunc Sal ſimul aſcēdit: ſi fortè aliquid remaneret, plus ſpiritus affunde, ac iterum cohoba, & tum in arena deſtilla: quicquid egreſſum eſt accipiatur, & effundatur bona quantitas ſui phlegmatis, ſtent in loco frigido, tunc ſubtile deſtillatum Sal fundum petit, ſpiritum per inclinationem aufer & ſerua pro

ſecundo Extractionis vſu, quod fundum petiit parum edulcorari poteſt, & exiccari in hypocauſto, tunc reſtabit Sal Herbarum efficaciſſimum in vſu medico, cuius

Vſus ſecundùm Theophraſtum talis eſt:

R. Partem vnam Specifici purgantis, partem alteram Eſſentiæ Croci Orientalis cum S. v. extractæ, à qua Spiritus vini non ſeparatus eſt, circula duas vel tres ſeptimanas & ad vſum ſerua. Datur etiam ſine Eſſentia Croci, ſed pręſtat cum illa propter Cordis confortationem.

*Vires, Modus exhibendi, Doſis.*

In omnibus morbis euacuatione egentibus ſine diſcrimine.

In omnibus putrefactionibus & ſuperfluis humiditatibus corporis, vndecunque proueniant.

Datur in vino vel Abſinthite, Maluiatico, iuſculo, ſucco Roſarum, ventriculo ieiuno.

Prouectioris ætatis hominibus, vtpote 20. 30. 40. & 50. annorum grana quatuor dantur: adoleſcentibus quindecim annorum grana tria, pueris & infantibus duo grana. Incaleſcant per horam poſt ſumptionem in lecto, deinde ſurgat patiens, ambulet, vel ſedeat, ſi in duabus horis non operatur, eandem Doſin denuò exhibe, ieiunet tres horas cum cuſtodia integri diei ab aëre. Quacunque via operetur, ne ſis ſollicitus, ſiue per vomitum, ſedes, ſudorem, vrinam. Sequenti die quieſcat patiẽs. Tertia die auge Doſin dimi-

dia parte (vt ſi ante grana quatuor exhibueris, iam ſex offeras) ſeruet Diætam primi diei: ſequenti iterum quieſcat. Si neceſſitas flagitat, offer tertia, quarta, quinta, ſexta vice, prout morbus eſt longus. Sufficientię hoc ſignum eſt: Dum ſupereſt in corpore Impuritas, purgat & diſcurrit in membris hinc inde, & præcipuè in Centro morbi dolorem excitat. In defectu Impuritatis non facit dolorem, & vix ampliùs purgat, quia humorem radicalem non aggreditur more vulgarium Catharticorum.

## IV.

## DIVRETICVM.

QVia non per aluum excerni volunt omnium morborum Impuritates, igitur Diureticis & Diaphoreticis opus.

### 1. SAL SVCCINI.

Huius præparandi modum paulò poſt olei Succini deſcriptionem indicabo.

*Doſis & Vſus.*

A granis tribus ad 4.6.8.& 10. in aqua Petroſelini ſeu Oñonidis.

Mirabiliter pellit remoratam vrinam.

### 2. SPIRITVS SALIS.

R. Salis Cracouienſis natiui, vel Salis marini exiccati vel calcinati lib.4. affundendo aquam

pluuialem, impaſta vel malaxa cum albæ argillæ figulinę recentis & per ſetaceum cribratæ libris duabus (vel quod melius, argillæ loco ſumatur matrix ſi haberi poſſit, ſeu cortex Terram ſigillatam inuoluens & proximè ambiens, & è qua Terra ſigillata tanquam nucleus eruitur, ſic enim efficaciorem liquorem ad vſus medicos habebis) inde facias orbiculos rotundos ſeu oblõgos, quos retrò fornacem ad duritiem exiccatos impone: retortæ terræ luto obductæ, vix ad dimidietatem impletæ: iungatur Recipiens ſatis capax, & ſeruatis Ignis gradibus, donec phlegma egreſſum eſt, vltimò pelle forti & indeſinenti igne aperto continuando, donec ſpiritus albi omnes egreſſi ſint. Deſtillatio eadem quæ in paranda aqua Forti adhiberi ſolet.

*Doſis & Vſus.*

Duæ vel tres guttæ in aqua Cardui benedicti & Parietariæ ſubitò remoratam pellunt vrinam, ſicuti etiam Aqua Vitæ per ſe optimè à phlegmate rectificata facit.

*Obſeruationes de Spiritu ſeu Oleo Salis.*

Mirum quòd hic Spiritus cum Sale communi ſingularem antipathiam & naturam contrariam habet.

Primò, ratione Sitis: Sal commune excitat ſitim: Spiritus hic pellit eandem, quod manifeſtè apparet in hydropicis.

Secundò, ratione Putrefactionis: Sal commune omnia à putrefactione præſeruat, & mordax eſt:

eſt: Spiritus hic abſumit, corrodendo ſpatio vnius diei, at ſine dolore, quicquid in vulneribus aut affectibus aliis putredini obnoxium.

Tertiò, ratione Guſtus: Sal commune eſt acre & mordax: Spiritus habet ſaporem γλυκύπικρον, & odorem ſucci expreſſi è pomis agreſtibus.

*Sequuntur vires & virtutes Olei, ſecundùm Paracelſum.*

Sal ſimplex, omnium condimentorum condimentum, omne ſtomacho inſuaue inſuetúmque ſuaue & nutritioni aptum facit, & cum putredinem neſciat, maximè omnia à putredine vindicat, & naturali corpori ſalutaris, humanæ naturæ adeò conducibilis, vt ſine eo viuere neſciamus, corporibus inditus quicquid adeſt humidi abſumit, & quod reliquum eſt ſolidæ ſubſtantiæ adſtrictione contrahit, vnde corpora condita ſiccat, & à putredine vindicat. Hę igitur virtutes, cùm crudo inſint Sali, quanto potiores Spiritui eius conuenienter præparato?

1. Paracelſus illo vſus eſt in omnibus morbis bis in menſe ſemper tres guttas exhibendo: Renouat Hominem, præſertim ſi aliquot folia auri in illo ſoluantur, Sal enim omnia præſeruat. Alioquin etiam ſpiritum Salis feliciter cum oleo Vitrioli miſcuit, & poſtea ad varios morbos intra corpus cum maximo ſucceſſu exhibuit, præſertim in hydropicis cum aqua Abſinthij.

2. Leproſos, & alios tàm virorum quàm mulierum morbos in vino ſumptum ſanat, & ſanguinem purificat.

3. In Hydrope miſcetur Sali Abſinthij, vel

aliquot guttę offeruntur in aqua Abſinthij, quotidiè, donec Hydrops in paucis diebus euaneſcat.

4. Ad confortationem capitis in aqua Lauendulæ, Maioranæ, Saluiæ.

5. Ad Cor, in aquis Cordialibus frigidis, Violarum, Roſarum, item Borraginis, Meliſſæ.

6. Ad Stomachum, cum aqua Menthæ, ita appetentiam cibi auget.

7. Ad Hepar cum Cichorio, Lactuca, Carduo benedicto.

8. Ad Splenem, cum Endiuia, Portulaca.

9. In peſte, cum aqua appropriata Cordiali: Infecta etiam regio illo vngatur, apoſtema retrocedit, & venenum ſine noxa expellitur per aliud emunctorium.

Si guttæ quatuor cum vncia ſemis Electuarij Iuniperini offerantur, expectato ſudore, vt ſingulare commendat Theophraſtus in Peſte & Venenis, quia Cor confortat & ſanguinem purificat.

10. In aceto ſi offeratur, pellit Sudorem Anglicum.

11. Renes & Veſicam expurgat, & Calculum rumpit. Vſus eius cum Balneo certò iuuat.

12. Lumbricos pellunt aliquot guttæ in aqua Arthemiſiæ.

13 Hernioſos Paracelſus in loco affecto hoc liquore vnxit, adhibito Balneo Hernioſo: aliquot etiam guttæ intra corpus dentur, ita intra paucos dies patiens ſanabitur.

14. In Colica duæ vel quinque guttæ in forti vino præſentaneum remedium.

15. Pel-

15. Pellunt febres etiam diuturnas guttæ quatuor in aqua Vitæ.

16. In Ictero tres vel quatuor guttæ proſunt, continuetur donec patiens ſit reſtitutus, quod fit in tribus ſeptimanis.

17. In Iliaca, Dyſenteria, Paralyſi, Apoplexia, Podagra, in aquis appropriatis.

18. Vlcera interna etiam ſanat.

*Doſis.*

4. 6. & 7. guttæ in cochl. vini Maluiatici, vel aqua Cinamomi, vel alia appropriata.

*Vſus eius ab extra.*

1. Cum aquis appropriatis mixtum, vtiliter parti dolenti Podagricæ inungitur.

2. Penetrat omnes venas, carnem, oſſa, & promouet omnium vlcerum curam.

3. Vbi membra contracta, & de ſede mota ſunt, ſiue ſit Contractura, ſiue Apoſtema, inunctio inſtituatur cum appropriatis vnguentis.

4. Omnia vlcera cacoëthea, inſanabilia, fœtida, vt Fiſtulam, Cancrum, Lupum & ſimilia Phagedenica cum inunctione continuata in paruo tempore ſanabis.

## SPIRITVS SALIS NITRI.

Eodem planè modo & ſimili Ignis regimine Spiritus Salis Nitri deſtillatur, qui per fumum

rubicundum egreditur.

Hoc ſaltem notandum quod ad vnam partem Salis petræ purificati, tres partes argillæ figulinæ admiſceri ſolent, pro efformandis globis oblongis, poſt exiccationem demum ad opus adhibendis.

*Vſus & Doſis.*

In Colica: Et hoc nemini videatur mirum, ſiquidem in ſimili affectu crudum Nitrum nonnulli offerunt: nam Spiritus Salis microcoſmici efferueſcentia & malignitas ex huius debito vſu mirè inhibetur & reprimitur.

In Pleureſi.

Prunella.

Miſcetur cum ana Spiritus vini, & de illa mixtura dantur ſcrupuli duo vel drachma integra in hauſtu aquæ Fontanæ tepidæ. Si in Colica vtimur, tunc ab extra vmbilicus oleo Nuciſtæ expreſſo cum tantillo Zibeti admixto inungitur: Intolerabiles cruciatus & dolores confeſtim non ſolùm ſedat, ſed & diſcutit & reſoluit malignos, crudos, nitroſos atque vitioſos humores, qui niſi impediantur, ne ad partes neruoſas & articulos repant, quod non rarò fit propter certam ſymphatiam, qua cum talibus membris habent illi humores aliquid mixti, condolenda ſequitur articulorum impotentia, laxatio & reſolutio: Circa finem curæ Enulæ Campanæ vſus Salem reſolutum efficaciter expellit. Porrò Nitri ſeu Salis Fuſilis vires reconditæ à Filiis Hermetis ſemper in magno pretio fuerunt habitæ.

V. *DIA-*

# V.

## DIAPHORETICVM.

SVdor in Peſte & Morbo Vngarico eſt vniuerſalis euacuatio Veneni totius corporis, non in ſanguine modò, ſed etiam in habitu corporis, adeóque in omnibus partibus hærentis: Huius ſudoris beneficio Venenum quod circumſtans frigus ad cor propulerat excluditur: Nam vt attractione ſpiritus, ſimul etiam venenatam auram attrahimus, ita ſudore oportet illud ipſum ex omnibus membris exterminari: Nulla enim corporis pars licèt parua, aëris eſt expers:proinde ſudare omnes poſſunt : Ideò ſudor eſt vniuerſalis euacuatio, ſiquidem ferè tertia pars omnium morborum, qui corpus humanum infeſtant,per ſudorem curari poſſunt.

*Multi ſunt morbi qui ſaltem per ſudorem & pororum emunctoria curari volunt,vt Peſtes & Pleureſes.*

## ANTIMONIVM DIAphoreticum.

R. lib. j. Mercurij ſublimati per Vitriolum & Salem, adde tres libras Antimonij Vngarici, terantur inuicem & miſceantur, ac retortæ vitreæ luto munitæ omnia indantur, adiuncto receptaculo clauſo, deſtillatio fiat in arena cum Ignis regimine, ne guttæ in collo inſtar Butyri congelentur, eo apparente mox carbo ignitus cum forcipe admovendus erit tam propè, vt vitro non noceat, & tamen reſoluat; idque toties iterandum, quoties neceſſe fuerit ; Liquorem egreſſum ſemel rectifica:

poſtea calore liquefactum effunde in vitrum capax, quod collum longum habeat, & affunde aquam Regis (alij ſolo Spiritu nitri vtuntur) guttatim ſaltem fiat, propter ſtrepitum & efferueſcentiæ periculum, vbi videris totam materiam ſolutam eſſe planè, affunde exempli gratia ſi libra ſemis olei fuit, etiam lotonem vnum auri in aqua Regis ſeorſim priùs ſoluti, ita mixtio manebit clara, non turbida, & rubicundiſſimi coloris, alioquin niſi ita proceſſeris turbida fiet ſolutio, & aurum non verè ſe incorporabit, ac poſt abſtractionem apparebunt adhuc auri ſcintillæ micantes. Totam hanc claram & rubicundiſſimam ſolutionē pone in alembico benè lutato, addito capitello & receptaculo, iuncturis benè munitis, ſeruatis poſtea gradibus Ignis incipe phlegma abſtrahere (ſpatio duorum dierum operatio abſoluitur) vltimò fortificando Ignem ita, vt fundus Cucurbitæ candeſcat: Parum ſe ſublimat, quod abſoluto opere, vaſe refrigerato & fracto abiiciendum: reliquum in fundo, etiam in parietibus hærebit, colore ſubflauo, inſtar Terræ ſicciſſimæ & hiantis, nullius ferè ſaporis: adhæret linguæ ſine corroſione inſtar cornu aduſti & calcinati. A libra j. olei habebis poſt exiccationem libram Terræ dimidiam. Calx illa fixa non eſt edulcoranda, niſi velis, ſed in crucibulo per dimidiam horam ignienda: Mirum quod examen Ignis in crucibulo ſuſtineat, & omnia corroſiua in ipſa mortua ſint.

In vſu Chymico, quamuis hæc Terra ſitiens fixa ſit, & beneficio vulgaris Sulphuris arte admixti,

mixti, auro in fluxu peculiari induſtria maneat admixta, non tamen in cineritio operatæ & expectatæ fixioni ſolet reſpondere.

In vſu medico vnum eſt è Spagyricis medicamentis maximè πολύχρηστον.

Conſtitit mihi ferè ducentis Daleris, ego candido Lectori cum reliquis gratis communico.

*Vires & Vſus.*

Arcanum ſummum in variis & ferè omnibus morbis, per ſudorem & vrinam operans efficaciſſimè, non purgat, nec debilitat ægrotantes, ſed plurimum ſudorem & vrinam moderatè ciendo, ratione auri additi Naturam confortat.

In Lue Venerea.
Peſte.
Podagra.
Hydrope.
Febribus.
Obſtructionibus & doloribus Lienis.
Calculo.

Doſis 3.5.7.8. grana in aquis conuenientibus.

Circumferuntur deſcriptiones Mercurij Vitæ, quibus nõnulli hoc corroſiuũ oleũ per cornu Cerui cum Saturni Eſſentia eſſentificatum in puluerem Diaphoreticum redigere conantur. Operoſus eſt labor, nec propria experientia optatum & deſideratum videre licuit euentum. Nam adhuc acredinem retinet ille puluis, nec ita fixus eſt, vt hic noſter, per dicta corroſiua fixatus, quæ in hac operatione omnia moriuntur

& euaneſcunt, quod ſummè mirandum eſt. Ergò hac deſcriptione contentus ſis Lector beneuole, qua tibi vix offeretur alia melior.

## SPIRITVS TARTARI.

R. Tartari vini albi optimi (quod frangendo videlicet niteſcit) libras ſex, laua ex aqua pluuiali tepida, donec nulla pulerulenta conſpiciatur ſpurcities, tãdem è vino tepido optimè eluatur, exſiccetur ad Solem vel in hypocauſto, & redigatur in puluerem: Vel puluerizatus Tartarus in aqua pluuiali calida abluatur & ſoluatur, quod non ſolutum remanſit in fundo, in aqua pluuiali coquatur, vt ſoluatur, poſtea filtretur, aqua paulatim euaporet, & vltima medietas in loco frigido ponatur, vt Tartarus iterum lapilleſcat, & hic eſt Tartarus purificatus (per ſe etiam Catharticus, ſi drachma vna è iuſculo carnis ſumatur) & ad deſtillandum aptiſſimus: Indatur Cucurbitæ luto oblitæ, & aperto igne deſtilletur inſtar Aquæ Fortis, ita tamẽ adhibẽda eſt multa cautio, vt commiſſuræ Receptaculi capaciſſimi probè adaptati ſint diligenter propter ſpirituũ penetrantiam luto munitæ, ne huius aquæ ſpiritualis euanida virtus in auras euolet. Ignis primò ſit lentus, poſtea fortificetur, donec omnes ſpiritus exierint, & Recipiens nubibus repletus iterum factus ſit tranſparens & pellucidus. Da operam ne ignis nimium inualeſcat, propter ſummam ſpirituum penetrationem. Aqua primùm emanat, deinde fœtidum oleum: ſeparentur

tur per tritorium: Aqua ſeu ſpiritus primùm corrigitur & rectificatur in cellario, collocando octiduum in gelidam aut madidam arenam: Oleum corrigitur ex aceto deſtillato per retortã in igne aperto, tunc eliciatur cum aceto, atque emanat nunc rubrum, nunc citrinum, atque ita acetum recipit Empyreuma in oleum, & oleum aureo colore ſine fœtore ſuccedit. Spiritus ſeu Aqua poſtea in cineribus per alembicum deſtillatur, & rectificatur bis vel ter, vt ſit purus, nec ita odore grauis, qui tamen planè tolli ſine virium amiſſione nõ poteſt. Si Salem è capite ſuo mortuo arte extrahas, & ſpiritum hunc deſuper in Balneo rectifices, tunc fœtor magna ex parte perit: Eodem enim modo omnia olea à fœtore per abſtractionem à ſuo Sale proprio rectificari poſſunt.

Vel circula illum ſpiritum cum Spiritu vini ana in digeſtione, ita odor gratior erit: Vel ſupra Caryophyllos poteris illum rectificare.

Vel aliquot guttæ olei Vitrioli cum duob. vel tribus cochlearibus Spiritus vini digerantur, & poſtea miſceantur cum Tartari ſpiritu, ſic etiam fœtor perit.

Sunt qui aquæ Roſarum aliquid propter odoris emendationem miſcent.

*Obſeruatio.*

Fœtor ille ſpiritus Tartari in totum non eſt auferendus, nec formidãdus, cùm habeat ſignaturam Fœtorum, quando videlicet in Peſte, vel in aliis morbis venenatis exhibitus, magno iuvamine profluentes fœtidos ſudores è corpore copioſè expellit.

*Vires & Vſus.*

1. Præ omnibus ferè aliis medicamentis & Arcanis hoc ſolum excellit in tollendis omnibus obſtructionibus & putrefactionibus.

2. Si ter quotidiè exhibeatur, multum facit in Paralyſi, totum enim corpus penetrat & roborat, quod in hoc morbo maximè requiritur.

3. In Hydrope etiam feliciter vtimur cum aqua Soldanellæ & Ebuli: Aſſumitur etiam cum oleo Vitrioli; tũc aquas per vrinam pellit, quicquid hâc viâ non perficitur, difficulter tentabitur aliâ.

4. Vitia menſtruorum retentorum corrigit.

5. Initia Lepræ profligat.

6. In Eryſipelate cum æquali pondere Theriacæ circa finem morbi drachma j. exhibetur, ita tamen, vt venæ ſectio in robuſtioribus præcedat.

7. Icteritiam & omnes inde exortos morbos expellit.

8. In Lue Venerea ſingulare eſt medicamentum, ſi Turbit minerale ſimul exhibeatur: Expellit enim è Centro Luem internam, poſtea cruſtæ oleo Guaiacino inunctæ decidunt.

9. A Centro ad circumferentiam & ſuperficiem expellit omnem ſcabiem latentem, ſerpiginem, lentiginem.

10. Prouocat ſudorem.

11. Prodeſt Pleuritidi & Anginæ.

12. In morbis capitis etiam vtimur.

13. In

13. In Febribus.

14. In Contracturis. Huius enim vſu Dauidē Syderocratem Spirenſem quondam Medicum, olim Generoſam Dominam Catharinam Bappenheymiam, nunc in Chriſto quieſcentem, neque manus, neq; pedes è doloribus Colicis mouentem, ad perfectam ſanitatem, adhibitis etiam Balſamis externis reſtituiſſe vidi.

15. In puncturis Laterum.

*Doſis.*

A ſcrupulo vno ad duos in aquis ſpecificis & conuenientibus.

Sulphur Tartari verum, ſummè cauſticum, ab Expertis Philoſophis olim in magno ſemper pretio fuit habitum: Extrahitur beneficio ſpiritus Homogenij, & à quibuſdam per ſe vel cum Leone reſoluto rotatur, an auidæ illorum expectationi ſatisfaciat, iudicium eſto penes experientiam.

## VI.

### *CONFORTATIVVM.*

CONfortans & corroborans Internum & Innatum Balſamum, clarificando & mundificando ſpiritus & Elementa omnia microcoſmi. In quo ſecundùm Paracelſum non curandum calidá-ne res ſit an frigida: ſed arcani conſideranda vis.

Ita curationes, quæ corroboratione, ſeda-

tione & mitigatione abſoluuntur, tutiores ſunt, præſtantiores, altiores, vtpote ad Balſami Innati Naturam ac proprietates propiùs accedentes, & quoad fieri poteſt cum prioribus curationum Indicationibus, id eſt, cum Purgantibus, Reſoluentibus, Abluentibus, cum Diureticis, Diaphoreticis, & Mundificantibus miſceri & coniungi debent.

Sic Natura confortata per διαπνὴδησιν, ſeu inſenſibilem Tranſpirationem, ſæpè etiam Criticè per hæmorrhagiam ſponte concitatam, materiã morbidam deponere, & exonerare, magno ægrotantis leuamine & ſalute inſperata conſueuit.

## *SAL MARGARITARVM Orientalium.*

Variæ excogitatæ ſunt viæ ſoluendi Margaritas, per ſpiritum Vitrioli, per ſpiritum Guaiaci rectificatum: item per aquam Locuſtarũ Quercus nouellæ: ſimpliciſſima & optima videtur per acetum deſtillatum.

Poſt ſolutionem abſtrahitur acetum ad ſiccitatem, & Sal aqua pluuiali deſtillata, vel quod melius Rore Maiali ſupra Triticum collecto, ſolutum & filtratum denuò euaporatione ſicceſcat, reiterando quinquies vel ſexies hunc laborem, donec Sal candidiſſimum habeas ab omni acetoſitate acri liberum.

*Vires & Vſus Salis Perlarum.*

Cordiale eſt nobiliſſimum, Auro potabili intem-

temperatura & operatione, quàm proximè accedit.

1. In Contracturis, reſolutione Neruorum, Conuulſione, & Phrenitide.

2. Corpus ſanum conſeruat, læſum priſtinæ ſanitati reſtituit, lac muliebre emendat, ſemen vtriuſque ſexus auget & corrigit.

3. In confortatione cerebri, memoriæ & Cordis conducit, in aqua Cinamomi, Borraginis, Bugloſſæ, Saluiæ.

4. Prophylacticum Apoplexiæ, & Vertiginis.

5. Exiccat & conſumit omnes prauos humores in corpore exiſtentes, è quibus Podagra, Arthritici dolores, & Febres ſolent exiſtere.

6. Contra Tabem, ariduram, & marcorem ſenilem.

7. Vtimur etiam in Hydrope ad confortationem præmiſſis generalioribus.

8. Contra Calculum ſingulare.

9. Renouat, auget & confirmat humidum Radicale, ita etiam à ſenectute debilitatis ſummoperè conducit.

10. Certiſſimum præſeruatiuum contra Paralyſin bis in ſept. 10. grana in vino Maluiatico.

11. Mitigatiuum in morbo Venereo quotidiè 10. grana ſumendo idque per 10. dies.

12. In Epilepſia ſingulare eſt medicamentũ: vſus eius per 6. ſeptimanas mane & veſperi.

13. Præſeruatiuum in Podagra, quotidiè 10. granis Salis vtendo, & per 12. dies continuando.

14. Fortificat humorem Vitæ & Naturam internam in omnibus membris.

15. Contra Tremorem & pulſationem Cordis, item animi deliquia in aqua Cinamomi.

16. Fœtum in vtero etiam fortificat.

*Doſis.*

Doſis Salis à gr. 10. 12. 15. ad ſcrupulum j. ex aquis conuenientibus, Cinamomi, Bugloſſæ.

Offertur etiam in aqua Roris Maialis ſupra triticum, vel frumentum collecti.

*Herbæ & flores inter deſtillãdum flauas guttas emittentes.*

Vel ex Aqua Rorellę vel Roris Solis, quę deſtillando flaua egreditur, quod mirum eſt, ſicuti etiam Crocus facit, & Verbaſci florum ſuccus expreſſus inſolatus & deſtillatus.

Notandum ſi Perlæ per acetum Botrin reſoluantur, & edulcoratum Sal in cella ſuis menſibus in liquorem fluat, tunc huius liquoris aliquot guttæ, miro & iucundo ſpectaculo coagulant optimum vini Alcohol in Butyrum ſciſſile.

## SAL CORALLORVM.

Eodem modo Sal Corallorum paratur, Concharum margaritiferarum, oculorum Cancri, & aliorum Cruſtaceorum lapidum.

Reſoluuntur autem omnia hæc Salia menſibus Iunio, Iulio & Auguſto demum, in cellariis, ſupra porphyrium vel vitream tabulam, in liquorem, tunc enim propter Antiperiſtaſin cellæ ſunt frigidiores : Aliis autem menſibus fruſtrà reſolutionem attentabis, aut ſolitis menſibus indicatis difficiliorem.

Tincturam Corallorum veram & genuinam apud neminem adhuc videre contigit : Optima enim

enim quæ affuſione Aquæ mellis extrahi creditur, potiùs Tinctura Aquæ mellis eſt quàm Corallorum: Multa enim ſunt Menſtrua, ſi ſtant aliquandiu in digeſtione, per ſe ſpontè rubeſcunt (vt in ſpiritu Terebinthinæ multoties licèt rectificato videre eſt) & ita incircumſpectos decipiunt, arbitrantes ſe Tincturam Rei ſoluendæ habere, cùm tamen ipſius ſit Menſtrui ſoluentis. Nec Spiritus vini Sali Corallorum affuſus licèt coloretur in digeſtione Balnei rubedinem veram extrahere videtur. Sunt qui Corallos in Spiritu Salis ſoluunt, affundendo poſtea ſolutioni rectificatiſſimum vini Spiritum, quem ſupernatando dicunt Tincturam ad ſe attrahere, & per tritorij ſeparationem & abſtractionem in B. per ſe poſtea recuperari poſſe. NB.

*Vſus & Vires Salis Corallorum.*

Sicuti Coralli mirabiliter creſcunt, ita etiam mirabilia ſunt illorum Arcana, myſteria, ſecreta & magnalia: quemadmodum enim rutilantes integri ex commendatione Paracelſi excellentes ſunt contra Phantaſiam, Phantaſmata, Spectra, Eueſtra, Melancholiam: ſic Sal vſu medico ſingulares virtutes etiam de ſe exhibet.

1. Salis Corallorum ea vis eſt & Natura, ſanguinem in vniuerſo corpore ſic mundificare & renouare, vt omnib. morbis & affectionibus ex ſanguine corrupto ortũ ducentibus breue intra tempus ſublatis ac ſanatis, corpori veluti reintegrato, alacris priſtinæ ſanitatis vigor reſtituatur.

2. Siſtit omnes fluxus muliebres immodicos in aqua Plantaginis.

3. Omnes fluxus ventris.

4. Omnem ſanguinis profluentiam & reiectionem, hæmorrhoidas.

5 Ad mundificationem vel renouationem ſanguinis in aqua Fumariæ vel Cichorij.

6. Siſtit putredines, roborat Cor & ſpiritus vitales, ipſúmque tuetur à labe Veneni.

7. Confortat & corroborat Stomachum & Calidum innatum.

8. Omnes obſtructiones tollit, in præcipuis membris Pulmone, Iecore, Renibus.

9. Concretum ſanguinem dirimit.

10. In vehementiſſima ſuffocatione matricis, vbi omnia irrita, item in menſtruis ſuperfluis cū aqua Artemiſiæ, Meliſſæ, Pulegij.

11. In Hydrope, Spaſmo, Paralyſi, Epilepſia, in aqua Cinamomi continuando.

12. Contra Calculum in aqua Ononidis.

*Doſis.*

A granis 6. 10. ad ſcrupulum j. vel duos ratione ætatis, & ſecundùm morbi vehementiam.

In ouo ſorbili loco Salis communis, iuſculo, vino generoſo, aqua Cinamomi: poſſunt etiam tabellæ parari.

*Extra.*

Sanat vlcera.

## LIQVORES GEMMARVM, VT RVBInorum, Granatorum, Hyacinthorum, Topaſiorum, Amethyſtorum, Cryſtallorum item & Silicum ſic parantur.

Cum Sulphure ter vel quater comburuntur earum pulueres in Igne Rotæ, in crucibulo cum cooperculo, vltimò Carbonibus tegitur totum crucibulum: abluitur Sulphur, & fæces tritæ cum ana Salis nitri purificati miſcentur & calcinantur in tigillo clauſo in Igne Rotæ vt fluant, Sal à puluere propter corroſionem aqua calida abluitur, poſtea pulueri edulcorato Menſtruum Terebinthinatum affunditur, diligenter primis horis mouendo omnia, ne materia lapideſcat, ſic reſoluentur: Menſtruum poſtea abſtrahatur in alembico, & Sal in fundo remanens dulcificetur aliquoties, ſemper filtrando aqua deſtillata & euaporando. Poſtea illum Salem ſupra nominatis menſibus ponito ſupra marmor in cella vinaria, vt in liquorem reſoluatur. Fęces in fundo remanentes poſt ſufficientem Menſtrui affuſi extractionem iterum poſſunt comburi nouo Sulphure, & pro vlteriori Extractione Salis denuò modo priori in vſum adhiberi.

## ACETVM RADICATVM, QVOD HVſerus Acetum Terebinthinatum vocabat, Verum Menſtruum omnium duriorum Lapidum.

R. Exempli gratia lib. 2. vel tres Terebinthinæ, affunde vltimæ medietatis aceti deſtillati

libras duas, & deſtilla ſecundùm artem in arena primò lento igne, donec acetum cum ſpiritu Terebinthinæ egreſſum ſit, poſtea auge ignem, & exibit oleum flauum & aqua rubicunda acerrima, quando oleum rubrum vult ſtillare, ceſſandum eſt à labore. Separa poſtea ſpiritum Terebinthinæ, & oleum ab aceto per tritorium, & ſolum acetum ſupra Zinziber rectifica.

Huius aceti parata copia in promptu habenda, cum illo enim dicto modo vna opera ſoluentur omnes Lapides Paracelſi contra Calculum, vt paulo poſt ſuo loco dicetur.

## OLEVM CINAMOMI.

Oleum Cinamomi legitimè præparatum, inter efficaciſſima confortantia Spagyrica referri poteſt.

Et licèt eius præparandi modus cuiuis in Chymicis exercitato ſit obuius: hîc tamen obiter admoneo, aromata deſtillanda in puluerem non eſſe redigenda, vt quidam præpoſterè facere ſolent, ſed tantùm in fruſta confringenda, modicúmque contundenda, alioquin dimidio minus tibi Olei ſuppeditabunt, vt periculo facto aliquoties ſum expertus.

*Hac via maior Olei copia haberi poteſt, quàm vulgaribus deſtillationibus.*

Confractum ſelectiſſimum Cinamomum in retortam vitream immittas, & in Balneo vaporoſo deſtilles, tunc exit Aqua & Oleum ſimul: Illam Aquam recenti ligno affunde & perge in deſtillatione, quam ſi continuaueris aliquoties

dicto

dicto modo, habebis magnam copiam Aquæ & Olei, fæces in fundo omninò aridas ſubnigras & inſipidas.

*Vires & Vſus.*

1. Omnia principalia membra corporis confortat, in primis Ventriculum frigidum, Cor, & Cerebrum, anhelitúſque fœtorem abigit, eiúſque ſuauitatem inducit.

2. In vniuerſum Balſamo Naturali (ſicuti etiã oleum Caryophyllorum) reſpondet, intus putrefactionem arcet: Extrinſecus omnia recentia Vulnera ſeu vlcera conſolidat.

3. Tollit Tuſſim frigidam, & Capitis dolorem.

4. Cor exhilarat & omnia membra confortat, ſi illo inungantur.

5. Prouocat menſes.

6. Partum promouet.

7. In deliquiis animi ſingulare eſt medicamentum: ſicuti etiam Croci Eſſentia, per aquam Vitis extracta, ſumma eſt medicina, vbi aliquis quaſi ad deſperationem è nimia triſtitia venit.

*Doſis.*

2. vel 3. guttæ è vino, aqua Meliſſæ, vel alia ſpecifica.

Hac via ferè ex omnibus aromatibus Olea elicere poteris longè efficaciora & ſubtiliori quàm vulgari via præparata: è Caryophyllis ſcilicet, Nuce muſcata, Macete. &c.

Hæc Olea ſi in vſum Medicum adhiberi vo-

lueris, fiat hoc aluo aperta, & grauidis vltra guttam non offerenda: Vſus Olei Cinamomi conuenientior hyeme quàm æſtate.

Fuerunt qui mediantibus hiſce Oleis aromaticis Calci auri peculiariter præparato extraxerunt eſſentiam coloratam magno ægrotantium iuuamine in vſum medicum adhibitam.

## ELIXIR PROPRIETATIS *Paracelſi.*

R. Myrrhæ Alexand.
Aloës Epat.
Croci Orientalis ana vnc. 4.

Puluериſentur omnia diligenter, & in vitrũ indantur, humectando optimo Spiritu vini Alcoholiſato, poſtea affunditur rectificatum oleum Sulphuris per campanam factum (præparetur illud oleũ è Sulphure flauo ſeu ſubgriſeo, tempore pluuio, ſic maiorem copiam habebis) ad eminentiam 4 digitorum, ponatur in digeſtione & circulatione per duos mẽſes, tandem quod tinctum & extractum fuit per inclinationem ſepara, materiæ in fundo reſtanti bonum S. vini affunde, & circulando per menſes duos iterum coloratum extrahe, ſepara, ac priori liquori colorato miſce. Fæces in fundo lentè deſtillentur, quod primũ egreditur, addatur ſuperiori Tincturæ, & ita per menſem adhuc ſine deſtillatione circulentur. Sapor eſt ſuauis, non amarus, multò minùs Empyreuma ſapiens, vt fieri ſolet vulgariter deſtillando.

Diligen-

Diligenter obſeruandum materiam primò irrorandam Spiritu vini, vt fiat quaſi paſta, & demum oleum Sulphuris affundendum, alioquin tota materia in nigredinem comburetur, id quod Paracelſus ſtudioſè occultauit.

*Vires & Vſus.*

Balſamum Priſcorum eſt, vt Paracelſus ait, tenuium prorſus partium, calefaciens & ſiccans, ſicque à putrefactione conſeruans. Eſt perfectum Elixir, in eo ſunt omnes virtutes Naturalis Balſami, & virtus conſeruatiua maxima, præcipuè in ſenibus.

1. Miranda in affectionibus Thoracis & Pulmonis præſtat.

2. Aduerſus Peſtiferę Luis contagia populatim graſſantia, aërémque corruptum mirè efficax.

3. Humores Ventriculi diuerſos educit, Stomachum cum inteſtinis confortat, & à doloribus præſeruat.

4. Hecticis, Catharroſis & Tuſſientibus in genere ſubuenit, & pectus mũdificat.

5. Capitis & Stomachi refrigerationi prodeſt.

6. Hæmicraniam & Vertiginem curat.

7. Oculorum caliginem depellit.

8. Cor & Memoriam confortat.

9. Paulatim Pruritum, dolorem item Iliorum & Coſtarum leuat.

10. Calculos Renum rumpit.

11. Quartanam curat.

12. A Paralyſi & Podagra præſeruat.

13. Intellectum & omnes ſenſus acuit.

14. Melancholiam aufert & lætitiam adfert.

15. Senectutem fortiſſima iuuentutis conſeruatione arcet, ac canitiem retardat.

16. Vitam ex nimia cibi & potus ſumptione abbreuiatam prolongat.

17. Vulnera & vlcera interiora breui conglutinat tempore.

18. Omnes demum tàm calidas quàm frigidas Infirmitates occulta quadam proprietate curat.

*Doſis.*

à 6. ad 10. & 12. guttas in vino vel aqua conuenienti & ſpecifica.

## BALSAMA CONFORTANTIA *beneficio ceræ inſpiſſata.*

Quia Olea Aromatica forma liquida propter effuſionis periculum, aut vitri rupturam ſatis aptè & commodè circumferri non poſſunt, cœperunt Chymiatri cogitare de modo inſpiſſandi, ita vt illorum varia pixidibus ſtanneis aut argenteis, ſed probè inauratis, eò commodius circumferri, & vrgente neceſſitate ad manus eſſe poſſint.

Ad illa autem conficienda ſatis ſit hac vice ſolertibus ſaltẽ innuiſſe, requiri ad cuiuſque præparationem tàm Oleum deſtillatione prolectũ, quàm Tincturam per S. v. Alcoholiſatum extra-

ctam

ctam & inſpiſſatam per ſeparationem ab eodem Spiritu: Item Salem poſt incinerationem miniſterio Aquæ è ſuo capite mortuo prolectum: Medium, quod iuſtam conſiſtentiam dat, raſuram eſſe Ceræ albæ ſæpius in aqua Roſarum coctę, vt acredo tollatur, nec vllam ſaporis alienã qualitatẽ referat: Hæc omnia ſi debito & Chymico artificio miſceantur, habentur odorifera Balſama aromatum & vegetabilium, tam pro externo illitu, & inunctione Narium & Temporum, quàm pro interno vſu efficaciſſima, ſecundùm ſimplicium vſum & proprietatem.

## VII.

### ANODYNVM, MITIGATIVVM, *ſomniferum, ſedans.*

MVlti ſunt morbi, qui abſq; Anodynis ſanari nõ poſſunt: Ergo in omniũ morborũ curationibus, vbi dolorũ comites vigilię, viriũque reſolutiones adfuerint, Anodyna intrinſeca appropriata poſſunt adminiſtrari, vt ablatis ſymptomatum ipſis radicibus pernicioſorum cruciatibus, amica quies Naturæ reddatur.

Somnus enim eſt Arcanum in medicina, ſupra omnes gemmas & lapides pretioſos: Et qui in arcanũ ſomniferum à vera Eſſentia ſumptum (quando videlicet morbi inimici quieſcentes intempeſtiuè à ſomno excitati ſunt) poteſt Naturæ egenti commodè applicare, magnifaciendus eſt apud ægrotum Medicus.

## LAVDANVM PARACELSI *laudatiſſimum.*

R. Opij Thebaici vncias tres.

Succi Hyoſcyami debito tempore collecti, & in Sole priùs inſpiſſati vnciam j. & ſemis.

Specierum Diambræ & Diamoſchi fideliter diſpenſatorum ana vncias duas cum dimidia.

Mumiæ Tranſmarinæ ſelectæ vnciam ſemis.

Salis Perlarum,

Corallorum ana drachm. ʒ.

Liquoris Succini albi per Alcohol vini extracti,

Oſſis de Corde Cerui ana drachmam j.

Lapidis Bezoartici,

Vnicornu animalis vel mineralis ana drachmam j.

Moſchi,

Ambræ ana ſcrupulum j.

In defectu genuini auri potabilis nullis corroſiuis inquinati addantur,

Oleorum Aniſi,

Carui,

Arantiorum,

Citriorum,

Nuciſtæ,

Caryophyllorum,

Cinamomi,

Succini ana guttæ 12.

Fiat

Fiat ex his ſecundùm artem Chymicam maſſa ſeu Extractum, è quo ad neceſſarios vſus poſſint pilulæ efformari.

### OBSERVATIONES IN PRÆparatione Laudani.

1. Radices & cortices Hyoſcyami iuniores, recentes, ſucculentæ, exteriores, (abiecto interno trunco lignoſo) colligantur Sole & Luna exiſtentibus vel in Ariete vel in Libra ante plenilunium, alij colligunt, ſi fieri poſſit, in ipſa hora, quando Luna in dictis Signis renouatur. Expreſſus ſuccus deſpumatus & filtro trajectus in loco calido coagulatur ad ſpiſſitudinem mellis, & poſtea in Sole indureſcit, ab hoc, Spiritu vini Tinctura extrahitur.

*Tunc enim ſumma vis ſpiritus, ſeu primum Ens herbæ in radice eſt adhuc concentratum.*

2. Opium purgetur priùs in liquore Hyſſopi, vel aqua deſtillata, vt cum Aloë fieri ſolet, poſtea extrahatur etiam Spiritu vini.

3. Succus Hyoſcyami & Opium (antequam miſceantur reliquis) priùs in digeſtione reiiciat ſua ſulphura & venena noxia (quod ſpumæ inſtar ſuperficiem petit) inde enim tam varia & calamitoſa proueniunt ſymptomata illis ęgrotantibus, qui Opio & Hyoſcyamo non debitè defæcato vtuntur, quod à pauciſſimis hactenus animaduerſum, hîc quoque Rempub. Chymicam cælare nolui.

4. Extrahenda extrahantur Spiritu vini rectificato, quòd diutius poſtea inuicem digerantur, eò potentior etiam erit operatio.

5. Pro mulieribus & hyſtericis propter ſuffocationem matricis Ambra & Moſchus omittantur in compoſitione, vel ad ſupprimendum odorem, aliquot grana Caſtorei addantur ad doſin vnam, antequam mulieribus exhibeatur.

6. Fæces Opij, Hyoſcyami, ſpecierum Diambræ, &c. poſt Tincturæ extractionem calcinantur, & Sal ſecundùm artem extractum miſcetur circa finem integræ compoſitioni.

7. Ab omnibus illis, quæ Spiritu vini extracta ſunt, tandem poſt digeſtionem duorum menſium, Spiritus vini in Balneo iterum abſtrahatur ferè ad mellis conſiſtentiam, & tum demum Sal Perlarum, Corallorum, Mumia trita, Lapis Bezoar, Vnicornu, Os de Corde Cerui, Moſchus, Ambra pulucrizata miſcentur: Et quia Olea deſtillata difficulter Extracto miſcentur & ſemper ſupernatare ſolent, omnibus Oleis nominatis in vitro priùs inuicem mixtis aliquot guttę Spiritus vini affundi ſolent, & diligenter commiſceri, ita inuicem vniuntur, & poſtea facilè permiſcentur toti compoſitioni, quæ tandem in lentiſſima cinerum digeſtione in alembico cæco per menſem maioris efficaciæ & operationis ergò fermentari poterit.

## *ELECTVARIVM LAVDANI.*

R. Opij,

Succi è Rad. Hyoſcyami Eſſentificatorum ana vnciam vnam.

Eſſentiæ radicis Mandragoræ cum S. v. extra-

extractæ drachmas ſex.

Specierum Diambræ ſine Moſcho & Ambra præparat. vncias quatuor.

Salis Perlarum,

Corallorum ana drachmas duas.

Carabe,

Mumiæ ana ſcrupulos quatuor.

Croci Orientalis ſcrupulos duos.

Vnicorni ſcrupulum vnum.

Terræ Strigenſis drachmam j.

Mellis deſpumati vncias duodecim.

Diſſoluatur Eſſentia Opij & Hyoſcyami (ſi ſit nimis liquida, fac vt Spiritus vini priùs ſufficiẽter, lento calore ab illis euaporet) in melle ſupra ignem, poſtquam probè mixta fuerint, adde Salia Perlarum & Corallorum, poſtea reliquos pulueres tenuiſſimè tritos, Carabe ſcilicet, Mumiam, Crocum, Vnicornu, Terram ſigillatam, cum ſpeciebus Diambræ, paulatim inſperge tepidè diligenter miſcendo in formam Electuarij.

*Vires & Vſus.*

Laudabile medicamentum, quòd planè ſuo Nomini reſponderit, ſi Laudanum dicas.

Mirum atque iterum mirum, cur à quibuſdam ſciolis Opij vſus intra corpus formidetur, cùm Laudanum Opiatum ab omnibus Venenis & Impuritatibus liberum ſit, vt taceam pręſtantiſſima corrigentia admixta. Id de Officinarum & Veterum Compoſitionibus, quas Opium & Hyoſcyami ſemen ingrediuntur, affirmari non poteſt, vt de Philonio Romano, Perſico, Tar-

ſenſi, Athanaſia magna, Aurea Alexandrina, Nicolai, Triphera, Theriaca, Mithridat. Andromachi, Trochiſcis de Alkekengi, Pilulis de Cynogloſſa, &c.

Anodynum hoc ſpecificum εὕρημα πρὸς πάσας παθῶν ὀδύνας. Extremum eſt refugium.

1. In omnibus doloribus acutis, frigidis & calidis, tam externis quàm internis, vbi prę vehementia homines ferè exanimantur, maximè in dolore Colico cum aqua Menthę (aluus ſit libera & aperta) Nephritico, Pleuritico, Arthritico.

2. In ſiſtendis omnibus defluxionibus omniũ humorum & Catharrorum tenuium, pręſertim in principio.

Item in omnibus profluuiis Inteſtinorum, ſiue ratione humorum peccantium & mordentium, ſiue ratione humorum purgantium, cum Maſtice tunc & Terra ſigillata datur.

3. In Vigiliis & Inquietudinibus immodicis intra & extra. ſi ab extra vis adhibere, tũc è granis 4. vel 6. cum tribus guttis olei Nucis Muſcatæ, vel tantillo expreſſo oleo fac turundam lineam, & naribus indendo mirificè ſomnum inducet: vbi altiùs dormiunt, poteſt turunda eximi: Ita Hæmorrhagia Narium deſperata ſanata fuit, è gr. 16. duas pilulas formando, & vtramque Narem pilula vna occludendo.

4. In omni Febrium genere ex aqua Abſinthij & Rutæ (quæ ſunt ſpecificæ Febrifugæ) ſi calor diu durat, poſt quartam horam reiteretur vna Doſis. In ardentiſſimis Febribus ſitim reſtinguit, & ſomnum conciliat, pręcipuè quando

Febres

Febres ſomnum inducant laborioſâ vigiliâ permixtum.

5. Aſthmathici & Phthiſici, ſi in aqua Hyſſopi vtantur, diu illo poſſunt foueri. In Tuſſi cautione opus eſt ne ſcilicet viribus valdè infirmis exhibeatur, & cùm recrementorum copia in Thorace continetur: Etenim quamuis Tuſſim leniat, ac ſomnum accerſat, Thoracis tamen anguſtiam adauget. Quare præſtat in Tuſſi ex eo ſemper minus dari, & præterea Extenuantia ac Abſtergentia ei miſceri, vt Oxymel, aut quod ex Marrubio conficitur: Tunc potiſſimum datur, vbi id, quod influit, tenue eſt & acre: ſi enim tale quid ſit, nil inde nocumenti, ſi antidotum dederis: Nam ea quæ tenuia ſunt, mediocriter craſſa reddit, & contemperat, doloréinque hinc prouenientem finit: In maxima Tuſſi additur Tragacanthum.

6. Conſeruat Calorem natiuum, corroborat ſpiritus, & reparat vires, præſertim illud in quo eſt Moſchus.

7. Efficax eſt contra affectus Melancholicos præter rationem mœſtos, Cardiacos.

8. Feliciter vtimur etiam in Vomitu, Singultu, in exoluto & debilitato Ventriculo.

9. In Sanguinis excretione, & Menſtruorum nimia euacuatione, cum Croco Martis & Corallis rubeis.

10. In Phreneſi, Mania, intra & extra illinitur Temporibus cum Aqua Vitæ.

11. In Epilepſia cum ſpiritu Vitrioli & Eſſentia Camphoræ cum oleo Amygdalarum

extracta, ſolet offerri.

*Doſis.*

A granis 2. ad 3. 4. Si aluus eſt libera tunc efficaciter operatur: Offertur etiam in Aquis ſpecificis & appropriatis illíſque remiſcetur, ſecundùm 7. membra & morbos. Si morbus eſt vehemens, poteſt circa noctem longè à cœna pilula j. dari, media nocte altera, manè tertia.

*Electuarij* idem Vſus, niſi quod Doſis augeatur. Datur à drachma vna ad drachmam j. & ſemis, in appropriato liquore, vino, vel aqua Cinamomi: Puerperis & infantibus etiam tutò poteſt exhiberi.

## VIII.

## ODORIFERVM.

IVuatur Humana Natura odoribus, iuuantúrque ſpiritus: ideò Philagrius apud Aëtium non inſcitè dicit, Naturam odore grata lubenter amplecti, & inde recreatam ac quaſi reuiuiſcentem vires ſuas à morbi ferocia preſſas reuocare: Odor enim naribus hauſtus ad Cor & Cerebrum trahitur, ſpiritum compreſſum ſuffocatúmque excitat, halantem & fugacem retinet: Imò ſunt etiam regiones calidæ, vbi Aſtomos ſolis odoribus viuere Plinius innuit. Aër ratione ſanitatis habet plurimum momenti, qui enim à fœtore ægrotat difficulter ſanatur, quia ingratus odor cum ſpiritu permeat ad omnes corporis partes,

ma-

maximè ad Cerebrum & Pectus. Odore Elixiris Vitæ ex variis aromatibus compoſiti, dicit Baptiſta Porta, ſe multiplici Experientia multorum exhalantem retinuiſſe animam: In multis igitur morbis rectificandi & corrigendi ſunt ſpiritus vitæ: Principalia enim membra & vitales ſpiritus (quæ vtraque à quouis Veneno omnium primò moleſtantur & inficiuntur) mirabiliter odoratis reficiuntur, ac venenati excluduntur fumi: Oportet enim ſpiritum ſpiritu & odore recreari ac inſtaurari: Sunt enim odores ſuaues noſtris ſpiritibus ſolis vitæ noſtræ autoribus analogi & communicabiles. Videmus, vt ad ingratos odores nares obturemus, & ſpiritum cohibeamus, ne percipiamus fœtorem, à quo dum ſentitur facilè debilitamur. Adhæc vbi ſpiritus noſtri, deliquiis animi vel conuulſionibus concluſi, premuntur ac deiiciuntur, ſtatim atque odorifera nobis admota percipimus, erigimur, animúmque ac vires recuperamus: Videmus matricis os deorſum ſurſúmque verti, vbi ſuauis odor ſpirat: Ad eundem modum non ſolùm in Peſte, ſed etiam in Vngarica febre & ſimilibus Venenatis morbis, ſpiritus, qui attractione contagij inficiuntur & contaminantur, ſuffitibus emendari & reſtitui tùm poſſunt tùm debent, vt videre eſt apud Conradinum in libello ſuo de Febre Vngarica, in qua Candelas & Aquas odoriferas varias deſcribit.

In Conficiendo Specifico odorifero, odoris fragrantia deficientem animum mirè reuocãte,

qui volet ſequi Paracelſi proceſſum in Archidoxis, operam & ſumptus in illo per digeſtionem præparando mecum perdet. Zibetta, Gummata, Tragacanthum in digeſtione ingratum nanciſcuntur odorem.

R. Macis.
Caryophyllorum.
Cinamomi electi ana drachm. duas.
Ambari griſei drachm. j.
Muſci drachm. ſemis.
Zibettæ drachmas duas.
Gummi Arabici drachm. j.
Tragacanthi priùs ſupra fornacem ſiccati drachm. duas.

Hæc duo gummata cum Moſcho terantur.

Omnibus diligenter tritis miſce Zibettam, & affunde Aquæ Namphæ optimæ ſeu Damaſcenæ odoriferæ pro libitu, ex odoratis ſpecificis & aqua Roſarum præparatæ, in qua priùs per octo dies in digeſtione modicum de Paracelſi Carbon vel Zibetta occidentali admixtum ſit: Huius aquæ priùs per bombycem vel ſetaceum colandæ affunde diligenter agitando quantum pro incorporatione maſſæ ſufficit, ex qua poſtea vel poma, ſeu ſcuta & pentacula Cordis formam habentia effingito, & in vitro ſine digeſtione indurari permittito.

Vel hoc modo parari poteſt:

R. Aquarum Roriſmarini.
Liliorum alborum.
Baſiliconis.
Roſarum.

Maioranæ.
Spicæ.
Lauendulæ ana q.ſ.

Pro humectatione Macis, Caryophyllorũ, Cinamomi ana drachmas duas, priùs tamen aromata mediante ſetaceo in tenuiſſimum puluerem redigantur, adde Ambræ pulv. vnciam ſemis, Moſchi Alexandr. drachmas duas, Zibettæ vnciam j. Omnibus diligenter mixtis, adde pulueriſati gummi Arabici drachmas 2. Tragacanthi pulueriſati drachmas quatuor, diligenter agita, & relinque per noctem, donec omnia benè incorporentur, ſequenti die efforma placentulas ſeu ſcuta intra duo folia in calido confeſtim ſiccanda, & ad vſus ſeponenda.

*Vires & Vſus.*

Quemadmodum Zibetta ſuo odore ſtercora expellit: ita Specificum odoriferum morbos ab ægrotis eiicit: Et quemadmodum Tyrus immiſcetur compoſitioni Theriacæ, vt penetrare faciat vim aliorum Ingredientium ad membra principaliora: ita etiam propter maiorem penetrationem Carbon additur, cuius præualens odor ingratus (qui tamen in digeſtione ſicuti Experientia me docuit in ſuauiſſimum & gratiſſimum tranſmutatur) citiùs penetrat, quàm operationes omnes Liliorum, vt verè Theophraſtus innuit.

Vſus huius Specifici odoriferi, quando medicamẽta nõ poſſunt intra corpus ſumi, vt in Apoplexia, Epilepſia. Multi.n.talib.odorib.excitan-

tur, non quòd planè morbus inde tollatur ſeu curetur, ſed quòd via præparetur: Per virtutem enim odoris corpori communicatam ſanguis mouetur, & Cor ſupra modum refocillatur.

In Apoplexia.
Epilepſia.
Colica.
Suffocatione Matricis.
In aura peſtilentiali maligna.
In confortanda Venere, mariti illo etiam ad vſus ſuos vtuntur.

Miſcetur tantillum cum oleo Nuciſtæ expreſſo, vt fiat quaſi Linimentum, & in ſupradictis morbis debito modo adhibetur.

## MEDICAMENTVM SPECIFICVM *omnium ſeptem membrorum principalium.*

CONſerua membra principalia, ait Paracelſus, & non facilè mors eueniet, nam abſque membri principalis conſeruatione non poteſt curari morbus. Si enim vitam velis conſeruare, non ſolùm Cor in ſuo eſſe conſerues, ſed etiam Cerebrum, Hepar, Pulmonem, Lienem, Renes & Fel. Nam quamuis *Cor* ſit Centrum ipſius corporis atque Radix, tamen quodlibet membrum principale deſtructum adfert mortem.

℞. Olei Succini ter vel quater per aquam Maioranæ rectificati drachm. 2.
Spiritus Vitrioli veri.
Salis Cranij microcoſmici ana vnciam ſemis.

Tincturæ

Tincturæ Croci Orientalis,
Granorum Alkermes ana drachm.ij.
Salis Margaritarum.
Coralliorum ana vnc.j.
Olei Cinamomi & Maceris ana drach. ſemis.
Lactis Sulphuris vnciam j.
Extracti Spodij vnciam j.ſemis.
Magiſterij Tartari vnciam j.
Antimonij Diaphoretici vnciam ſemis.
Tincturæ Croci Martis.
Chelidoniæ.
Rhabarb.ana vnc.ſemis.
Liquoris Cryſtalli.
Calculi microcoſmi ana vnciam j.

Cum extracta & inſpiſſata Theriacæ Eſſentia. melle Iuniperino, Conſerua Roſarum,addendo pro libitu ſaccharo Roſaceo, redigantur omnia ſupradicta diligenter mixta in iuſtam Electuarij conſiſtentiam addita Moſchi & Ambræ ana drachm.j.

Propter Ventriculi ſympathiam cum reliquis membris addantur drachmæ duæ olei Vitrioli Veneris,cum drachma ſemis olei Nuciſtæ deſtillati.

*Vſus & Doſis.*

Vſus huius medicamenti in deploratis morbis, vbi nec ægroto , nec ipſi Medico conſtat de genere ſeu morbi ſpecie.

Et quia in omnibus morbis internis neceſſa-

riò vnum (ſi non plura) ex illis ſeptem membris afficitur, poterit etiam in omnibus ægritudinibus tutiſſimè exhiberi. Abſque membri enim principalis cõſeruatione non poteſt curari morbus.

Doſis à gr.5.6.7. vſque ad 10. in vino vel aqua Cardui benedicti, vel appropriata, ſecundùm ſeptem membra.

## *SPECIFICVM CAPITALE.*

MVltas Paracelſus virtutes tribuit in curanda Epilepſia Volatilitati ſpiritus Vitrioli: At illius apud nullum adhuc Chymicum data mihi fuit videndi facultas, nec vllus mihi affirmare potuit, quod confirmatam Epilepſiam ſolo vulgari & ſimpliciter præparato Vitrioli ſpiritu tollere potuerit. Hunc ſequentem Spiritum efficaciſſimum vſu medico deprehendi.

## *VITRIOLI SPIRITVS.*

R. Vitriolum Hungaricum, ſeu Cyprium, vel Romanum perinde eſt (quamuis illud in Sileſia in mineris *auff dem Zigmantell* Huſerus ſemper plurimi fecerit, conficitur enim è Minera Auri, Argenti, Ferri & Veneris) ſolue in aqua deſtillata vel rore Maiali, & ſolutum cola, poſtea collocetur in digeſtionem cinerum ſeu arenæ vel fimi, in alembico negligenter ſaltem obturato, quia nil euaporat: ſtet per menſem, tunc ad ſuperficiem eiicit fæces ſeparandas: Iterum ponatur in digeſtione tamdiu, donec nullas fęces ampliùs

plius reiiciat, poſtea coletur, & quod clarum eſt, in lento igne Balnei vel arenæ deſtilletur, ſpatio aliquot horarum duarum vel trium phlegma egreditur, quod auferendum eſt, poſtea ſequuntur ſpiritus (vbi hi incipiunt aſcendere, quod guſtando poteris deprehendere, ſenties enim aciditatem, & videbis, vt in deſtillatione aquæ Vitæ fieri ſolet, ſtriarum inſtar in alembicum aſcendere) qui mutato vaſe Recipiente ſeorſim colligendi ſunt. Hic Spiritus Vitrioli ad odoris ſuauitatem & dulcis aciditatis gratiam reductus, in quo nec ſenſibilis corroſio in lingua apparet, nec tanda auſteritas, ſed ſpiritualis aciditas, vtile eſt medicamentum & curationibus neceſſarium. Qui volet vlterius perſequi deſtillationem, auctiori igne oleum profluens, ad ſuos vſus ſeorſim colliget, & huius rectificati olei partem vnam cum quatuor vel 6. partibus Spiritus vini alcoholizati in Balneo Rorido, per aliquot menſes digeret, & poſtea deſtillabit, habebit Oleum Vitrioli ſupernatans aquæ ſuauiſſimi odoris & iucundi ſaporis, ſeparetur per tritorium: In vſu medicò maximæ eſt efficaciæ. *Oleum Vitrioli ſubdulce.*

*Alia deſcriptio Spiritus Vitrioli.*

R. Vitrioli crudi, ac vt paulò antè dictum depurati, duas ſaltem libras, deſtilla & pelle fortiſſimo igne, vt Spiritus & Oleum egrediantur: Liquori egreſſo adde duas partes aquæ pluuialis deſtillatæ, & in B. M. noua deſtillatio inſtituatur, tunc ſubtiliſſimus Spiritus Vitrioli cum aqua

pluuiali eleuatur in hac rectificatione & egreditur, relicto acidiſſimo Oleo in fundo. Ille egreſſus Spiritus aqua pluuiali immixtus ſummè penetrans eſt, & in Febri Vngarica & aliis febribus ardentibus efficaciſſimè operari ſolet.

## EPILEPTICVM MEDICAmentum.

*Mirum ad Lunæ vices Cerebrum commoueri, augeſcente humectari, & minuente ſiccari, vt in Epilepticis videre eſt, qui creſcentis Lunæ damna ſentiunt.*

Primò Vitriolum ad flauedinem calcinatum imbibere conuenit Spiritu vini, vt fiat maſſa.

Huius accipe libram j. & ſemis.

Raſuræ Cranij Hominis iuſtificati.

Viſci querni.

Vngulæ Alcis.

Granorum Pæoniæ ana vnciam j.

Omnia ſcindantur & tundantur, poſtea mixta deſtillentur per retortam ſeruatis gradibus, vltimò violento Igne pellantur.

Huius egreſſi liquoris libra j. rectificetur in Balneo Mariæ ſupra.

Caſtorei.

Specierum Diamoſchi dulcis ana vnc. ſemis.

Anacardi drachm. ſex.

Poſtea adde Spiritus vini lib. 4.

Salis Pæoniæ drachm. j.

Liquoris Salis Perlarum & Corallorum ana drachm. j.

Olei Aniſi.

Succini ana ſcrupulos duos.

Miſce & digere in Balneo per menſem.

Vſus

*Vſus & Doſis.*

In aqua Pæoniæ datur de liquore dicto cochleare ſemis vel integrum nouem dies continuando, poſt exhibitum medicamentum per tres horas maneat jeiunus.

## APOPLECTICVM.

### AQVA VITÆ APOPLECTICA *Eximia.*

R. Exempli gratia, Florum Lilij Conuallij
Tiliæ,
Pæoniæ,
Primulæ veris,
Maioranæ,
Lauendulæ,
Saluiæ,
Betonicæ,
Roriſmarini,
Ceraſorum ſylueſtrium nigrorum & dulcium, Luna decreſcente decerptorum ana in ſufficienti quantitate.

Tritis omnibus & mixtis (vel ſeorſim flores, ſeorſim Ceraſa deſtillentur) adde Sinapi ſeminis triti libram j. vel duas, pone ad putrefactionem affuſa conuenienti aquæ communis quantitate, in qua tantillum Lupuli & Fermenti incoctum ſit, vt omnia poſſint fermentare, poſtea ſecundùm artem deſtilla, & inde elicies ſpiritũ inflammabilem, quem circula cum ana ſpiritus Vitrioli præcedentis, & in Apoplexia, pro

morbi & ægri ratione cochleare ſemis exhibe, addita vna atque altera gutta olei Succini.

Ab extra etiam tempora & vertex Capitis vtiliter illo liquore inunguntur.

## OLEVM SVCCINI.

In hoc parando diligentia non vulgari opus eſt, requirit enim conuenientem & debitum ignem. Albo Succino è puriſſimo & mero Bitumine in mari generato, in medicina vtimur, non flauo.

R. ergo Fragmentorum Succini albi (exempli gratia duas vel 3. libras) & craſſo modo tundas, non in puluerem tenuem teras: Eluātur priùs ſi opus ſit aqua communi ſordes, deinde ponatur in Cucurbita vel alembico non nimis alto, & effundatur bona quantitas aquæ Roſaceæ & Betonicæ (quod fit ne Oleum comburatur, & vt harum aquarum vehiculo faciliùs ſtillare incipiat) imponatur capitellum capax cum roſtro ſatis amplo, & vas recipiens adaptetur, & in arena, clauſis vtrobique pro more vitrorum iuncturis, ſeruato Ignis gradu conuenienti & continuò ne refrigeſcat, (alioquin inſtar picis nigreſcit & vitrum frangit) deſtillatio abſoluatur. Caue etiam ne Ignis nimium inualeſcat, alioquin recipiens periclitatur.

Primò egreditur aqua & oleum albū cū ſpiritibus nubium inſtar, deinde non ampliùs ſpiritus egreditur viſibilis, ſed in capitello ſtrię apparent, vt in daſtillatione Spiritus vini videre eſt:

tan-

tandem venit oleum flauum, hîc ceſſandum à deſtillatione, vel mutato recipiẽte excipe ſeorſim oleum rubeonigrum ſubſecuturum: vltimò aſcendit Sal ſublimatione: Caput mortuum in fundo manet, friabile, nigrum & leue.

Antequam Oleum Succini albi rectificetur, bene abluatur priùs in aqua communi, voluendo ſępius, poſtea rectificetur lentè in B.M. per aquam Roſarum vel Maioranæ. Poſt rectificationem poteſt etiam vlterius cum noua Roſarum vel Maioranæ aqua aliquoties miſceri, ſemper poſt reſidentiam & ſeparationem olei ab aqua, renouando aquam. Sic fœtor perire ſolet.

A libra vna Succini poſt rectificationem vix tres vel quatuor lotones veri Olei albi haberi poſſunt.

*SAL SVCCINI.*

Salèm ſublimatione vi ignis eleuatum collige & ſolue in aqua Maioranæ & filtra, aquam in B. paulatim abſtrahe: Iterum ſolue, filtra & coagula: hoc aliquoties reiteretur: tũc habetur SAL DIVRETICVM efficaciſſimum, cuius ſuperiùs facta eſt mentio.

*Vires Olei Succini.*

Efficaciſſimum Opobalſamum Europæum meritò vocari poteſt, quia ſua facultate omnia alia Remedia ſuperat in Apoplexia & Epilepſia curanda: olim Sacrum appellabatur, propter vires eius nimirum admirandas & arcanas.

1. In PESTE vna gutta manè & veſperi naribus affricatur, ſic nullum venenum cor inficere

poteſt: Correpto datur à ſcrupulo j. ad duos in aqua Cardui benedicti.

2. Vehementer prodeſt illis, qui periculoſos capitis morbos timent, qualis eſt Apoplexia, Paralyſis, Epilepſia. Nam ſi quis in aquis appropriatis, putà Betonicæ, Tiliæ, Lauendulæ, Ceraſorum nigrorum, &c. vnam atque alteram guttulam Olei illius jeiuno ſtomacho aſſumat, nil periculi erit ab illis morbis: Idem præſtant placentulæ ſeu Rotulæ ex ſaccharo confectę, quibus aliquot guttę Olei immixtæ ſunt. Et ſi Apoplexiâ, Epilepſiâ, Paralyſi quis corripiatur, vix eſt præſtantius Remedium, quàm Olei è Succino albo deſtillati guttæ aliquot in ſpiritum Epilepticum infuſæ & exhibitæ. Prodeſt etiam ceruicem & nares vngere dicto Oleo, & certò pellitur morbus, & recipientes ſe, ſenſum & motum recuperant correpti, non aliter ac ſuffitus eiuſdem Succini albi ſupra carbones naribus Epileptici admotus paroxyſmum ipſi ſedat.

3. Nerui, venæ aut partes neruoſæ Spaſmo aut ſimilibus Contracturis infeſtatæ, vngantur hoc Oleo: ita vtere, vt pauxillum immiſceatur vnguentis, quibus nerui refocillari ſolent.

4. Vna atque altera guttula aquæ Petroſelini immixta & aſſumpta calculos & alias ſuperfluitates meatuum vrinalium pellit.

5. Scrupulus ſemis vel integer ſi aquæ Verbenæ vel Artemiſię, vel Maluatico infundatur, & mulieri parturienti propinetur, partum promouet.

6. Prodeſt frigidis defluxionibus capitis, qui

huius

huius vſu conſumuntur, & cerebrum reficitur.

7. Guttulæ aliquot naribus & Cordis foſſulis ſeu pectoris ſi illinantur, illis mulieribus, quæ ſuffocationes, præcipitationes & ſtrãgulationes vteri habent, ſedat matricis motum. Similis efficaciæ ſunt Rotulę ex oleo Succini cum ſaccharo confectæ, ſi vna atque altera aſſumatur.

8. Confert quoque in deliquiis animi, languore & palpitatione Cordis.

9. Confortat non ſolùm facultatem virtutis Vitalis Cordis, verùm etiam Animalis Cerebri ac Naturalis Hepatis: ideóque in concoctione & digeſtione magnas vtilitates ciere ſolet.

10. In Febribus tres guttæ in aqua Cardui benedicti ante paroxyſmum expectato ſudore aſſumuntur, ſic Febres pelluntur.

11. In Retentione vrinæ tres vel quatuor guttæ in aqua Fragariæ vel vino ſumantur, mirabiliter promouet illam.

12. In Exiccatione Catarrhi conducit.

13. Dolores dentium è defluxionibus exortos curat, ſi cum aqua Plantaginis miſceatur, & inde gargariſmus fiat.

14. In Icteritia datur cum aqua Endiuiæ, Cuſcutæ, Cichoriæ, Chelidoniæ.

15. In Colica ſcrupulus vnus vel drachma ſemis exhibetur in Cereuiſia.

16. In Suffocatione matricis ſeptem vel octo guttæ in aqua Pulegij.

17. In Expulſione fœtus & ſecundinę ſeptem vel octo guttæ in aqua Sauinæ, Artemiſiæ.

18. In menſium retentione 7. vel 8. guttæ in

aqua Meliſſæ.

19. In Contractura, quidam contractus in manibus & pedibus fuit reſtitutus illitu Olei Succini.

20. In Vomitu ſanguinis tres guttæ in aqua Tuſſilaginis, Tormentillæ, Prunorum ſylueſtrium.

21. Vertiginem & Scotomiam curat.

22. Cerebri ſtuporem miraculosè remouet.

23. Viſum cum aqua Fœniculi confortat.

24. In Punctura lateris efficaciter adhibetur.

## *Doſis.*

A guttis 4.6 7.10. vſque ad ſcrupulum vnum, ratione morbi & complexionis.

## BALSAMVM APOPLECTICVM.

R. Olei Nuciſtæ expreſſi vncias duas.
Ambræ griſeæ drach. vnam.
nigræ drach. j. & ſemis.
Moſchi drach. j. & ſemis.
Zibettæ drach. duas & ſemis.
Oleorum ſtillatitiorum Lauendulæ, in quo Lilij conuallij flores maduerint drach. ſemis.
Cinamomi ſcrupulum ſemis.
Maioranæ drach. ſemis.
Caryophyllorum gutt. 6.
Succini drach. j.
Rutæ drachmam ſemis.

Ex his omnibus ſecundùm artē mixtis fiat in

ig-

iuſta conſiſtentia Balſamum: qui volet aliquid de Balſamo Peruviano odorifero addere ei, erit integrum.

*Vires & Vſus.*

1. Apoplecticis, Epilepticis, & Vertiginoſis mirè confert, ſi extremitates narium, tempora, vertex, interiùs etiam palatum, exigente neceſſitate inungantur, noctu & die per interualla.

Pro præſeruatione ſingulis ſeptimanis tantillo, alæ Narium mixta hac pulpa pollice modicè inuncto, vnà cum vertice ſemel atque iterum inungantur.

2. Contra malignam & peſtiferam auram.

3. Omnes Animales & Vitales ſpiritus recreat.

4. Arcanum in Colica, ſi vmbilicus eo inungatur.

5. Matricis ægritudinibus mirè confert, ſi inungatur ventriculus & vmbilicus, etiam Naturalia mulieris ſuffocationem patientis, tunc cōfeſtim recreatur: ad nares autē illarum eo tempore fœtida adhibeantur, qualia ſunt Caſtoreum, Aſſa fœtida.

Vſus ab extra ſaltem eſt: tantillum extremitatibus narium admouetur pro libitu: per vnum aut alterum diem ſuauis ille odor vix euaneſcit.

## OPHTHALMICVM.

R. Vini Maluatici lib.j.
Aquæ ſtillatitiæ albuminum ouorum coctione induratorum lib.j.
Aquæ ſanguinis humani vnciam j.

Aquæ Roſarum albarum,
rubearum ana vnc.tres.
Aquæ Chelidoniæ, Rutæ,
Euphraſiæ, Fœniculi,
Valerianæ, Fumiterræ,
Pulegij ana vncias 2.
Mellis virginei cochl.j.& ſemis,
Aluminis Roch.
Sacchari candidi,
Vitrioli albi ana vnciam ſemis.
Camphoræ drachm.tres.
Salis Euphraſiæ,
Fœniculi,
Saturni ana drachm.j.
Salis Margaritarum,
Corallorum ana ſcrup.duos.
Caryophyllorum,
Zinziberis albi,
Maſticis ana drachm.j.
Tutiæ præparatæ (id eſt in aqua Roſarum & vino Cretico ana ſexies extinguatur ac tenuiſſimè teratur) vnciam j. & ſemis.
Aloes vnciam ſemis.

Terenda terantur & miſceantur, ſtent in vitro clauſo aut in caloris digeſtione per menſem, vel quod melius ſub dio, Soli & Rori exponatur per 40. dies, quotidie mouendo aliquoties, ſic demum inſolata promenda vſui. Qui in vaſe Aurichalcino vult parare & exponere, faciat pro libitu.

Nota Aloen in mortario cum aquis dictis priùs

prius remiſcendam mouendo quatenus in aquam abeat, & ſtrigmenti modo coeat, idq; donec Aquæ remiſceatur, poſtea reliquis addatur.

*Vſus.*

1. Ad omnes Oculorum affectiones,
Inflammationes,
Lippitudines,
Nebulas,
Fiſtulas, & eiuſmodi.

*Modus applicandi.*

Iaceat in lecto æger ſupinus, & iniecta intra apertos oculos aquæ lachryma, vel gutta cum pluma gallinæ nigræ indatur, claudat reſerétque oculos infirmus, vt per oculorum cauitates intruſa aqua per oculum diffundatur, id bis terve in die, & curabitur.

Si Nebulæ fuerint ſupra vel infra corneam, conficito puluerem è Saccharo candido, Alumine combuſto, & Sepiæ oſſe, ſed tenuiſſimè contuſum & ſuccretum in cerniculo, vt tactum effugiat, & quum cubitum pergit ex canaliculo pennæ parum de hoc puluere inſuffletur, móxque aquæ guttam inſtillabis, oculos claudat ac dormiat, nam citiſſimè diluetur.

Vel ſi ſint maculæ, miſceantur cum vncia ſemis illius liquoris Ophthalmici, Laterini olei quater rectificati, & olei Fœniculi ſemel rectificati, ana guttæ 4. item duæ guttę olei Succini rectificati, ac in die de hoc liquore benè mixto bis, manè & veſperi, ſemper vna atque altera gutta oculo indantur.

Mirum & ſtupendum Ophthalmicum fit è

Cancris & Chelidonia, quod ſi debito artificio & tempore præparetur, oculos ad deſperationem læſos virtuoſiſſimè reſtituit, & omnia vulnera ſpatio 24. horarum conglutinat.

# ODONTALGICVM.

## OLEVM ANODYNVM.

℞. Olei Caryophyllorum rectificati vnciam ſemis, ſolue in illo drachmam ſemis Camphorę, adde poſtea ſpiritus Terebinthinæ quater rectificati vnciam ſemis, & mixtum hunc liquorem ad neceſſarios vſus ſerua.

*Vſus.*

Gutta j. vel altera denti dolenti eroſo cum goſſypio indatur ad ſopiendos dolores.

## AQVA EIVSDEM EFFICACIAE.

℞. Serpilli.
Origani.
Saluiæ.
Mentaſtri.
Hydropiperis ſeu Perſicariæ.
Raſuræ Guaiaci.
Raſuræ Tamariſci.
Buxi ana m. j.

Affunde S. v. Opiaticum, videlicet à Laudani cõfectione reſiduum, ad eminentiam trium vel 4. digitorum, ſtent in calore, vitro clauſo, donec tingatur ſpiritus: De hoc ſpiritu Tincto tantillum in ore contineatur, parte illa vbi ſunt dolẽ-

tes dentes, poſtea iterum expuatur: reiteretur ſi opus eſt. Si dens ſit concauus, goſſypium intinctum imponatur. Efficaciſſimè omnes dolores dentium ſopit.

## RECTORALE.

### *LAC SVLPHVRIS.*

R. Sulphuris flaui triti vel cribrati, vel florum Sulphuris partem j. & Salis Tartari partes tres, pone in vitro ore capaci, luto obducto collocetur in arenam, affundatur aqua pluuialis deſtillata ad eminentiam 6. digitorum: Vitri quarta pars ſit vacua, quæ extra arenam promineat, ſubiice ignem ſucceſſiuè, vt bulliat, lignea ſpatula diligenter agitetur, donec Sulphur ferè omne in illis ebullitionibus ſolutum ſit, quod ſpatio 5. vel 6. horarum fit, tunc enim liquor rubeſcit, mediocriter ſaltem ſe inſpiſſando inſtar lixiuij: Si aqua inter bulliendum euaneſcit, affundatur alia feruida: Vltimò vbi ferè omne Sulphur ſolutum eſt, & liquor rubeus ad eminentiam trium digitorum tranſuerſorum reſtat, tunc ita calidè filtratur, per chartam Emporeticam, & defiltrata calida ſolutione parum in alio vitro ponitur, & confeſtim dum adhuc calet, affunditur vinum (ſunt qui aceto deſtillato vtuntur, ſed vinum præſtat) lentè, celeri tamen & alto lapſu, tamdiu, donec colorem ſpiſſi lactis acquirat. Hoc poſtea in peculiari vitro ſeruatur, & proceditur eodem modo cum reſtante ſolutione calida & vino: vltimò omnem lacteum liquorem miſce, & pone in loco tepido, donec albedo

Sulphuris à vino cœrulei & rubei coloris in fundum deſcendendo ſe ſeparauerit, abſtrahe tunc vinum per inclinationem, & affunde aquam pluuialem deſtillatam miſcẽdo: ſtet diem & noctem, ac iterum effundatur affundendo nouam: Hoc toties reiteretur, donec nulla nigredo ſeu impuritas in aqua ampliùs appareat, nec ſenſibilis fœtor, poſtea poſt debitam reſidentiam & effuſionem aquæ ſiccatur per ſe in hypocauſto, & ſeruatur inſtar pollinis, vel antequam planè ſiccetur, miſceatur aqua Cinamomi vel alia appropriata, vt fiat pultis inſtar vel lactis, & priuſquam ad vſum medicum adhibeatur, diligenter moueatur.

*Vires, Vſus, & Doſis Lactis Sulphuris.*

1. Balſamum eſt humidi radicalis.

2. Confortat vires Naturales.

3. Purificat ſanguinem ab omnibus impuritatibus, vnde varij morbi oriri ſolent.

4. Præſeruatiuum Apoplexiæ.
Conuulſionis neruorum.
Lepræ.
Luis Venereæ.

5. Specificum Pulmonum, præſeruat & ſanat Aſthma.

6. Tollit antiquam & recentem Tuſſim.

7. Conſumit & exiccat fluxus Capitis.

8. Confortat Cerebrum.

9. Ventoſitates Ventriculi & Colicam impedit.

10 Hecticis & aridis peculiariter ſua confortatione prodeſt, cũ aqua Cinamomi ſi miſceatur,

vt

vt fiat inſtar lactis liquidi.

11. Phthiſicos oculariter iuuat, agendo in humidum radicale, teſtimonio ægrotantium.

12. In Arthritide, Podagra, Schiatica, & ſimilibus morbis, ſummoperè etiam conducit.

13 Inſtar Ignis occulti conſumit morbum non aliter ac Ignis vulgaris lignum abſumit.

*Doſis.*

Tantum pulueris miſcetur, vt vehiculum quaſi albicante colore tingatur: manè & veſperi j. cochl. Ante exhibitionem diligenter liquori immiſceatur.

Offertur in aquis ſtillatitiis Cinamomi, Meliſſæ, Lauendulæ, aqua Epileptica; vel in Spiritu vini.

## CORDIALE.

PRæcipuum in Medico, qui ægrotum curat, vt Cor benè defendat, & poſtea morbum aggrediatur. Quibus Harmonica Analogia Superiorum & Inferiorum innotuit, & qui ex Aſtrologorum ſuffragiis, duobus Maximis Cœli Luminibus duo maxima hominis viſcera, *Cor* videlicet & *Cerebrum*, dicata eſſe didicere, diffiteri nequeunt, maximum Confortatiuum Cordis in Natura Rerum latenter quieſcere in Auro ſeptem ſigillis munito, ſicuti in præfatione vtraque ſatis annotatum eſt. Fatentur vulgares Medici Aurum Cor confortare, quod non de Communi Auro mortuo, aſpectu ſaltem Cor exhilarante, ſed de Philoſophico, Viuo, Regene-

raro, Pluſquamperfecto, & in omni liquore reſolubili audiendum. Et quamuis Gemmæ quædam Auro præferantur, non tamen hoc fit, quòd Auro ſint meliores, ſed quia rariores & pauciores inueniuntur. Auro enim Natura non contemptibiles indidit virtutes, quas qui ſcit eruere, & arte tractare poterit, comperiet Aurum quod mortuum & ſterile videbatur, viuum adeò eſſe & prægnans, vt germinet, ac de ſe nouum Aurũ, nouis & iiſdem infinitis progeneret incrementis. Quod autem metallorum generatio nõ adeò vt in Vegetabilibus & Animalibus ad oculum patet, in cauſa eſt craſſa illa Terreſtris moles, per quam ſpiritus Vegetatiuus velut carcere incluſus impeditur, quominus officio ſuo fungi, ſibi ſimilia generare poſſit: Hic ſi per artem à Terreſtri illa domo & ſepulchro liberatus, & ab omnibus inquinamentis exolutus fuerit, ſine dubio æquè vt omnes aliæ Creaturæ vis generatiuæ particeps erit, fructúmq; ſuo ſemini correſpondentem proferre poterit, ſicq; metallũ producet metallũ, Aurũ generabit Aurũ. Inde Verus Philoſophus mirabilẽ & omnibus expetendã concinnabit medelam, quæ & metallorum imperfectorum, & humanorum corporũ morbis incurabilib. affectorũ omnia vitia tollet. Felicẽ illũ & térq; quatérque felicem Medicum, qui materiæ vniuerſalis debitæ tria prima ſummoperè purificata ac debita proportione iuncta, ita Rotatione Phyſica per omnes Colores requiſitos in Phœnicẽ incombuſtibilem redigere poterit, cuius beneficio Aurum in fluxu actualiter vegetari & ani-

*In auro eſt omnium magiſteriorum reſeruaculum: auri enim Quinta eſſentia reſiſtit Solis & reliquorum Planetarũ operationibus in Homine.*

& animari, ipſéque Phœnix eadẽ operâ inſeparabili modo aurificari poſſit: Fortunatũ inquam illum Medicum, qui fluente *Sole* Cœleſti, ex Anatomiæ Magicæ & Philoſophicæ Pyronomiæ legibus *Solem Metallicum*, per illam plurimorum nominum Hylealem Aquam ſolutum & Regeneratum *Solis Vegetabilis* ſeu Spiritus vini generoſi appropriato vehiculo *Soli Animali* ſeu Cordi microcoſmico Hominis videlicet Spiritui vitæ tanquam ſimili ritè ac Harmonicè applicare nouit: Cùm donorum datur mei hac parte nondum miſertus ſit, vt ſuprà dixi, licèt varias tentarim vias, & è centum ferè deſcriptionibus Auri Potabilis, ſeu Putabilis potius, multas irrito conatu poſt temporis & ſumptuũ iacturas in igne examinauerim, nollem etiam hoc loco candidũ lectorem Chymicum naſo ſuſpẽdere, quia promiſi me Experta ſaltem in hoc meo libro traditurum: Vt tamen auidæ quorũdam expectationi ſatisfaciam, vnam ſaltem deſcriptionem non ita pridem mihi fideliter communicatã paulò poſt inſeram, quæ quamuis à veritate non videtur eſſe aliena, illam tamen mea Experientia non cõprobatam, lectori cupido, cui integrũ eſt, examinandã offero. Rationes autem & Viæ Alchymiſtarũ vulgarium in conficiendo Auro Potabili, ineptæ, humanæ Naturæ incõducibiles, & à propoſito Philoſophorũ longiſſimæ ſunt, quicquid etiam hoc nomine gloriẽtur & mentiãtur. Nam quicquid redigitur in corpus, hoc ipſũ crudũ & indecoctũ eſt: Natura.n. bonũ in melius, per alterationis modũ trãsfert: Sed hoc Aurum ꝙ ab

*Quatuor Naturæ Principia. Inter Cœleſtia Sol obtinet primas. Inter Vegetabilia Vinum. Inter Animalia Homo. Inter Mineralia Aurum.*

ipſis tractatur, neque alterationem paſſum eſt, neque ſolutionem Phyſicam: In melius ergo non deducitur: Et quamuis multi per Spiritum Salis vulgarem, nonnulli per Spiritum Vini Alcoholiſatum, alij per Acetum radicatum, alij priùs per Salia corroſiua, poſtea per Spiritum Terebinthinæ ſeu Olea Aromatica & ſimilia deliramenta conantur Aurum vt ſtirpem metallicam, quam ab Animalium & Vegetabilium prouincia immeritò excludunt, ſoluere: in vanum tamen laborare omnes ipſa Experientia teſtatur. Aqua Sapientiæ Philoſophorum vna eſt, quæ omnia metalla & lapides ab impuro Puncti Quaternarij coagulationis vinculo Philoſophicè & Naturaliter liberat: nec eſt ſub Cœlo modus alius diſſoluendi Phyſicè Corpus Solis quàm per Vniuerſale Menſtruum Mercuriale Philoſophorum totius Naturæ ſecretiſſimum, quo dum per ignorantiam & difficultatem acquirendi caremus, conſueuerunt in defectu Perdicum, famem etiam Carnes bubulæ ſedare, ſiquidem coquus in abſentia ligni quercini ad coquendos cibos, vtitur fagino ſeu betulino. Porrò Aurum in quo eſt Elementorum adæquatio, eſt Vniuerſale ſubiectum ad Animalia, Vegetabilia & Mineralia, Vita rerum omnium: Et vt cum Sole Cœleſti

*Cælum aureum nullo impuro mediante reſeratur, ideo fæculentus & ponderoſus Lucifer olim è cælo ſpirituali deiectus fuit.*

*Veteres non ſine cauſa dixerunt in Sole & Sale contineri omnia, videlicet non illo excrementitio, ſed Centrali Balſamo Naturæ vniuerſali, quod ab omni æuo Verè Halchymiæ nomẽ dedit.*

*Lege Rodargiri Zodiacum inferiorem de ſignis hyemalibus, & Lullij Cælum Philoſophorum de Sole Centrali: Huic Cælo Philoſophico applicamus ſtellas ſuas Terrenas, quæ ſunt plantæ, lapides & metalla.*

*Vt in animantibus vniuerſo Corpori ipſum* Cor, *ſic Cælo & Mundo præeſt* Sol, *gaudium totius Creaturæ, in ipſum vniuerſum mundum, & quæ in eo ſunt, imperium habens.*

ſingula-

ſingularem concordãtiam habet, ſic etiam cum Corpore Humano ſua forma interna magnam poſſidet affinitatem & Harmoniam. Quemadmodum autem Sol Cœleſtis ſe habet erga reliquos Planetas, tanquam Rex enim ſedet in meditullio aliorum Planetarũ, luce, magnitudine, pulchritudine, omnes excellens, omnes illuminãs, virtutémq; illis ad inferiora queq; diſponẽda diſtribuẽs: Ita etiã Sol Philoſophicus ſeu Naturale Aurũ erga reliqua metalla: Metallorum.n. puriſſimũ eſt Aurũ, in quo ſplẽdor Solis Igníſq. Cœleſtis radius eſt, & in cuius corpore perfectiſſimo quatuor Elemẽta conueniunt. Rubinus habet in ſe effectum omnium Lapidum pretioſorum, ſic etiam habet Aurũ (nobilior lapis omnium pretioſorum) in ſe virtutem omnium lapidum ductibilium, metallorum ſcilicet, quia continet in ſe omne metallum, & ea tingit & viuificat. Et ſicuti ſuperiores Cœleſtes Planetæ ſuum Splendorem & Lumen accipiunt à Sole Cœleſti: Eodem planè ac ſimili modo accipiunt Terreſtres Planetæ vel corpora metallica ſuum Splendorem, Lumen, Vim, & Radios ab Auro, vtpote à Philoſophico & Terreſtri Sole. Hinc videre eſt, cur antiquiſſimi Cabaliſtæ & Sapientes Magiæ Naturalis periti, plenariam totius Naturæ cognitionem in DEI Lumine adepti, Exordia Rerum omnium totius mundi Pũcto Lineæ rectæ, & Peripheriæ aſſimilarunt: Item cur metallis Characteres & Nomina Cœleſtiũ Planetarũ impertiti ſunt, videlicet propter ſingularem correſpondentiam, & quia ſe inuicem

*Vide Monadem Hieroglyphicam.*

ſine magno diſcrimine interpretantur. Auro metallorum Regi & Capiti ſecundùm Hermetem, corpori videlicet perfectiſſimo & puriſſimo, à nullo Elementorũ domabili, & à DEO & à Natura perfectè ſecundùm materiam & formã elaborato, non ſolùm omnes Cœleſtes Vires Planetarum aliorúmque corporum Metallicorum ac Mineralium, ſed & Vegetabilium & Animalium infuſæ ſunt: Ideò hanc Temperatam Elementorum deſponſationem & coniunctionem, non poteſt Ignis violentia ſeparare, nec Terræ fæculentia vitiare, nec Aquæ limoſitas contaminare, nec contractus Aëris obumbrare aut corrumpere. Vnde à Sophis tam propter Cœleſtes, quàm Terreſtres latentes vires omnis Homo, Microcoſmus, & Adam nominabatur: ſicuti illud finis & perfectio operis Naturæ: imò Septenarius perfectionis Numerus verè completus eſt, vltra quẽ Natura (ſine adiutorio Artis) in ſua potentia & operatione altius procedere non potis eſt, ſed Sabbatizat & quieſcit. Verùm vt intelligatur quomodo Cœleſtia corpora Planetarũ & ſtellarũ. Virtutes etiam Elementorum & Vegetabiliũ ſuas vires Auro ſub Terra cõmunicent, ſequentia ſyncerè Philoſophantium relinquimus conſideranda & excutienda iudiciis. Tota machina Creationis ſecundùm Cabaliſtas Hebræorum in tres Orbes ſeu Mundos diuiditur, in Mundum *Elementarem*, ſcilicet hunc ſenſibilem, infimum, cuius partes ſunt Cœlum & Terra: in *Intellectualem* ſeu Angelicum: & in *Archetypum*. Hi tres Mũdi ſunt figurati

*Aurum eſt omnis Naturæ.*

à Moyſe

à Moyſe euidentiſſimè in Admirabili illius Tabernaculi ſui, ſecundũ Archetypum in Monte demonſtrati conſtructione: In Mundo Senſibili eſt Elementaris Regio & Cœleſtis. *Elementaris* concluſa & cincta Cœlo exteriori ſeu Firmamento, continet in ſe quatuor Elementa, generationibus & corruptionibus obnoxia: In Cœleſti Planetę & reliquæ ſtellæ, ſeu Corpora Cœleſtia ſuam gubernationem habent & officia exequuntur. *Secunda* Regio, habitatio ſeu locus Angelorum eſt, à doctis Rabinis *Mundus Intelligentiæ* vocatur. *Tertia* continet *Mundum Archetypum*. Iam verò deſcendit Potentia & Voluntas Diuina, antequam ſe inferioribus communicet, primò ad Intelligentias aut Angelos, ab illis ad Sphæras Firmamenti Planetarum aut ſtellarum: vltimò venit in mundum Elementarem, vel in Regionem quatuor Elementorum, vbi poſtrema executio mandatorum & Voluntatis Diuinæ (vt Hebræi loquuntur) impletur & perficitur. Deus autem vnicuique ex illis tribus Regionibus indidit ſimilitudinem ſeu Exemplar ſuæ Diuinæ Omnipotentiæ, non eo fine vt ſibi ceu Creatori æquale illud ſit, velut per ſe ſua ſponte omnia facere potis eſſet: ſed vt illæ effigies ſint tanquam ſimulachra ſignificantia ſaltem & demonſtrantia Eſſentiam Diuinam, per quæ Deus Omnipotentem ſuam vim, & Potentiam ſentiendam & oculis cernendam exhibet, atteſtante Paulo Roman. 1. Deum Ethnicis vel Hominibus Inuiſibilem ſuam Eſſentiam, hoc eſt,

*Exod. c. 26. ſect. 30.*

*Supremi ordinis monita medius ordo inferioribus interpretatur.*

*Mouetur tertius à ſecundo ſecundus à primo regitur.*

*Sect. 20.*

*Deus in diſpoſitione & ordinatione Rerum per gradus ſemper nobiliorē in ſummo gradu collocauit.*

*Animæ omnes ad unā Animā mūdi & Planetę omnes ad Solem unicū ceu Regē omniū referri debent.*

*Super Omnia Lucet, & eſt Sapiētię Humanę Fermētum.*

*Solis vis peculiariter micat in lapide, cùm enim in quālibet re Naturali eius inſit ſpiritus, eo magis erit in Auro & Lapide, qui Naturā ſuo laborantem defectu iuuat & inſtaurat.*

æternam vitam & Deitatem feciſſe manifeſtiſſimam per opera ſua, videlicet in Creatione mūdi. In *Archetypo* ſunt *Ideæ* & Diuinæ *Dignitates* DEI: In *Intellectualem* mundum collocauit *Angelos* ſeu *Intelligentias*. In *Cœleſtem* verò Regionem ſeu mundum hunc *Senſualem* collocauit *Primum Mobile*, ſeu vt alij loquuntur Secundam motionem poſt Angelos ceu primam Creaturam corporalem & Fontem omnis vitæ & motionis. In hanc autem Cœleſtem Regionem poſuit *Solem* quaſi Regem & Gubernatorem ſtellarum & fontem omnis Luminis. Anima enim mundi ſeu Natura media in *Sole* pręcipuè habitat, vt quæ globum Solis totum implens radios ſuos vndique quaſi ſpiritum effundit per omnia, vitam, ſenſum & motum ipſi vniuerſo diſtribuens, & cuncta permeans Entia. In Sole igitur omnes Naturæ vires quaſi in Receptaculo & Fonte perenni reconditæ ſunt: Et ſicut in Humano corpore Cor eſt ſcaturigo vitalis ſpiritus & ſanguinis, omnibus reliquis membris motum & vigorem impertiens: Ita Sol Cor Cœli viciſſim tanquam omnium Virtutum Elementarium Dominus per vniuerſam Naturam ſuos ſpargit & infundit radios. In Mundum Elementarem *Aurum*, quaſi Receptaculum & ſubiectum omnium Elementarium Cœleſtium & Supercœleſtium Virium: quæ poſtquam à Supercœleſti & Cœleſti Influentiâ deorſum in Mundum Elementarem delapſæ ſunt, ſimul in hoc metallum vnicum concentrando ſe, confluxerunt, &

ſic

ſic finaliter in illo colligatæ aſſeruantur & concluduntur. Auri enim ſpiritus ſecretiſſimus Cœleſtis, omnibus Creaturis totius mundi Vitam, Subſtantiam, Eſſentiam largiens, & hac Ratione Imaginem DEI gerit proximè: Idem Spiritus in Cœlo liberrimè diffuſus motu & virtute ſua eſt: In Terra autē & maximè in Centro eius arctiſſimè contractus condenſatur iam & quaſi incorporatur in ſubſtantiam illorum, quæ in Centro Terræ proueniunt: In metallis totus clauditur & figitur: Et hoc vt clariùs explicetur tenendum eſt. Quando Solis Peripheria in Cœlo voluitur & permeat vias ſeu plateas itineris Cœleſtis (vbi ad Planetarum aliarúmve ſtellarum domos & hoſpitia diuertit, ſiquidem eius ductu Planetæ omnes agitantur, præſentia nondum coniuncti torquentur, & coniunctione corporali lætantur) confortando illarum vim, & operationem, quam in Aëre habent, excitat (cum Marte videlicet Calorem, cum Saturno Frigus) & vnicuique infundit Lumen, vitam & motum vſque ad infima & profundiſſima loca Terræ. Vnde ab Heraclito Fons Luminis Cœleſtis, ab Orpheo Lux Vitę & Oculus Mundi, ſeu Viuificus Cœli Oculus, qui omnibus reb. calorē, lucē, vitámq; inſpirat, dicitur: Ignis externi natura eſt omnes Ignes in occulto latētes viuificare: Ita Sol à Deo ordinatus in eum finem in hunc mundum, vt omnes occultos & quieſcentes Ignes incendat, nimirum Sphæras Planetarum qui nobis non apparent, per ſe enim ſunt mortui, ſi verò incenduntur, ſunt viui &

*Ideò Paracelſus non ſine ratione in libro Vexationum Aurum conſtituit triplex.*

*Metalla inſimū circuli ſortita ſunt locum, in medio Centri Terræ deliteſcētia.*

operãtur ſuas proprietates: A Paracelſo Sol võcatur Spiraculum Vitæ Elementorum: A Platone & Zoroaſtro Cœleſtis & Inuincibilis Ignis vocatus eſt: Pater Luminum ſplendorem Ignis ſui emittens & communicans primò Soli & cæteris Cœleſtibus corporibus, inde tanquam per media inſtrumenta in hunc Ignem noſtrum influit: Et hoc modo omnium Planetarum vires & virtutes in Sole reperiuntur: Et Iamblichus verè dixit: Quicquid habemus doni, habemus à Sole, vel ab ipſo ſolo, vel ab ipſo per alia, quamuis enim aliquid ab aliis habeamus, illud tamen à Sole deſumptũ eſt. Ideò in Sole cœli Corde, vt in potenti ſcaturigine vel fonte reperiũtur Cœleſtes occultæ operationes corporũ Cœleſtium: ſed Cœleſtis Regina & Vxor Solis Luna, videlicet omnium Cœleſtium influxuum virtutúmq; vltimum Receptaculum, Solis cæterorúmque Planetarum atq; ſtellarũ radios & influxus quaſi fœtum ſuſcipiens, inferiori mundo ſibi vicino quaſi parturiens edit: Et æſtimatur à Deo ſapiẽtiſſimo Sphæram Lunæ in infimo loco corporum Cœleſtium, & ſupremo Elementariũ motuum creatam & collocatam, vt ab illa deſuper poſſint accipi Vires & Influentiæ Cœleſtes Aſtrorum, & ipſa ſupple Luna eaſdem à ſe refundere in omnia Elementaria, vel in ipſa Elementa vſque in Terræ globum diſtribuere, & cuiuſque

*Sol à nemine accipit, ſed ardet & lucet ſemper de ſe, & à ſolo Deo regitur.*

*Nil ſine Lunæ beneficio vnquã perfeceris, quia Luna virtute Solis Domina generationis augmenti & decrementi.*

*Luna quaſi luce lucens aliena, quia ipſa non lucet de ſe, ſed omnem ſplendorem ſuum à Sole mutuatur.*

*Abſque Luna intermedia, vim ſuperiorẽ attrahere omninò nequimus.*

que rei peculiare ac proprium Innatum Aſtrum cum ſuperioribus conſpirās hoc pacto excitare. Hinc apparet, quomodo Anima mundi per Supercœleſtem, Inuiſibilem & Inſenſibilem Ignē commoueat Lumen & Ignem Solis, qui poſtea mouet vires Aſtrorum & tandem demittit per Lunam in Terrę globū, vſque in intima Abyſſi profunda diſtribuendo, quemadmodum ſemen virile in globum vel vas matricis eiaculatur. Quia igitur hanc ſingularem conformitatem, concordantiam, ſimilitudinem mutuò inter ſe habent Sol Cœleſtis & Terreſtre Aurum, veteres Sophi & Cabaliſtæ etiam vtrumque tā Cœleſtem quàm Terreſtrem Solem vno charactere Hieroglyphico videlicet integro Circulo & viſibili Centro deſcribere & præfigurare voluerunt: ſiquidem Solis character tum Cœlum tum Terram refert, nam Circulus Cœleſtes motus & Influentias, Centrum Terrenam & Fixam Naturam promittit: Quicunque Veri Puncti & Centri Rationem cognoſcit, nihil in Rerū Natura vnquam ipſum latere poteſt, cuius non perfectam habeat notitiam: In eo ſiquidem Rerum abditarum Fundamentum & Radix cùm conſiſtat, non immeritò etiam omnium artium & ſcientiarum Fundamenta Naturalia hinc primū elicienda & depromenda ſunt: Sed ad communicatum Aurum Potabile veniamus.

*Luna licèt ab omnibus ſtellis vires ſuſcipiat, potiſſimum tamen in Sole quoties illi coniungitur viuificâ virtute repletur, ac pro illius intuitu complexionem mutuatur.*

☉

*Primò requiritur Calx Solis ſubtiliſſima, quam olim pro aliis tamen vſibus ita præparaui.*

R. libram ſemis Aquæ Fortis communis,

ſolue in illa vnciam vnam Salis Armoniaci, vel quantum ſoluere poteſt in paruo calore: Ita habebis Aquam Regis, in qua tantum ſolues Auri quantum libuerit, poſtea effundatur ſolutio in vitrum capax, & guttatim ſaltem (propter ebullitionis ſtrepitũ & periculum) inſtilla de bono oleo Tartari in cella per ſe reſoluti: in huius defectu Tartari Sal in aqua communi ſolutum accipiatur: requiritur autem olei Tartari bona quantitas, tunc Aurum cadit ex repercuſſione in fundum: Vbi tota Auri Calx ſoluta fundum petiiſſe videtur (quod animaduertes è colore Aquæ Regis, qui debet eſſe albus, nam ſi adhuc flauus ſit, ſignum eſt totum Aurum nondum repercuſſum, plus igitur olei Tartari guttatim affundatur, hoc meo damno fideliter admonitus ſis) tunc poſt ſubſidentiam aliquot horarum in calido liquorem ſuperiorem effunde, & Calcem (colore ferè Terram ſigillatam pallidam referentem) quater vel quinquies aqua calida edulcoratam, poſtea in B.M. prudenter & paulatim lentiſſimo igne ſicca, vel quod tutius in patina vitrea per ſe ſpontè in hypocauſto ſicceſcat, nullo ignis calore adhibito: Calcem lignea ſpatula non ferrea, poſtea maioris ſecuritatis gratia collectam ad vſus in vitreo vaſculo reconde. Nota magnum eſſe periculum, ſi alio modo exiccetur, quàm prædictis duobus: quamprimum enim calorem ignis ſentit, aut fortiorem commotionem cum inſtrumento ferreo, concipit ſpontè flammam, & in auras abit purpurei fumi in modum, cum maximo ſonitu & ſtrepitu inſtar

ſtar

ſtar pulueris nitrati, adeò vt ne vnicam Atomũ reperire poſſis. Noui qui cum periculo vitę hunc ex imprudentia confecerunt. Sunt qui magno iuuamine aliquot grana huius Auri Volatilis ad vſus medicos intra corpus loco Diaphoretici exhibent. Si aliquid de Sulphure vulgari trito ipſi immiſceatur, & poſtea in crucibulo admoto igne exuratur, ſubtiliſſima Calx Auri remanet brunni coloris, quæ omnem vim percutiendi amiſit, quod mirum & notatu dignum eſt.

Scrupulus vnus iſtius Auri Volatilis fortiùs & potentiùs ferè operatur, quàm libra ſemis Pulueris Tormentarij.

Granum vnum vel alterum cultro impoſitum, ſi ſuppoſita candela accenſa incaleſcat, ſimilem ſonum edit, ac ſi magna aliqua fuiſſet exploſa bombarda, & ſonus ille præacutus audienti & aſtanti quaſi auditum lædit.

Operatio huius Pulueris contraria eſt operationi Pulueris Pyrij: Vt enim hic vim ſuam per ſuperiora aſcendédo exerit: ita alter è contra per inferiora ſaltem deorſum operatur. Aliquot ſcrupuli ſuper Laminam ferream ſatis craſſam carbone incenſi, illam penetrando perforant.

Sal Armoniacum exiſtimo eſſe percuſſionis illius cauſam: Rationes meas hîc in medium proferam, donec probabiliores ab aliis adducãtur. Quemadmodum enim Sal nitrum & Sulphur ſunt hoſtes, & ſe inuicem non compatiuntur, vt videmus in præparati Pulueris Tormentarij accenſione: Eodem modo Sal Armoniacum, & Tartarus ſibi contrariantur: Quando

ergo Sal Armoniacum cum oleo Tartari ſub hoſte coniungitur, faciunt ex illa mutua pugna Aurum cadere, in Aqua Regis priùs ſolutum, & oleum Tartari percutit Spiritum Nitri ſummè purificatum, qui ſe in illo conflictu coniungit cum Sulphure Solis ſuo aduerſario: Et quia Sulphur illud Solis à Natura ſummè depuratum eſt, & vulgari noſtro combuſtibili Sulphure longè ſubtilius, ideò valentius, & in minori quantitate operationes ſuas ſtupendas potenter perficit: Eodem planè modo, quo Sulphur vulgare & Sal petræ in Pyrio Puluere coniuncta & incenſa, magnum ſtrepitum & fragorem facere animaduertimus.

Hæc Calx in oleo Salis inſtar Butyri liqueſcit, ídque propter remanentiam ſiccorum ſpirituum Salis nitri, Vera tamen & Radicalis non eſt ſolutio, quia iterum in corpus reduci poteſt.

Hucuſque eſt mea Experientia, quam olim etiam Auguſtiſſimo Imperatori noſtro RUDOLPHO expetenti, cum aliis quibuſdam Secretis medicis communicaui.

Sequitur iam Proceſſus Auri Potabilis vlterior, quem ſingulari munere acceptum Chymiæ ſtudioſis (vt & reliqua) gratis at non expertum libenter & fideliter offero.

R. Vrinæ Hominis ſani bibentis vinum circiter 20. menſuras, pone in aliquot alembicis vitreis, abſtrahe ab his viginti menſuris tantum phlegmatis in Balneo, vt ſaltem menſura vna maneat reſidua, phlegmata abſtracta abiiciantur,

tur, remanentiam in vnum collectam miſceto, & abſtrahe in arena, quantum ſtillare vult, vltimò augendo ignem fortiter, ſublimabit ſe aliquantulum: ſublimatum illum miſce cum Spiritu deſtillato, reſiduum Sal quod in fundo manſit, aufer, Spiritus deſtillatus fœtebit, cuius ferè menſura erit integra: Hunc Spiritum rectifica in Balneo, ſeruata priori quarta parte, quæ fortis & melior eſt, ac poſteriori ablata. Poſtea accipe aquam pluuialem vel fontanam recentem, affunde Spiritui reſeruato, & ſuperet eundem pondere quadruplo, adapta vas recipiens, dum guttæ acidæ cadunt, partim inſtar glaciei egrediuntur, affunde adhuc ſemel pluuialem vel fontanam aquam vt antea, & iterum deſtilla, ſi nulla aciditas ampliùs egreditur, tunc ceſſa: Spiritus Vrinæ primò venit, aqua pluuiali cum fœtore remanente. Huius Spiritus Vrinæ accipe partem j. optimi Spiritus vini partem alteram miſce, ſtent in leni calore per diem & noctem: poſtea vnà deſtillentur: tunc hi duo Spiritus ſe inuicem coagularunt: Et ſic Spiritus Vrinæ ad hunc laborem paratus eſt.

Nunc oleum Salis requiritur, cuius præparatio talis eſt.

R. Salis fuſi quantum vis, pone in retortâ terrea loricata, adiunge capax vas recipiens, iuncturis benè clauſis, quando Sal in fluxu ſtat, tunc Spiritus egrediuntur in vas recipiens: aut ſi cum argilla feceris, addi poteſt aqua in Recipientem, vt Spiritus egreſſi eò citiùs ſe cum illa miſceant: Sed dictus Spiritus, ante vſum, priùs

ſupra Salem fuſum recentem aliquoties rectificandus eſt, vt ſit fortior, per ſe enim nimis debilis eſt, ad hanc operationem.

Poſtea accipe de Calce Solis ſuprà dicta & affunde Oleum Salis, ac vt eò meliùs ſoluatur abſtrahe Oleum Salis iterum vſque ad oleitatem, & denuò affunde Oleum Salis, aliquoties hunc cohobationis laborem repetendo, donec Calx benè ſoluta ſit.

Deinde huius ſoluti accipe partem j. & præparati Spiritus Vrinæ partem alteram, inſtilla guttatim ſaltem Spiritum Vrinæ, obſtruendo ſemper vitri capacis orificium, donec ſtrepitus ceſſet: In lento calore Balnei per quatuor ſeptimanas ſtet in putrefactione, poſtea per retortam in arena pellatur, ſeruatis gradibus Ignis primò lento, vltimò fortiori, vt retorta candeſcat, tunc Aurum maxima ex parte aſcendit, quem ſublimatum pulucrem diligenter ſerua, Oleum enim Salis per ſe egreſſum eſt quod ſeponatur. Tandem accipe hunc ſublimatum Solis, affunde Spiritum vini, & colorabitur in colore lento, affunde alium priori per inclinationem ablato, continuando donec affuſus recens Spiritus non ampliùs coloretur. Hic ſpiritus vini poteſt abſtrahi ad oleitatis remanentiam, vel ita tinctus cum Auri Eſſentia ad vſum medicum ſeruari. Calx Solis in retorta remanens denuò ſoluatur Oleo Salis, & digeratur cum Spiritu Vrinæ, vt modò dictum, reiterando laborem, donec nil de Auro ſuperſit ampliùs. Si verò Spiritus vini cum extracta Solis Tinctura aliquot ſeptimanas

ptimanas ſtet in digeſtione, tunc in totum fit Volatile Aurum & alembicum aſcendit.

Hunc proceſſum poterit experiri qui volet: ſi ſolutio eſſet rubicunda, arrideret magis, ſiquidem ſolutiones Auri, quæ per corroſiua flauo fiunt colore, non dicuntur eſſe radicales ſolutiones, cùm vas ſtanneum ſeu argenteum in quod infunduntur, nigredine afficiant, quod Philoſophicæ ſolutiones facere non creduntur quæ ſunt rubicundiſſimæ: Inſuper Metalla imperfecta tingunt, nec in corpus vllo artificio, niſi per proiectionis modum reduci poſſunt. Lullius dicit præſtare Ignem ardentem comedere cum oculis Baſiliſci, quàm loco Auri Potabilis, ſeu medicinæ per ſcientiam ignoratæ, Venenum applicare, quia Aurum Sophiſticatum eſt totum impuritate plenum ex Igne contra Naturam, cum quo Sophiſta operatur: nam ſtatim per res acutas Ignis contra Naturam (Humanæ Naturæ contrarias) Calor Naturalis mortificatur & diſſoluitur, & reſoluuntur Cordis ſpiritus, in quibus Calor Naturalis conſeruatur. Ideo P. Seuerinus verè affirmat in ſua Idæa, Perfectiſſimorum corporum Balſama & deſideratas proprietates illorum, tam duris (propter perfectam combinationem Elementorum) corporum carceribus contineri, vt fauorem & beneuolentiam, quam Humanæ Naturæ debent, demonſtrare non poſſint: Fiat ergo manifeſtatio occulti, quia omnes herbæ & mineralia ab intra ſunt ſanguis & ſanguinei coloris, & ſic præparata facilè ſanguinem noſtrum immutare, & ad ſuam

*Nemo periculo ſemel facto vtetur ſecunda vice.*

complexionem eleuare poſſunt. Ita Corallorum, Perlarum, Gemmarum, Auri, Argenti, reliquorúmque metallorum virtutes dolent ſe fruſtra in mundanam prouinciam veniſſe, & mortalium ſceleſtam temeritatem incontinenter accuſant, quod tantarum prædeſtinationum immemores, ad quas Naturæ prouidentia deſtinabantur, in peregrinos & infames vſus, eiuſmodi Rerum maieſtatem commutauerint: Impuritatem pellis, Inſcitiam mentis tegere coguntur, & doloſa Auaritiæ, Superbiæ, Luxuriæ, Perfidiæ, Adulterij, Diſcordiæ, & Mortis miniſteria ſubire: Hoc eſt, in non naturalem vſum Res transferre, iniquas vſuras exercere. Qui verò DEI benignitate Fontem Vniuerſalis menſtrui attingit, ille ex Philoſophorum veridico relatu, poterit non ſolùm omnia & ſingula metalla, verùm etiam lapides tam nobiles quàm ignobiles ac minerales etiam eiuſdem beneficio Naturaliter & radicaliter in ſua tria reſoluere, qui reſolutus & potabilis liquor Regeneratus, ſeparatis ſponte in fundo fæcibus, poſtea à piè docto Medico vſibus humanis pro ſua voluntate & arbitrio ſecundùm morbi exigentiam legitimè accommodari, & ſtupendo ſucceſſu adminiſtrari poteſt.

*Oportet vt Mors præcedat Regenerationem.*

Hoc loco ſyncerum lectorem candidè de quibuſdam impoſturis præcauendis admonitum velim, poſſe illo puluere Auri Volatilis à malitioſis agyrtis litera longa dignis, vario modo ſimplicibus & incautis hominibus imponi. Communicaram ipſum aliquando cuidam Philoſopho

loſopho corticario, ſub ſynceritate & pietate Phariſaïca, hypocriticum ac colubrinum dexterrimè decipientem animum tegenti, qui hunc puluerem (poſtquam ei Sulphuris triti admixtione, per admonitionem, vim percutiendi ademiſſet) de facie incognitum ſuis impoſturis miſcens, cum damno aliorum, & ſuo commodo Auri multiplicationem apud plurimos attentauit. Idem furcifer, poſtquam intellexiſſet à me, Lunam in vulgari Aqua ſeparatoria ſolutam, & aqua vulgari ſalita repercuſſam deiicere puluerem album in fundum, qui ter vel quater edulcoratus poſtea ad ignem in tigillo liqueſceret, & poſt effuſionem Cornu forma referret, hanc Corneam Lunam incognitam, vel candelam & ignem facilè liqueſcentem, & cultro ſciſſilem, aliis mineralibus & plumbo admiſcuit, & hac inſigni ac damnabili impoſtura poſt cineritij examen, apud improuidos multos Saturni in Lunam tranſmutationem mentitus eſt.

## STOMACHICVM.

### *OLEVM VITRIOLI VENEris & Martis.*

*Modus faciendi Vitriolum è Venere & Marte ſine corroſiuo.*

Totum Artificium eſt, vt Metallum bene per Sulphur calcinetur.

℞. Laminati ferri vel Veneris (vna enim eſt

vtriuſque via)quantum vis, ſcinde in fruſta magnitudinis ſemidaleri, fac ſtratum ſuper ſtratum cum Sulphure pulueriſato in tigillo lutato, pone in Igne Rotę: Ignis ab initio tigillum non attingat, ſed paulatim admouendo augẽdus eſt, quem vltimò fortificabis: Ita accenſo Sulphure calcinantur prædictæ Laminæ, quod intra horam abſoluitur: Vbi omnia refrixerunt, exime nigrocineritiam materiam inſtar æris vſti, & tritam cribra, eámque in olla non vitreata aperta poſitam per tranſuerſum (vt in præparatione Vitri Antimonij fit) moue diligenter, ſupra Ignem Carbonum, ne liqueſcat, & Vitriolũ in Cupro euaneſcat, ſic Sulphur incenditur vel euaporat, moue eum ferreo vel cupreo inſtrumento prout Vitriolum facere intẽdis de latere ad latus, vbi ferro vult adhęrere, tunc ſatis eſt, & ab igne auferatur: Pulueriſatam hanc Veneris Calcem pondera, & ad quamque libram accipe Sulphuris tres lotones, miſce, & in olla pone ad latus, moue ſupra lentum ignem per quadrantem horę, vltimò olla quaſi candeſcat: Cuprum molleſcit inſtar paſtæ, & ferro adhæret: Frigeſcat ac tritum cribretur: adde denuò ad lib. vnam tres lotones Sulphuris, calcina vt antea per quadrantem horæ. Hoc quinquies, ſexies, vel ſepties repetitur, tunc calcinatio eſt abſoluta. Nota diligenter, vt Calx ſemper benè ſiccetur, & ad lib. j. ſaltem vncia cum dimidia Sulphuris præciſè ſumatur. Calcem metalli tritam minutiſſimè accipe, & affunde in patina lignea aquam calidiſſimam, ſoluetur Calx, & aqua è Venere erit cœrulea, cola, cola-

tam

tam euapora, ſupra ignem incoquendo mediocriter, donec quaſi cruſtam acquirat, reliquũ in frigido cõcreſcat, ſic habebis è Cupro pulcherrimum Vitriolum Cœruleum, è Ferro viride. Fæces in aquæ fundo remanentes ſicca, & non ſolutas iterum cumSulphure calcina vt priùs feciſti, ſeruato pondere priori, poſtea lixiuiũ fac, quod filtratum euaporabis. Hoc repete, donec tota Calx in lixiuium abeat: Inde in Terreo vaſe Gorlicenſi aut Wallenburgenſi, vel in Cucurbita magna vitrea (caue ne rumpatur) fac euaporet, donec cruſtam nanciſcatur, pone in loco frigido, tunc in fundo Veneris Vitriolum in ſtrias deſidet, ſapore ſubdulci, aufer aquã & ſicca cryſtallos concretos: Aquam remanentem iterum incoque parum, & in frigidum locum ſi collocetur, denuò concreſcẽt lapilli, reiterando, donec totum in Vitriolum abeat: Poſſunt etiam bacilla imponi, vt Vitriolum eò meliùs adherere poſſit: Sulphur illorum fundum petens ſeorſim ſeruetur ad ſuos vſus.

Ex his duobus Vitriolis Ferri & Cupri, Spiritus & Oleum præparari Chymicè poſſunt, vulgari ac cognito mundo, longè maioris efficacię & virtutis, quàm è Vitriolo communi.

Hoc pacto habetur Fons acidus Artificialis: Acetum Eſuriuum eſt in hoc Sulphure Vitriolato ſine corroſiuo pręparato, perfectum Arcanum in corroborando languente ventriculo. Vide Theophr. in lib. de Vita Longa, & in lib. de Tartaro circa finem.

*Huius Olei Vitrioli Vires & Vſus.*

Paracelſus vocat PartemPharmacopolij quar-

tam, & cuilibe Pharmacopæo ita commendat, vt ſit inſtar lapidis angularis in ſua officina.

1. Vtimur 6. 8. guttis in vino, aqua Menthæ criſpæ, vel quod melius in iure carnis calido: In debilibus ventriculis frigidis, quia digeſtionem promouet.

2. In Calculo & Arena, in aqua Ononidis.

3. In Suffocatione matricis, in aqua Artemiſię.

4. In Febribus ſtomachi, caloribus & ſiti 12. vel 15. guttæ. In aqua Centaureæ, Vino, Roſarum, Anthos.

5. In omnibus morbis capitis, in aqua Lilij conuallij, Lauendulæ.

6. In Ictero efficax eſt in aqua Chelidoniæ 15. vel 20. guttæ cum ſudore.

7. In Peſte miſcetur cum ſaccharo Candido & Electuario Iuniperino, & ſic etiam loco prophylactici ſanitatis vtimur.

8. Inuncti hydrargyro & malè affecti Oleo Vitrioli cum Theriaca mixta ſudando reſtituuntur.

9. Externè Alopeciam, vnamquámque Tineam tribus diebus illiniendo per ſe vel cum aqua Chelidoniæ curat.

10. Tollit omnẽ ſerpiginẽ, ſcabiẽ, pruritum, & quicquid cuti ſolet adhęrere, tentiginẽ prauam, ſyrones, &c. Sed ſine commiſeratione fiat inunctio, & pro defenſiuo opodeltoch adhibeatur.

*Nemo ſine dolore ſanitatem recuperat inſtar prægnantis quæ ſine dolore non conualeſcit.*

11. Poſt euacuatum corpus cum Theriaca ſeu aquis appropriatis ferè in omnibus morbis exhiberi poteſt: aciditate enim ſua putredinem omnem arcet, partium verò tenuitate obſtructiones pellit.

Doſis.

*Doſis.*

Modus exhibitionis eſt ſaporis in acidũ mutatio: Dantur in aqua Acetoſæ vel ſpecifica alia potandæ tot guttæ, quot dẽtes ſtupidos nõ reddant, manifeſtam tamen guſtui aciditatem conciliẽt: per ſe nullus ſit eius vſus, ſed cum vehiculo, & parcus. Hoc ſi Chymicorum iniquus quidam conuitiator intellexiſſet, intempeſtiuo & immodico Olei huius vſu bonum aliquem ac innominatum Virum, non è medio ſuſtuliſſet: Dum vtimur, probè debet agitari cum ſuo vehiculo, quia grauitate ſua fundum petit.

*Cautiones.*

1. Propter aciditatẽ prodeſt Ventriculo languido, in quo tamen nulla Cholera aut Apoſtema, alioquin eſt ebullitio mutua & efferueſcentia (abſtineant ergo Cholerici & Picrocholi, à noxio ipſius vſu) vt videmus in oleo Tartari & Aqua forti: quæ ſe inuicem non compatiuntur; Similis eſt ratio in Iecore.

2. Vſurus hoc Oleo, in vehiculo conuenienti calido fiat, poſtea contineat ſe in lecto ac ſudet: Videmus enim eius operationem in maiori mundo in frigido non perfici: ſed in calido: talis eſt etiam ipſius operatio in microcoſmo.

Porrò Oleum Vitrioli pulcherrimo colore & durabili tingit.

Expreſſos ſuccos Roſarum pallidarum.
Violarum.
Florum Pæoniæ.
Papaueris ſylueſtris.

Item Extractum Alkermes,
Et Oleum Caryophyllorum, ſi ſingulis debitè remiſceatur.

Dulce Oleum Vitrioli, vt & illud Antimonij, de quo multi gloriantur, apud neminem adhuc videre licuit, ſicut nec genuinum Vitriolatum Sulphur Fixum, cui Anodyno ſtupendas vires Paracelſus tribuit.

*Oleum Vitrioli ſubviride Smaragdinum magnarum virium in medicina.*

Parari poteſt, ſi Vitriolum purificatum, vehemẽtiſſimo igne deſtilletur, ac poſt extractionẽ & purificationẽ Salis è capite mortuo (quod Sal tamen nullo modo vlterius in igne calcinãdum aut igniendum eſt) denuò cũ omni egreſſo liquore ad ſuum tempus in Balneo circuletur.

Variè operatur hoc Oleum per vomitum, ſedes, vrinam, ſudorem.

Doſis guttæ 6.8.12. in liquore conuenienti.

## VTERINVM.

ARtemiſia omnes obſtructiones mulierum deoppilat. Ante mẽſtruum & poſt partum decoctum eius ad purgandam matricẽ adhibetur, addita vna atque altera gutta olei Succini.

## 1. ELIXIR VTERINVM.

R. Caſtorei lib. ſemis.

Croci

Croci vncias duas.

Extrahe Tincturam cuiuſque ſeorſim Spiritu vini, & ſepara Spiritum ad remanentiam Extractorum, quibus mixtis adde

Extracti Artemiſiæ vncias quatuor.
Salis matris Perlarum vnciam j.
Oleorum ſtillatitiorum Angelicæ
Aniſi
Succini ana drach. ij.

Digerantur mixta omnia per octo dies.

*Vſus & Doſis.*

Doſis huius Elixiris ſcrupulus j. vel duo, ingruente paroxiſmo hyſterico, tunc illicò ſanantur. Quod ſi ſingulis menſibus appetentibus menſtruis æquali doſi vtantur, non reuertetur morbus.

2.

Puluis compoſitus à Paraceſo deſcriptus è Lichenibus ſeu Callis Equarum cruribus innaſcentibus, etiam efficaciſſimus eſt, in ſuffocatione matricis. Fumus eius per tritorium bombyce circumuolutum, ſupra ſedem clauſam manè & veſperi, vel inſtante paroxiſmo ab hyſtericis exceptus, ſufficit ad tollendas omnes matricis ſuffocationes deſperatiſſimas: Interius interim datur Spiritus Vitrioli cum Sale Corallorum in aqua Meliſſæ & Artemiſiæ.

3. *EXTRACTVM SPLENIS Bouis.*

Paracelſus in Archidoxis facit in libr. myſteriorum huius mentionem, quod Lienis obſtru-

ctiones expediat, & menſes prouocet.

℞ igitur Splenem Vaccæ caſtratæ, ſcinde in laminas tenues, maceretur per aliquot dies in Spiritu vini cum Myrrha Eſſentificato, poſtea exſicca in aëre: Hoc modo procedendum eſt, alioquin ſi per ſe velis exſiccare fœtebit, poſtea cum S. v. eſſentiam extrahe, & ſapidioris efficaciæ, ergo adde pro libitu aliquot guttas olei Angelicæ.

*Doſis.*

Scrupulus vnus in aqua appropriata.

*Obſeruatio.*

In prouocandis menſtruis tempus obſeruandum, quo menſes in ægra fluere conſueuerunt: tunc enim Renum & Lumborum dolores adeſſe plerumque ſolent, & ſic adiuuante Natura Remedium operabitur efficacius.

## 4. SAL IOVIS.

℞ Cinerem Stanni aperto igne ſine ſophiſticatione præparatum, ex illo Salem non aqua, vt habent irriti vulgarium deſcriptionum labores, ſed aceto deſtillato extrahas, quem poſtea à ſuo Sale aqua pluuiali, ſoluendo, filtrando, & leniſſimè in Balneo euaporando ſepties edulcora.

*Vires, Vſus, & Doſis.*

Secretum eſt efficaciſſimum in ſuffocatione calidè vmbilico inunctum: matrix vbi ſentit calorem, confeſtim in locum ſuum redit, nec amplius inde mouetur.

Doſis, tria grana, tribus aut quatuor auroris continuis in Aqua Artemiſiæ vel Aquis cordialibus.

## *AQVA SINGVLARIS IN QVA hyſtericis ſuffocationem patientibus offerri ſolet Sal prædictum.*

℞ Rad. Diptami
Sem. Dauci ana vnciam j.
Cinamomi electi
Caſſiæ lig.
Meliſſæ ana ſcrupulos duos.
Croci Orientalis ſcrupulum j.
Caſtorei recentis ſcrup. j. & ſemis.

Ex omnibus mixtis fiat puluis & affundantur aqua Rutæ libræ cum dimidia, ſtent per quatuor dies in infuſione, deſtilla in B. Mariæ & ſerua ad vſum.

In huius Aquæ cochleari vno grana tria Salis offeruntur tepidè, tribus vel quatuor dilucülis ieiuno ventriculo per tres horas.

## *FEBRILE.*

Si Febris è Mercurialibus, abſtemij ſunt.
Sulphure, euomunt quæ edunt.
Sale proprio, patiuntur orexin.
Hepate, ſitis eſt vehementiſſima, tunc Laudano curatur.
Stomacho, ſine ſiti pigerrimi ſunt, olfaciunt quæ ſentiunt, curatur Corallino.

Primò purgatio inſtituatur Turpeto minerali vel Panchymagogo, vel floribus Antimonij albis: Ablata materia peccante, poſtea ſequens Puluis exhibeatur.

1. ℞ Cochlearum longas teſtas, quæ propè piſcinas & lacus reperiuntur, affunde acetum de vino paratum, ſtet per noctem, tunc extrahit mucorem, quem diligenter abrades cum ſcopis ferreis, quibus aurifabri vtuntur, poſtea teſtas illas oblongas totas calcinando incinera ad albedinem & pulueriſa.

*Vſus & Doſis pulueris.*

Doſis ſcrupuli duo inſtante paroxiſmo in hauſtu Cereuiſiæ calidæ, cum tantillo butyro recenti. Raro bis vel tertiò aſſumitur, quia primus hauſtus plerunque per ſudorem ſanat: Ideò in lecto ſe continentes infirmi ſudorem expectent.

Nota medicamenta debere ex Theophraſti mente in Febribus exhiberi inſtante paroxyſmo, vel paulo ante, vt ſimul cum paroxyſmo operentur.

2. ℞ Olei Vitrioli ſcrupulum j.
Salis Abſinthij ſcrupulum j. & ſemis.
Aquæ Cichorei vnciam j. miſce,

Poſt hunc aſſumptum hauſtum patiens ſudorem in lecto tectus expectet, abigit omnes febres. Robuſto datur hic potus integer: imbecilliori detur in tali doſi:

℞ Olei Vitrioli ſcrupulum ſemis.
Salis Abſinthij ſcrupulum j.

Aquæ

Aquæ Cichorei vnciam j. miſce.

## PESTILENTIALE.

### *Elixir Peſtilentiale.*

CVm Peſtis ſit Ira & peculiare Dei flagellum, ſequentia poſt Reconciliationem cum Deo & Proximo, Vitæque emendationem ex vſu eſſe poterunt.

℞ Florum Sulphuris Spagyricè præparatorum (vt paulò poſt dicetur) vncias tres, affunde olei Iuniperi è baccis, in Balneo prius rectificati, ad eminentiam trium vel quatuor digitorum, (eodem modo cum Spiritu Terebinthinæ fieri poteſt Balſamus Sulphuris, cuius Tinctura poſtea Spiritu vini extrahitur ad effectus aſthmaticos) olei Succini terna rectificatione in Balneo ab odoris vehementia liberati quarta pars ad oleum Baccarum Iuniperi itidem affundatur, ſtet in igne cinerum vel arenæ ſæpius mouendo, vt flores lentè ſine aduſtione ſoluantur & liqueſcant: Poſtea habeas Theriacæ Venetæ libr. j. ex qua optimo Spiritu vini Tincturam extrahes, quam à Spiritu vini ſeparatam ſeorſim ſeruato, extrahe eodem Spiritu, Radicum Elenij, Angelicæ, Baccarum Iuniperi contuſorum & mixtorum ana vncias tres, & Tincturam à Spiritu vini in Balneo ſeparatam miſce cum Tinctura Theriacæ, ac effunde oleum Iuniperinum & Succini floribus Sulphuris eſſentificatum, ac per papyrum bibulam prius filtratum, omniáque circula lentiſſimo cinerum calo-

*Extracta Enula Campana ferè Sulphur ſuperat in Peſte.*

re per 14.dies. Habebis ſecretum, quod in Peſte & morbis Epidemicis ex DEI benignitate ad miraculum operari ſolet.

*Vſus, Vires & Doſis.*

In Peſte eſt Præſeruatiuum & Curatiuum.

Doſis vna vel duæ guttæ in vino vel aceto quotidiè manè: Vel ſingulis ſeptimanis ſemel 8. vel 10. guttæ jejuno ventriculo expectato ſudore aſſumantur. Præſeruat à putredine & nil impuri relinquit in corpore.

Correptus Peſte ſtatim ab initio accipiat à ſcrupulo j. ad 2. in vino, aceto rutaceo, vel alio liquore appropriato, & ſudet, potenter venenum è corpore pellit.

## *FLORES SVLPHVRIS.*

Crudi Sulphuris in medicina nullus debet eſſe vſus, niſi ad manus ſit illud, quod in fodinis reperitur, & Sciſſile vocatur, à Natura purificatum, quod cum Floribus Sulphuris arte paratis, nulla prorſus re pugnat: Nam vt hîc artificioſo Igne, ita illinc Naturali, pars tenuior Sulphuris attollitur ad editiora loca, eáque & ratione plus coquitur: Ergo cum Sciſſile ad manus eſt, licet loco Florum vti: Sed quia rarò Natura nobis copiam Sciſſilis ſuppeditat, medici Chymici cœperunt de artificio cogitare, quô in illius penuria ſubleuarentur.

In agro Cracouienſi in Polonia, miro artificio Na-

Naturæ depuratum conſpicitur, & olim in Regno Neapolitano prope Puteolos vbi Mons Sulphureus perpetuò ardet, cum deſiderio vide. Solet in illo loco Sulphur è ſaxis tanquam Ros exſudare: dulciſſimus eſt ille Flos, qui ſi in copia haberetur poſſet Verus Spagyrus ſingulare ſibi ex illo medicamentum Chymiſtico magiſterio elicere. *Veſuuius Cāpaniæ mons.*

Sulphur autem ibi conficitur, poſtquam vi ignis à lapidibus & Terra defæcatur.

Prope Saliſburgum in Mineris cupreis, vbi Vitriolum coquunt è Minera, aſſatione, vt vocāt, Sulphur ſolet auolare è Minera, quod deinde pollinis inſtar adhærere conſueuit camino ad hunc excipiendum & retinendum fumum, ſtudioſè extructo: Hic Flos Sulphuris bene depuratus eſt, & dum à Vitrioli Minera ſublimatur, aliquam ſecum aciditatem retinuit.

Huius ergo in defectu Florum Chymicè præparatorum, cum commodo, ſicuti ſæpius expertus ſum, vti poſſumus.

℞ Sulphuris flauiſſimi (illud enim rubri coloris habet multum Arſenici & Realgaris, & in medicinam non debet adhiberi) lib. j. Salis fuſi libram ſemis fluat prius Sal in crucibulo, quam primum vbi fluxit effundatur & frigeſcat, in mortario vel ſupra lapidem: Vitrioli Vngarici purificati & calcinati libram ſemis. Pulueriſentur & miſceātur inuicem, imponantur Cucurbitæ vitreę cum collo mediocri non nimium capaci) argilla bene munitæ, imponatur Alembicus altus & capax cū recipiente, collocetur in cineres vel arenā, notā-

dum tamen ne nimia quantitate arenæ cooperiatur, ne ſuperior pars incaleſcens faciat Flores liqueſcere, & ſi tunc refrigeſcere ſinis Alembicis difficulter aufertur, niſi admotis prunis iterum liqueſcat: Non opus eſt luto, ſi bene quadret capitellum, niſi velis chartam farinâ madidam circumducere. His peractis da initio ignem lētum, poſt tres horas phlegma ſtillare incipiet, & durabit per quatuor vel quinque horas: Ignis augendus eſt ſenſim magnis carbonibus, vt tandem patina in qua eſt arena, rubeat: Si ignis eſt continuus, ita vt Sulphur in Alembico quaſi fluat, tunc citius ſublimatur, non tamen ſit exceſſiuus, alioquin non flauo colore legirdno aſcendere.

Flores aſcenſi in Alembicum citò eximantur, chartam videlicet rotundam & quadrantē ſemper ſubtus tenendo, ne ſubleuando capitellum Flores in arenam cadāt, & interea, ſi Cucurbita tunc ſummè calet, ſine mora orificium eius tegatur, ne Sulphur ab aëre ingrediente, ſæpe fieri ſolet, accendatur, & reponatur Alembicus ignísque continuetur ad decem horas.

Refrigerentur poſt abſolutam ſublimationem omnia, & remoto Alembico Flores accipiantur ac cum prioribus miſceantur: Caput mortuum in quaque ſublimatione ſit poroſum & friabile, prunis aſperſum non amplius ardeat: Id enim ſignum eſt priuationis omnis bonitatis.

Rurſus hos Flores miſce cū Sale nouo & Vitriolo ſeruata priori proportione, perge omnino ſicuti prima vice, quod quò ſæpius fit, eò plus tenui-

nitatis, acquirunt Flores ſiúntque magis ac magis puriores. Tertiò, pariter facito, ſed pauciores flores habebis: A tribus libris ter ſublimatis habebis vncias viginti : In hac tertiâ repetitione conſiſtere debes, cò tum quod plurimum decedit, tum quia tandem vtiles partes Sulphuris figuntur.

Horum florum dimidiam partem cum gummatibus ſequentibus ſelectiſſimis in tenuiſſimum puluerem tritis, mixtam ſeruabis ad vſum, vt monet Paracelſus in libro Paragraph. & libr. de Natura, libro & capite de Sulphure.

℞ Florum ſimplicium Sulphuris ter eleuatorum vnciam j. & ſemis.
Myrrhæ ſelect. drachm. j.
Aloë Epatici ſcrupulum j.
Croci grana quindecim.
Terræ ſigillatæ ſcrupulum j.
Sacchari quantum ſatis, diſſoluatur in aqua Roſ. vel Pectorali, & fiat maſſa ex qua formentur Rotulæ.

Alteram partem modo ſequenti ſublimabis, quamuis ſint qui putent gummata inter ſublimandum comburi: Eleuatio ideò lentè fiat ſine aduſtione.

℞ ergo dictorum florum lib. j. & ſemis.
Colchotoris, vncias ſex.
Salis fuſi drachmas quinque.
Myrrhæ Alexandrinæ.
Thuris ana vncias tres.
Aloës ſucco citrini purificati prius vncias quatuor.

Maſticis vncias tres.

Croci vnciam ſemis.

Omnia trita ſimul & bene mixta imponantur priori vaſi, ſi ſit adhuc integrum, vel recenti, additóque Alembico in furnum repoſito, ignem ſubdito, ſicuti prima vice feciſti: Poſt duodecim horas extrahe Flores qui aſcenderunt, rurſus Alembicum repone & ignem continua per duodecim alias horas. Nota, ſi nimium Materiæ vna vice imponis, tunc comburitur, eminẽtia trium vel quatuor digitorum ſufficit: Tunc ex libra vna vncias vndecim Florum habere poteris, quòd ſi pauciores habueris, repoſito Alembico perge adhuc ignem ſubminiſtrare per duodecim alias horas.

Aquæ ſtillantes ex vnaquaque ſublimatione tam Florum Sulphuris ſimplicium quàm compoſitorum in Recipiente adaptato colligantur ac ſeorſim ſeruentur, illæ poſtea rectificatæ in Balneo bullienti miſceantur cum aqua illa, quæ ab vltimis Floribus compoſitis abſtracta eſt, nec rectificatione eget, coloris lactei propter gummata, & ſaporis acidi: Hæc ſeorſim colligenda, ne miſceantur cum oleo ſubnigro, quod ſubſequi ſolet.

Vocant hanc Aquam *Ens* ſeu *Lac Balſami*, cuius idem vſus qui Florum.

In Peſte.

Febribus.

Pleureſi.

Colicâ.

Affectibus Pulmonum.

Obſtru-

Obſtructionibus Hepatis.

Doſis pro Natura infirmi & judicio præſentis medici.

*Vires, Vſus & Doſis Florum Sulphuris.*

1. In Peſte ſummum eſt Curatiuum & præſeruatiuum: reſiſtunt enim impreſſioni & præſeruant à putredine: Cum Extracto Enulæ Campanæ ad miraculum operantur tempore infectionis.

Doſis drachma vna in aqua Cardui benedicti, vel in Theriaca. Vel in vncia vna Syrupi de Citro, & vnciis duabus Aquæ Meliſſæ. Hic hauſtus præſeruat, & curat abſque omni aliâ medicinâ vt πολύχρηστον Peſtem, Pleuritidem, omnes Putrefactiones, Apoſtemata.

2. Quotidianus vſus eſt προφυλακτικὸν omnium morborum, cum accidentibus, & Naturæ & Sanitatis conſeruatiuum.

3. Offertur in omnibus morbis, qui efficaci exſiccatione opus habent.

4. Sudorem in Lue Venerea promouent.

5. In omnibus Pulmonum affectibus, aſthmate, tuſſi antiqua & recente: In Catarrhis pectoralibus, phlegmaticis.

6. In Pleureſi.

7. In Colica.

8. In Apoſtematibus & putrefactionibus corporis.

9. In omnibus Febribus præſeruatiuum: tollunt enim omnes impuritates febriles & pe-

ripneumonicas leuiores tutò & ſubitò.

10. Præſeruatiuum etiam in Epilepſiâ.

11. Conſeruatiuum vini, ſi illi miſceantur, impedit generationem Calculi.

Doſis drach. j. robuſto, iuueni drach. ſemis in cura.

Pro præſeruatione grana 8.10.

Miſcentur etiam ſaccharo & cum Tragac. in aqua pectorali ſoluto formentur tabellæ.

*Cautio.*

Oleum & Flores Sulphuris ſublimati grauidis non temerè offerantur, quia menſes promouent.

## *AQVA THERIACALIS.*

℞ Theriacæ Venetæ vncias quinque.
Myrrhæ rub. Alexandrinæ vnc. duas & ſemis.
Cinamomi ſelecti.
Croci Orientalis integri ana vnciam dimidiam.
Camphoræ drach. duas.

Affunde optimum vini Spiritum diligenter rectificatum, vel ſi ad manus ſit è ſemine vel radicibus Angelicæ præparatus qui efficacior eſt, ad eminentiam trium vel quatuor digitorum, ac in vitro clauſo in leni calore cinerum Tincturam extrahe: Per inclinationem tinctum Spiritum aufer, & affunde recentem Spiritum tamdiu, donec non amplius tingatur: Spiritum vini tinctum

ctum poſtea ad medietatem ſaltem abſtrahe, reliquum maneat cum Eſſentia extracta, cui addes vncias ſex Spiritus Tartari, ſicque ſimul per octiduum vel quatuordecim dies circulabis & digeres.

*Vires, Vſus, & Doſis.*

1. In Peſte maximus eius vſus, & talis, vt infectus intra 12. horas ſumat cochl. j. in cochlearibus vini optimi, ſudet horis tribus, & ab hac potione ad cibum ac potum capiendum ad minimum ſex horæ interponantur.

2. Purgat caput, pectus, & omnia corporis membra principalia, illáque confortat, & ſi quæ labes illis adſperſa, delet, & in priſtinum naturalémque ſtatum ea reducit, & præcauet, ne in poſterum facilè lædantur.

3. Illis bene confert, qui hydrargyro fuerunt inuncti, ſua enim penetratione omnes neruos, muſculos, medullam penetrat, & quicquid noxium reperit, corrigit ac expellit.

4. In rectificatione ſanguinis.

Lue Venerea.
Putredine.
Vermibus.
Puncturis laterum.
Tremore Cordis.
Febribus.
Ictero.

Poteſt etiam cum aliis Diaphoreticis miſceri.

Doſis à cochl. ſemis ad cochl. integrum in

aqua appropriata, in hauſtu vini, aqua Meliſſæ, Cardui benedicti.

## ZENEXTON PARACELSI.

### I.

*Magnetis Natura ſpiritualis, Sympathici vel Antipathici (licet inuiſibilis, attamen ex effectu ſufficienter ſenſibilis) vires mirificæ.*

Primò fiat Inſtrumentum chalybeum in quo efformari poſſint placentulæ ad drach.j. & ſemis circiter ponderantes. Inſtrumenti ſunt partes tres: in ſuperiori, quod eſt inſtar maioris ſigilli, eſt ſerpens ſculptus: in inferiori, quæ quaſi paruam incudem repræſentat, eſt Scorpius: Annulus chalybeus cauus ſeſquidigitum tranſuerſum circiter altus, continet materiam imponendam ne elabi poſſit, ſed premendo ſupra & infra efformetur: Sculptura inſtrumenti fiat certo ſyderum cœleſtium poſitu, Sole videlicet & Luna Scorpionis ſignum ingredientibus: Eodem etiam tempore ſigillentur illa Pentacula, aut ad minimum cum Luna Scorpionis ſignum attingit: Sic enim ſuperiora cum inferioribus vnione ſympathica indiſſolubili maritantur & copulantur.

Forma

Forma inſtrumenti talis eſt.



## *Maſſa pro efformandis Amuletis ſeu Pentaculis conſtellatis.*

℞ Buffonum in aëre & Solis ardore exſiccatorum ac pulueriſatorum ſub aperto cœlo, naribus obturatis vel auerſis, piſtilio artificiosè penſili, vncias duas. Nota, niſi bene & citò exſiccentur, fœtent ac difficulter teruntur. Octodecim bufones dant circiter duas vncias pulueris.

Zenith iuuencularum quantum haberi poteſt.

Arſenici Cryſtallini albi.

Arſenici Rubri ſeu Auripigmenti ana vnciam dimidiam.

Rad. Diptami.

Tormentillæ ana drachm. tres.

Margaritarum non perforatarum drachmam vnam.

Corallorum.

Fragmentorum Hyacinthi } Orientalium

Smaragdi } ana drachm.

Croci orientalis ſcrupul. 2. } ſem.

Propter odorem aliquot grana Muſci ſeu Ambræ addi poſſunt.

Pulueriſentur omnia ſubtiliſſimè & miſceantur, poſtà Tragacanthum reſoluatur in aqua Roſarum inſtar mucilaginis, cum quo pulueres impaſtentur & formentur (Sole & Luna in Scorpione exiſtentibus, aut ad minimum Luna) Pentacula

tacula rotunda, & piſtillis illis duobus, ſub eadem Influentia cælatis, ſignentur: aut ſi mauis parentur Scuta formam Cordis habentia, poſtea exictur Scuta formam Cordis habentia, poſtea exiccata ſindone obducantur rubro, & Cordis regioni appendantur per int ermedium induſium.

*Vſus.*

Exterius collo appenditur funiculo ſerico, intermedio induſio ad regionem Cordis: non ſolùm præſeruat à Peſte, ſed impedit quo minus corpus à Venenis ſeu morbis Aſtralibus inficiatur: attrahit Venenum ab intra, & extra illud conſumit.

## *ZENEXTON PRO DITIORIBVS Magnatibus.*

2.

Capſula ex auro conficiatur puriſſimo, cum fiſtula foraminibus plena, in medióque fixa in vno latere veluti baſis hærebit: In huius anteriori parte exterius Sapphirus Orientalis præſtantiſſimi coloris adaptabitur, & in eius circuitu Bufonum lapides quatuor vel Aranearum, qui formam crucis in dorſo habent: Hoc enim Aranearum genus, Lapides minutos præ ſe fert, qui præſentaneum ſunt in Peſte remedium, ſi de collo ſuſpendantur: in altera verò ſiue poſteriori parte Hyacinthus vnus iuſtæ magnitudinis ſimili modo aptabitur. Hiſce ita abſolutis, ſumatur Bufo viuus, & dextro pede poſteriori ligatus viuus & integer citra ſanguinis emiſſionem ſuſ-

pendatur verſus Orientem donec perfectè exaruerit, ac pulueriſari poſſit, caue ne à pluuia tangatur: Et hic cum modico optimi, præſtantiſſimíque Aceti commiſceatur, donec formam paſtæ habeat, qua tota capſula interius repleri vndique debet: Demum fiſtulæ, quæ in medio paſtæ extiterit, particulę ſeu fruſtula aliquot ex linteo (quod primo virginis menſtruo, quæ annum decimum quintum nondum exceſſerit, madefactum fuit) imponantur, adeò vt fiſtula plena prorſus & compacta lintea exiſtant: Foramina eius magnitudinis eſſe debent, vt per illa Bufonis puluis tangatur ab huiuſmodi fruſtis: Nam ex mutua operatione oritur Sympathia vtriuſque, quæ poſtmodum conuerſis gradibus per Antipathiam Venenis vſque adeò reſiſtit & aduerſatur, vt ille qui hoc Amuletum de collo tempore peſtis ſuſpenſum geſtauerit, liber prorſus poſt Dei Prouidentiam & habendus & certiſſimè dicendus ſit: Id quod experientia & viua demonſtratione callent hi, qui veram eius componendi rationem norunt.

Nota, aurea canna ſeu rimoſa fiſtula ſuperius poſtquam referta eſt, optimè & diligenter obſtrui debet, requiritur ergo operculum ad modum cochleæ ſeu terebri vt paretur cum annulo, ſicuti ex ſequenti Icone apparet.

Forma

Forma inſtrumenti talis eſt.



## PODAGRICVM.

INcipiens & leuis Podagra, ſecundum Seuerinum, vno vnguento ſeu Balſamo curatur, mixtionem admittit Reſoluentium, Mitigantium, & Corroborantium.

Podagra confirmata, quæ radices difficulter reſolubiles vel in ſanguine, vel in carnibus, vel in ipsâ Synonia poſuit, non ſolis externis Balſamis Reſoluentibus, Mitigantibus, & Corroborantibus curari poteſt. Itaque Purgationes Podagricæ adiungendæ, Mundificantia, Diaphoretica, Diuretica per madores, inſenſibiles tranſpirationes, conſumptiones & perfectas ablationes, Euacuantia Podagrica tamen & conſentanea accerſemus.

Paracelſus dicit ad Curationem Podagræ requiri tria, Reſoluentia, Mitigantia, Corroborantia.

In reſoluentibus Paracelſus commendat Arcanum Corallinum: Item ſequentem Puluerem Artheticum:

℞ Hermodactyl.
Turpeti optimi
Diagrid.
Fol. Sennæ
Raſuræ Cranij
Sacchari ana drach. j. miſce & fiat puluis ſubtilis.

Doſis drach. ſemis mane ex aqua Iuæ Artheticæ per dies 3. vel 4.

Purgat ſecurè & leniter omnes defluxiones Podagricas.

Loco Mitigantium ſequentia duo Balſama vſui eſſe poſſunt.

Inter Corroborantia & defluxionem impedientia numeretur Spiritus Vitrioli vſus cum Sale Perlarum, & vinum Paracelſi medicatum è Caryophyllata & Acoro, quod defluxiones exſiccat & impedit.

*Balſamum Podagricum I.*

℞ lib. 2. Vitrioli ad flaued. calcinati.
Mellis virginei cum fauo lib. j.
Spiritus vini lib. j. (ſi ſit ad manus ille Spiritus è confectione Laudani Opiati reſiduus, erit eò melior)
Terebinthinæ vncias iiij.
Verbenæ vncias ſex.
Roriſmarini tantundem.
Silicum calcinatorum libram ſemis.

Omnia trita miſceantur, & imponantur iuſtæ amplitudinis Alembico Vitreo, benè luto obducto, addito ſatis magno capitello cum Recipiente capaci, iuncturis benè lutatis, ponantur per triduum in lento arenæ calore ad digerendum poſtea paulatim deſtillentur, vltimò fortificetur Ignis, quandiu vides guttas ſeu ſpiritus exire, poſtea frigeſcat: Caput mortuum ſeu faces ſpongioſæ nigræ, reuerberentur ad albedinem, illiſque priorem liquorem denuò affunde & ſecundo deſtilla.

*Vires & vtendi modus.*

Efficaciſſimum eſt Balſamum: Neminem ſua

expectatione ritè præparatum & adhibitum fruſtratur: citò enim & ſubitò dolorem Podagricum ſedat, ſi locus affectus inungatur, præmiſſo prius Puluere Paracelſi purgante è Hermodactylis ſeu Arcano Corallino. Linteola madefiant applicentur loco affecto tepidè, & relinquantur donec dolores ceſſent: viſibiliter vapores extrahuntur: Si pars dolens nimio ardore & rubedine crucietur, poterit de ſucco è floribus Thapſi barbati expreſſo & inſolato ana admiſceri.

## BALSAMVM PODAGRICVM II.

℞ Olei mandibularum inferiorum, veterum equorum, tempeſtatibus diu expoſitorum.

Vel olei ex oſſibus Hominis (violenta morte, reſte vel rota perempti) ſiccis Solis & Lunæ multis annis expoſitis.

Vel olei è ſanguine Ceruino.

Cuiuſcunque huius olei aliquoties prius per ſe rectificati ſumatur vncia j.

Olei Laterini

Terebinthinæ

Iuniperi ana vncias tres. miſce & deſtilla omnia adhuc ſemel in Balneo, & poſtea vngatur locus affectus, è veſtigio tollit omnes dolores Podagricos è frigida cauſa ortos.

## III. VNGVENTVM ANODYNVM.

℞ Florum Roſarum ſylueſtrium manipulos decem

decem, Herbæ & corticis exterioris recentis Hyoſcyami manipulos ſex, conciſis ſimul affunde menſuram ſemis vini, coquantur & poſtea trita exprimantur ac colentur: à colatura, aqua in Balneo abſtrahatur vt inſtar mellis reſidentia maneat. Hunc liquorem in tigillo vitreato permitte paulatim euaporare agitando continuè, piſtillo ligneo, donec inſpiſſeſcere vult, poſtea affunduntur pinguedinis ſuillæ caſtratæ libræ duæ & miſceantur, tandem ita calidè ab igne auferantur, & parum refrigefactis vnciam vnam Opij puluerisati, ac in vino ſaltem ſoluti, & Croci puluerisati quantitatem duarum auellanarum, Extracti florum Verbaſci vnciam ſemis addere conuenit, & mouendo diligenter immiſcere, donec frigeſcendo fiat vnguentum cineritij coloris.

## *Vires & Vſus.*

Singulare in ſiſtendo dolore Podagrico & Nephritico, ſi calidè affectus illo inungatur.

Vbi dolori Nephritico velis applicare, operæ pretium feceris, ſi manipulos duos vel tres baccharum Iuniperi ab initio compoſitionis cum Hyoſcyamo teras & exprimas.

## *NEPHRITICVM.*

CAlculi varia ſunt genera, gradibus atque partium numero differentia. Omnia ex impuriori alimentorum portione ſubtiliata & ad coagulationem deſtinata producuntur poſt benignioris alimenti ſeparationem factam,

beneficio ſpiritus ſeu caloris partium ſuperuenientis ad abſolutionem deducuntur: Variis exornantur figuris pro materiei varietate, ex qua veniunt, & partium in quibus hærent diuerſitate multiplici, ſymptomata inferunt ſingulis conformia, & magna affinitate iuncta. Fortis digeſtio dat citam operationem ad Calculum: Nulla debilis digeſtio, vnquam Calculum produxit: niſi debili digeſtione per vim fortem expulſiuam expellatur, & non ſecernatur, fieri non poteſt, vt Homo ſine Tartaro reperiatur, quem Spiritus Salis coagulare ſolet, & quem Purgationes non tollunt.

*Si vis Expulſiua debilis eſt, tunc vis Salis coagulatiua facit Tartarum.*

Detur opera diligens, ne acuta medicamenta exhibeantur in Calculoſis, qui aliâs ſunt valetudinarij.

*Sal contra calculum.*

In Remediorum longitudine nil ſitum eſſe dicit Paracelſus de Calculo, ſaltem in vera præparatione.

℞ igitur Oculorum Cancri
Calculi microcoſmi
Lapidis Iudaici
Lyncis
Spongiæ
Aquilæ
Glaciei duræ ſeu Cryſtalli
Silicum
Lapidum Cyprinorum è Percis piſcibus,

Reſolue ex his ſingulis vel omnibus quantum velis

velis aceto diſtillato, toties repetendo affuſionem, donec omnes ſoluti ſint, ac inde para Salem, abſtrahendo acetum: Hoc Sale ſæpius per aquam pluuialem prius dulcificato & purificato (ſoluendo ſcilicet, filtrando & euaporando) per ſe vtere vel in liquore reſoluto.

Cruſtacei, vt ſunt Oculi Cancri, Lapides Cyprini, non egent calcinatione, per ſe enim in aceto deſtillato ſoluuntur vt Perlæ & Coralli.

Silicei verò, vt Cryſtallus, Silex, Lapis Iudaicus, Lyncis, Spongiæ, Aquilæ, calcinetur primò cum Sulphure & Sale nitro, vt ſupra de liquoribus gemmarum dictum, poſtea reſoluantur cum aceto Terebinthinato, & Sal dulcificatum ad vſus ſeruetur.

Ex his lapidibus ſpecificis, propter varias ſignaturarum formas habebis Remedium Vniuerſale ad Calculum & Tartareos morbos.

Vnumquódque è ſupranominatis ſpecificis rectè præparatum, eſt ſufficiens ob ſcientiam ſignatam.

Cryſtallum Montanus Paracelſi Ludum eſſe putabat, qui omnem Tartari Anatomiam, Signaturam & Curam in ſe continet. Particulariter curando fieri non poteſt, vt omnes ſpecies dignoſcantur: Calculi & Tartari genera ſunt pluſquam quingenta, & quódque egeret ſuo Remedio ſpecifico.

*Vſus, Vires, & Doſis Salis.*

In omnibus Calculorum generibus, in quibuſcunque ſint membris.

Doſis à ſcrupulo j. ad duos pro præſeruatione in Syrupo conuenienti ſingulis Lunæ quadris.

In Cura à ſcrupulis duobus ad drachmam j. in aquis ſpecificis Ononidis, Saxifragiæ, Pimpinellæ, Petroſelini.

Mulieribus offertur in aqua Meliſſæ ſeu Baccarum Iuniperi.

*Obſeruationes duæ.*

1. Nota illud Sal ſæpiſſimè ſolutum & coagulatum, vltimò cum optimo Spiritu vini digeratur, abſtrahatúrque fortiter in cineribus, reiteretur labor, ſic Sal fiet volatile. Poſt quamlibet enim putrefactionem vnica ſemis Salis aſcendit. Illa vini Eſſentia ſecundùm Paracelſum non debet ſeparari à Sale immixto ac volatili, vt eò potentius agat in Tartarum interiorem. Vbi enim Alcohol vini fermentatum eſt cum virtute Lapidum, tunc habet vim reſoluendi Calculum Hominis, quemadmodum Alcohol vini fortificatum cum Tartaro, Auro & Corallis rubedinem extrahere perhibetur.

2. Neminem terreat, quod Silicei lapides propter duritiem primò per Salem Petræ calcinandi ſunt, vt eo melius per Acetum radicatum ſuperius memoratum ſolui poſſint, quod alioquin non fieret. Nam crudi Salis Nitri per Sulphur purificati cum tantillo Croci, Maceris & puluere lapidum Citrinorum in Calculo eſt Remedium efficaciſſimum.

*Puluis contra Calculum ſingularis.*

*HYDRO-*

## HYDROPICVM.

ALimenta noſtra Cibus & Potus tria habent in ſe Excrementa, vnum eſt Aqua, alterum Sulphur, tertium Sal vel Tartarus. Si hoc Sal medium reliquorum duorum ab Aſtrali Igne cum ſuo proprio Elementali Igne coniuncto lædatur, tunc fit & generatur ex illâ reſolutione Salis, Hydrops.

## PVRGANS SPECIFICVM *Hydropicum.*

℞ Radicum Hellebori nigri debito tempore collectarum vncias tres.

N B. vt ab Helleboro ſpuma venenata in præparatione Eſſentiæ diligenter ſeparetur.

Colloquintid. vncias duas.

Extrahatur Eſſentia cum Spiritu vini, & iterum ſeparetur ab illa Spiritus, ad mellis ſpiſſitudinem.

Hujus ℞ grana quatuor.

Mercurij per oleum Sulphuris præcipitati grana duo.

Miſceantur & formentur Pilulæ: Exhibentur tribus auroris ſucceſſiuè: Poſtea ſint ad manus flores Sulphuris ter per Vitriolum ſublimati, quorum accipe tres partes, & adde extractæ Eſſentiæ Croci Martis: Eſſentia hæc ex optimè præparato Croco Martis extrahitur, olei Vitrioli beneficio in digeſtione, cui bona quantitas aquæ communis admixta eſt, quæ tamen iterum fortiter abſtrahenda eſt, vt Puluis extractus per ſe remaneat. De hoc mixto Puluere, manè, meridiè

veſperi exhibe drachmam ſemis: offeratur in Cõſerua Roſarum: Sudor oleo Guajaci rectificato cum aqua Theriacali prouocandus: Vtatur cibo ſicco conuenienti, potu exiguo, qui ſit vinum Abſinthytes chalybeatum.

## *DYSENTERICVM.*

Si digeſtio eſt bona, & non eſt ſeparatio, tunc adeſt Dyſenteria.

Si eſt ſeparatio, & nulla eſt digeſtio, tunc eſt Lienteria.

Si neque ſeparatio neque digeſtio, tunc eſt Diarrhœa.

Si adeſt putrefactio materiæ ſtomachi, tunc eſt Fluxus ventris cum variis coloribus.

## *PVLVIS DYSENTERICVS Eximiæ Virtutis.*

℞ Succini
Sanguinis Draconis
Lapidis Hæmatit.
Corallorum rubeorum
Sem. Portulacæ
Plantaginis
Anthoræ
Rad. Tormentillæ
Terræ Strigenſis ana vncias duas
Balauſtiorum vnciam j.
Nuciſtæ numero quatuor.
Cinamomi vnciam ſemis.
Croci Martis

Tal-

Talcis calcinati
Matris Perlarum calcinat.
Oſſium microcoſmi calcinat. ana vnciam j. Lapides in porphyrio in tenuiſſimum pollinem conterantur, poſtea ex omnibus reliquis tenuiſſimè tritis, & inuicem mixtis fiat puluis.

*Vires, Vſus & Doſis.*

In omnibus dolorificis alui profluuiis, cuiuſcunque originis & diuturnitatis.
Dyſenteria.
Lyenteria.
Hæmorrhagia narium.
In mulieribus ſanguinis profluuiis quantumuis magnis & contumacibus, etiam in prægnantibus. Sedatur enim ilicò in quibuſdam, in aliis repetenda eadem Doſis horis aliquot poſt, longè à paſtu, aut die ſequenti in aurora, rariſſimè tertiò repetitur, fœminis eo malo quantumuis graui liberatis.

Doſis à drachma vna ad drachmam j. & ſemis etiam ad duas drachmas, cum vnciis tribus vel quatuor liquoris ſtillatitij Plantaginis.

In Dyſenteria ab extra ſequens Emplaſtrum regioni Ventris vtiliter imponitur.
℞ Theriacæ
Terræ ſigillatæ ana, fac Emplaſtrum, applica tepidè.

## CROCI MARTIS ESSENTIA.

℞ Scoriam ferri cœruleam ( Norimbergæ

vbi Laminæ chalybeæ fiunt optima haberi poteſt)vitreſcentem, reiectam in illis locis, vbi minera ferri funditur, ture in puluerem minutum, pone in vitro, affunde acetum vini deſtillatum acerrimum, ſtet in calore mediocri per 14.dies, & tingetur colore rubro, filtra & abſtrahe in Balneo, remanet materia rubra, à qua ter vel quater aqua pluuialis abſtrahitur, vt ſapor aceti euaneſcat. Poteſt etiam prius in Tigillo, in arena calida parum calcinari mouendo, vt aceti euaneſcat aciditas, & poſtea cum aqua edulcorari, ſi debitè tractetur, ſpontè ſeſe in cella poſtea pars in oleum ſupra marmor reſoluit.

Hæc Croci eſſentia in medio longè efficacior eſt, quàm vulgaris Crocus Martis reuerberatione per ſe factus, immittendo baculum ferreum vel chalybeum in fornacem vitrariam, vel irrorando laminas chalybeas aceto, & poſtea eaſdem in reuerberatorio ad rubedinem ſaltem ne nigreſcat reuerberando.

*Vires Eſſentiæ ſeu Croci Martis.*

1. Conducit in ſiſtendis menſibus, & fluxionibus intempeſtiuis.

2. Prodeſt albæ profluuiei muliercularum.

3. Gonorrhœæ.

4. Hæmorrhoïdibus.

5. Dyſenteriæ & Diarrhœæ.

6. Vrinæ incontinentiæ.

7. Hæmorrhagiæ internæ & externæ: ſi eius à ſcrupulo j. ad drachmam ſemis cum ſucco Cidoniorum condenſato, ſeu Conſeruæ Roſarum drachmis

chmis tribus aſſumatur, aut vulneri ſanguinem fundenti, aliquid inſpergatur: quamuis Fungi Betulini ramenta ad miraculum Hæmorrhagiam externam longè efficacius ſiſtant.

8. In omnibus Iecinoris & Lienis obſtructionibus deploratis: ſed ſumentes prius medicinis attenuantibus & album ſubducentibus purgatos eſſe oportet. Lienoſis datur ex Aqua Aſplenij, Adianti, Tamariſci. In Hepatis affectibus, in aqua Intybi, Cichor. Agrimon. exhibetur, tunc ſiſtit ſanguinis ſputum.

9. In morbis diſſolutis, Hydrope & aliis vbi conſolidatione opus.

10. Ventriculum corroborat, & nauſeam tollit in conſerua Roſarum, vino generoſo.

*Doſis.*

Doſis à gr. 8. 10. 12. ad 15.
In vino rubro.
Aqua Plantaginis.
Burſæ paſtoris.
Tormentillæ.
In Conſerua Symphyti.

## VENEREVM.

*Confortans Vegetabile è deſcriptione Paracelſi cum additione.*

## *ESSENTIA SATYRIONIS.*

QVemadmodum Rhabarbarum parua elixatione amittit vim pugnãtem, etiã Satyrion

exiccatione : quamuis enim radix ſicca Spiritu vini extrahatur, operatio tamen ex eius vſu nulla deprehenditur Efficax : & Experientia demonſtrat Aquam è viridi radice deſtillatam plus operari, quàm Puluerem radicis ſiccæ: A radice igitur humore ſuo adhuc imbuta per ſeparationem eliciatur virtus, id quod in hanc fit ſententiam.

♃ Primo Verè omnium Cynoſorchidum ſpecierum radices ſelectas ſucculentas & plenas ad placitum, contunde in mortario marmoreo, Nota, alterum è duobus teſticulis ſemper flaccidum, mollem & rugoſum abiiciendum, quia virtute contraria (quam Paracelſus Saturninam vocat) Venerem reprimit & extinguit : adde micam vnam atque alteram recentis panis ſimilacei candidiſſimi, miſceantur omnia in mortario lapideo diligenter, & propter lentoris dilutionem affunde ſufficientem copiam Spiritus vini Maluiatici, poſtea in Alembico cæco in digeſtione lentiſſima Balnei pone: Finito vno atque altero digeſtionis huius menſe, exprime per prælum ſuccum tenacem (fæces calcina & Salem extrahe candinum, ſapore ſuaui, non vrinaceo, vt reliqua vegetabilium Salia) & colatum iterum in Alembicum cæcum per duos menſes in digeſtione repone, tunc flauiſſimus liquor, (interdum etiam rubeus) ſeparat ſeſe in ſuperficiem remanentibus in fundo fæcibus impuris ſecernendis, quæ in Forma hypoſtaſis aut ſedimenti in imo reſident. Liquor ſeparatus per inclinationem ad vſum ſeruetur, cui addes Salem proprium, & aliquid

*Panis & Vinum ſuſtentationis præcipua fulcra & procreationis media ſingularia, quia ſine Cerere & Baccho friget Venus. Zach. ca. 9. Sect. 17.*

quid de Sale Perlarum, guttam etiam vnam atq; alteram olei Cinamomi, Maceris & Nuciſtæ, ſic gratius & efficacius medicamentum erit. Poſſet addi Aurum Potabile, ſi modò verum, genuinum, ac corroſiuis rebus non inquinatum & corruptum haberi poſſet.

*Vires, Vſus & Doſis.*

Mirabilis omnium ferè totius corporis membrorum externorum, vtriuſque ſexus ſignatura, in hiſce variarum ſpecierum radicibus deprehenditur. Ideò etiam totum hominem cõfortare non immeritò creduntur. Phædro vocat Radicem, Mumiam rubram, & ſingularem cũ microcoſmo dicit habere συμπάθειαν.

Hoc igitur Extractum eſt vnum è ſummis totius corporis Confortatiuis: In confortanda Venere eſt præſtantiſſimum medicamentum, & datur magno iuuamento frigidis & maleficiatis: Senibus item inualidi femoris, virilitatem amiſſam potenter reſtituit.

Doſis à ſcrupulo j. ad ſcrupulos duos & tres in vino Muſcatellino dulci, vel Maluiatico, eundo cubitum: Vel miſceatur cum Conſerua Roſarũ, de qua exhibeatur quantitas auellanæ, ſuperbibẽdo hauſtum vini Maluiatici vel Muſcatellini.

## VENENATVM.

### THERIACA DE MVMIA.

SOLA Mumia eſt, quæ præſentiſſimum Remedium adfert, aduerſus omnia Venenorum genera.

*Primò paretur Tinctura Mumiæ in hunc modum.*

Eligatur Cadauer hominis ruffi, integri, recẽtis ſine macula, viginti quatuor annorum, ſuſpenſi, vel rota contriti, vel haſtati, per diem & noctem tempore ſereno collectum.

Hanc Mumiam, à duobus Luminaribus ſemel illuminatam ac conſtellatam, fruſtulatim vel aſſulatim conſcinde, & aſperge puluere Myrrhæ, & tantillo ſaltem Aloës (alioquin nimium amareſcit) poſtea imbibe macerando aliquot dies in Spiritu vini, ſuſpendatur parum ac iterum imbibatur, tandem in aëre fruſta ſuſpenſa ſicceſcant, tunc aſſimilatur carni fumo duratæ ſine fœtore: Et poſtea Spiritu vini ſecundùm artem, vel Spiritu Sambucino Tinctura rubicundiſſima extrahatur.

Poteſt etiam oleum oliuarum ſeorſim cum conciſa Mumia ſicca (nam humiditas intolerabilem illum fœtorem in digeſtione cauſatur) macerari per menſem, ſic tingetur, de hoc tincto oleo oliuarum poſtea ad libitum Tincturæ Mumiæ poteſt addi antequam cum Theriaca miſceatur.

R. ergo Tincturæ ſeu Extracti Mumiæ per Spiritum vini, à qua tamen Spiritus denuò abſtractus ſit, libram ſemis.

Theriacæ Andromachi vncias quatuor.

Olei oliuarum Mumiati vncias ij.

Salis Perlarum & Corallorum ana drachmas ij.

Terræ ſigillatæ vncias duas.

Moſchi

Moſchi drachmam vnam.
Miſce & digere circulando per menſem.

*Vires, Vſus, & Doſis.*

Plurimi morbi hâc Theriacâ de Mumia perfectè ſanantur.

1. In Peſte tanta eius vis eſt, vt ſi ante infectionem fuerit adminiſtrata, nil prorſus incommodaturũ ſit Venenum, & qui horis matutinis ſcrupulo vno vtetur, eodem die non inficietur.

Infectus vtatur drachma ſemis vel drachma vna, in aqua Cardui benedicti vel cũ Theriaca.

2. In Apoſtematibus, Carbunculo, Anthrace, Pleureſi drach. vna adminiſtratur. Proinde exactis ſex horis alteram drachmam exhibe, & qui illam horam attingit vt ſecundam potiunculam accipiat, de ſalute certus eſt.

3. Contra quævis Venena. Doſis à drachma ſemis ad vnam vel duas in ſumma neceſſitate: Si quis Venenũ hauſit, offertur dicta Doſi in vncia vna, vel duabus olei amygdalarum, vt patiens vomat, in lecto medicinæ operatio expectetur.

Hac ratione pellitur, quicquid eſt Beſtialium ſeu Mineralium Venenorum.

II. ARCANVM THEOPHRASTI AD *quæuis Veneni genera præſtantiſſimum, cuiuſmodi ſunt Mercurius ſublimatus, Arſenicum, Napellus, Puluis Adamantis, Virus Aranearum & Bufonum, Phthora, Cerebrum Felis, Menſtrua.*

℞. recentem Ciconiæ ſanguinem, quantum

in ſuo corpore cōtinet, deſtilletur per Balneum Mariæ, in vitrea Cucurbita noua: aquam quæ promanat ſerua diligenter, & ſanguinem coagulatum loco paululum calidiori exicca, & contere in puluerem.

Ventriculum ſimiliter exiccari conuenit, ac crucibulo impoſitum comburi tantiſper, donec in cineres vertatur, è quibus cum proprio ſanguinis liquore extrahendum eſt Sal, id quod diligenter cuſtodiendum, & ſanguini pulueriſato coniungendum eſt.

Hiſce in vitro ſatis capaci impoſitis addi debent:

Succini albi delectiſſimi vncia vna.
Corallorum rubeorum &
Baccarum Vuæ verſæ (nigrarum & benè maturarum) exiccatarum & pulueriſatarum.
Eſſentiæ Mumiæ.
Radicis Anthoræ ana vncia ſemis.
Lapidis Bezoartici drachm. iij.
Theriacæ optimæ vncia j. & ſemis.

Hæc cum oleo (quod è nucleis Pini per validam expreſſionem conficitur) incorporanda & commiſcenda ſunt omnia ſimul, ac deinceps tantùm olei ſuperaddendum, vt trium digitorum vel quatuor latitudine id ipſum emineat: Deinde orificio vaſis diligenter obſtructo inſolentur, quò enim vetuſtior compoſitio hæc euaſerit, eò melior & fortior.

Efficaciſſimum eſt medicamētum contra omnia Metallica, Animalia, & Vegetabilia Venena.

*Vſus & Doſis.*

Vſus iſtius eſt, vt in omni Veneno corporali eiuſdem detur vncia ſemis cum hauſtu aquæ, vini, vel quod melius eſt lactis tepidè: nam decimaſexta pars horæ non tranſitura eſt quin patiens Veneni ſumpti ſubſtantiam à ſe eiiciet, ac liber euaſurus eſt, qui deinde Confortantibus refici ac auxiliari poteſt. Optimè hoc fiet, ſi in recenti lacte Corallorum rubeorum puluerem quotidiè ſemel ſumpſerit priùs calefacto.

Hoc arcano aliqui Magnates intoxicati reſtituti ſunt priſtinæ ſanitati, quum priùs Eſſentiis Monocerotis & aquis Theriacalibus ac huiuſmodi innumeris mediis fruſtrà vſi eſſent.

III. *SERPENTVM PRÆCIPVE VIperarum Alcohol contra omnia Venena Remedium eſt tam θεραπευτικὸν, quàm προφυλακτικόν.*

*Vipera apud Hieroglyphicos nõ ſine cauſa Salutis ſymbolum innuebat.*

Poſt excoriationem inteſtina, caput & cauda auferantur (pinguedo ab inteſtinis ſeparata ſeorſim pro ſingulari Ophthalmico aſſeruetur) reliqua caro elota, cum corde & iecore poſt lentam exiccationem, ſiue per ſe, ſiue in B.M. in Alcohol redigitur, ac in vſu medico intus præſumpta, Venenum ad cutim propellit, tãquam Theamedes Lapis qui ferrũ longè à ſe expellit. Quòd ſi quis huic teſtimonio & experimento conſentire noluerit, non damnet veritatem, niſi prius quod teſtatur, aut contrarium aſſecutus ſit. Hoc medicamento magna pecunia à quibuſdam empto, cum fiducia vti licet, nec quiſquam Medicorum eius vſu famam vnquam periclitabitur.

Doſis à drachm. ſemis ad drachm. j. in hauſtu vini Maluiatici, vel iuſculo vini generoſi.

Efficacia huius medicamenti non pariet illis admirationem, qui ſciunt plerunque in Natura apud ſummum Venenum, latere etiam Medicinam: Et quia mala maiori bono copulata natura conſiſtunt, ideò multi populi carne Viperina veſcuntur, longitudinem vitę præ ſe ferentes, idque nullo præeunte horrore, nullóve ſubſequēte periculo. Non ergo ſine cauſa Baldus Angelus in ſuo libello de admirabili Viperarum Natura in ſequentia verba erumpit: Illud vnum venit mihi in mentem vehementer admirandum, Serpentis aſtu in orbem Terrarum mortem intraſſe: Illud etiam mirum ex Viperæ ſerpentis nece, & eius carne ab omnibus grauiorib. morbis atq; venenis curari & in priſtinū ſtatū reſtitui: Sed continuato Viperinæ carnis eſu, ab omnibus morbis præſeruari, hoc certè totum omnem admirationem ſuperat & excedit.

*Triticum non habetur ſine Lolio, nec mel abſque aculeo reperitur.*

Tantum beneuole Lector in præſentia ſufficiat egiſſe tam de quibuſdam morbis Elementaribus, Materialibus, Internis, qui Naturaliter videlicet ex Ente Naturæ generantur, & ab Obſtructione & Tartaro, ortus ſui principia ducūt, quàm de nonnullis ex Ente Veneni obortis, quo modo videlicet illi à Natura debitis & aſſignatis medicinis confortata curentur.

De Morbis Aſtralibus, Spiritualibus, Imagi-

*Entia morborum ſecundùm Paracelſum ſunt quinque. Diuidit enim morbos in Naturales qui quatuor Entibus comprehenduntur, Naturali ſcilicet, Aſtrali, Venenali, ac Spirituali, & in Flagellum videlicet Quintum Ens Deale.*

nariis,

nariis, Votalibus, Incantamentis, ex Ente Aſtrorum ſeu Spiritus prouenientibus, Paracelſus peculiares conſcripſit libros, ad quos cupidum remitto lectorem: Vt enim morbi à deprauato cibo & potu, ab Animalibus, Vegetabilibus & Terræ fructibus orti, cum Arcanis herbarum & radicum ſanantur, ſicuti à Mineralibus & metallis cum horum etiam Arcanis ſanātur, ſiquidem Vegetabilium Arcana reſpuunt: Eodem planè modo, maxima pars morborum venientium ab Influētia Cœleſti, & ab Aſtrali Impreſſione Firmamenti Maioris mundi, non cum promiſcuis Remediis curari vult, vtpote per Arcana herbarum, mineralium, metallorum, ſed per Influentiā Aſtronomicam curatio inſtituatur cum iis ſaltem, quæ Analogiam ad maiorem & minorem mundum habent, in quibus eſt vera Magnetica vis Firmamenti & Impreſſio Cœleſtis reſiſtendi morbis è Firmamento maioris & minoris mundi, ſicuti apparet in Perſicaria, Solidagine minore, Dracunculo, Symphyto maiore.

*Hæ Syderales & Firmamentales Infectiones ab Adepto Medico cognoſcuntur & curantur Firmamentaliter: medicina enim Adepta eſt Ars, quæ cognitionem dat Firmamentales Infectiones cognoſcendā & expellendi.*

Si Supernaturaliter per Incantationē vel Magicam Aſcendentium Impreſſionem morbus vel dolor illatus, ibi priorum trium ſanandi conatus irritus, ſed ſecundū Paracelſum Magicè & Supernaturaliter procedendum, ac malū eo quo illatum modo viciſſim repellendum: Alioquin in dictis Simplicibus eſt attractiuum Influentiale, ac omnia ex ordinatione Diuina, Magicè, Aſtronomicè, Magneticè curant, quia medicina eſt in ipſis & in Homine Magnes: Vt enim Sol & Aſtra habent potentiam attrahēdi humiditatem

*Magnes Hominis Cura Magica, in qua eſt Cœleſtis Impreßio poſt herbæ contactum herba donec putrefacta ſit, attrahit medicinam in vlcus ſicque illud ſanat.*

ab inferioribus: Ita Homo (ſua inſita magnetica vi attractiua inſtar Magnetis Ferri ſpiritum nutrimenti loco trahentis) ac Inferiora habent eandem attrahendi à Superioribus, vt videmus tempore Peſtis, & hæ attractiones ſunt Naturales, non Veneficia, Incãtationes aut Superſtitiones. Morborum ergo origo ex ſuo principio petenda, & tunc curatio inſtituenda. Inſuper variæ ſunt morborum Naturæ & proprietates, vt Phędro diligentiſſimè annotauit, dum ait: Quidam morbi Remedia cum Extrinſecus, tùm Intrinſecus adhibita patiũtur. Quidam Extrinſecus morbi, & vlcera Intrinſeca, Remedia non ferũt: Sunt etiam quidam Intrinſeci morbi, qui nulla omnino nec Extrinſeca, nec Intrinſeca applicata Remedia patiuntur: Sunt porrò quidam morbi & Intrinſeci & Extrinſeci, qui Verbis tantùm, in quibus ſecundùm artem Influentia impreſſa eſt, quidam qui Herbis conſtellatis, quidam qui nec Remediis, nec Herbis conſtellatis, nec Verbis adhibitis vt vſis curari volunt, vt quidam vulnus vel vlcus Diapenſia vel Alchimilla curare potuit, cultro iuxta ipſius ſitus terræ infixo, cauendo tamen ne cultro Radix pungatur, aliàs patiens foret incurabilis: Ita refert quandam vetulam ſola Alchimilla vlceri cancroſo adhibita varia Carcinomata curaſſe: Sic multa vlcera deſperata per curam Characteriſticam cum virtute Firmamentali perfectè curata eſſe. Nemini hæc videbuntur mira, qui legerit apud Agrippam in conſtellatis vocabulis, characteribus, lapidibus, & ſimilibus maximas latere Influentias ſeu virtutes

tutes in actu quæ ſint miraculi loco: Similiter idem Cornelius aſſerit eſſe dictiones, quæ pronunciatæ, ſtatim exhibeant obedientes creaturas viſibiles & inuiſibiles, tā de noſtro hoc mundo, quàm de aqueo, aëreo, ſubterraneo & olympico. Sed hæc magnalia Primis & Antiquis parentibus notiſſima hoc loco obiter innuiſſe ſufficiat.

## EXTERNA.

## VVLNERARIVM, VLCEROSVM, Puſtuloſum, Mundificans, Mitigans, Conſolidans.

### BALSAMVM VVLNERArium efficaciſſimum.

*Quo omnia vulnera & punctiones membrorum, iuncturarum, neruorum, ictus etiam telo ſeu globo tormentario facti, tutò ſine vllo superueniente ſymptomate curari poſſunt.*

R. Florum Hypericonis lib. j.

Colligantur flores cum Solis ortu Balſamitico tempore, in exaltatione videlicet circa feſtum Iohannis ante nouilunium.

Florum Cheyri, Verbaſci, Chelidoniæ,
Centaur. minoris, Ariſtolochiæ.
Prunellæ, Chamomillæ.
Conſolidæ mediæ vel maioris ana vnciam & ſemis.

Foliorum Roſ. rub. vnciam j. & ſemis.
Mumiæ Tranſmarinæ.

Myrrhæ.
Thuris ana vnciam j.& ſemis.
Maſticis vnciam vnam.
Storacis liquidæ vncias duas.

Inciſis incidendis,& tritis terendis, ponantur in vaſe, & affundantur menſuræ duæ boni Spiritus vini, ſtent in digeſtione omnia retrò fornacem vel ad Solem : Poſtea effundatur Spiritus vini tinctus, & fæces prælo exprimantur : Tandem addatur huic Spiritui tincto ( niſi velis maioris efficaciæ ergò reiterare macerationem florum) olei oliuarum recentis,quod ſupra ramenta pinguia abietina per 8. dies in digeſtione ſtetit, libras quinque, Terebinthinæ claræ noſtratis, & Reſinæ Lariceæ lotæ in aqua Hypericonis lib.vnam & ſemis: Iterum per quatuordecim dies omnia digerantur : Vltimò abſtrahatur Spiritus vini in Balneo Mariæ, tunc Balſamum manebit in fundo Rubeum inſtar ſanguinis.

Hyeme prædictarum herbarum ſemina parabilia trita Balſamo injiciantur, & ponantur in digeſtione,& longè potentiùs operabitur.

*Vires & Vſus.*

1. Contra omnis generis vulnera plumaceolum vel flocci molles, qui circa ſemen Cardui benedicti,vel in Populo arbore creſcunt, tepidè intingantur, & vulneri priùs vino eloto indantur, ſuperpoſito Emplaſtro ſtrictico ſequenti, tamdiu,quoad nec venæ, arteriæve,nec nerui & vincula media, aut alia id genus appareant.

2. In omnibus Tumoribus,Inflammationibus, contra-

contractis & contuſis membris:rupturis oſſium.

3. Contra morſus canum, non neglectis aliis Remediis,ſi morſus ſint venenati.

Balſamum eſt ad vulnera & punctiones ſanandas efficaciſſimum.

EMPLASTRVM STICTICVM.

In cuiuſque ſalutaris Emplaſtri ſtictici compoſitione,ſecundùm Paracelſum,quatuor diuerſorum generum ingredientia conſideranda veniunt.

1. Sanatio, quæ fit ratione Ceræ & Colophoniæ.

2. Accidentia, quæ tolluntur & impediuntur beneficio gummatum ſcilicet Opopon. Galb. Sagap. Bdell. Ammon. Elemi.

3. Putredo(quodlibet enim vulnus etiam ſine accidenti putredini eſt obnoxium, generat vermes & carnis malæ excreſcentiam) quæ tollitur & præcauetur ope magnorum conſolidatiuorum, Maſtiche ſcilicet, Myrrha & ſimilibus.

4. Vt præſeruet à mucore,ſcabie,aridura,contractura,ſynouia,& ſimilibus accidentibus,quod fit per mineralia ſc. Lithargyrum, Minium, Antimonium, Ceruſſam, Marcaſitam, Calaminarem,& ſimilia.

*Vulnerum vlcerúmque telo inflictorum ſticticum Emplaſtrum præſtantiſsimum.*

1. R. Minij.
Calaminaris ana lib. ſemis.
Lithargyrij auri & argenti ana vncias 3.

Olei Lini.
Oliuarum ana lib. j. & ſemis.
Laurini lib. dimidiam.
Ceræ.
Colophoniæ ana lib. j.
Vernicis.
Terebinth. ana lib. ſemis.
2. Opopanacis.
Galbani.
Serapini.
Ammoniaci.
Bdellij ana vncias tres.
Carabe citrini.
Olibani.
Myrrhæ Alexandrinæ.
Aloë epat.
Vtriuſque Ariſtolochiæ longæ & rotundæ ana vnciam j.
Mumiæ Tranſmarinæ.
Magnetis.
Hæmatit. ana vnciam j. ſemis.
Corallorum alborum & rubeorum.
Matris Perlarum.
Sanguinis Draconis.
Terræ medicatæ Strigenſis.
Vitrioli albi ana vnciam j.
Florum Antimonij drachm. ij.
Croci Martis tantundem.
Camphoræ vnciam j.

Modum parandi talem ſeruaui.

1. Gummata quinque in aceto macerata & cocta exprimantur per linteum craſſum bis re-

petendo cocturam. (Doſis gummatum poteſt augeri propter fæces ab expreſſione remanentes & abiiciendas) poſtea ſuper lentum calorem in munda ſartagine vſque ad conſiſtentiam mediocrem inſpiſſentur.

2. Oleum Lini & Oliuarum imponatur alteri ſartagini & addatur Lithargyrium Auri & Argenti, coquantur agitando, donec oleum coloretur, poſtea addatur Calaminaris, & paulò poſt Minium, omnia illa agitando ferè per duas horas coquantur ſimul ad ſufficientiam, cuius Proba eſt, ſi ſupra vnguem gutta concreſcat & condenſetur, nec ampliùs diffluat.

3. Tandem etiam addatur circa finem Vernix, oleum Laurinũ, Cera, Colophonia: omnibus benè inuicem miſtis & liquefactis & ab igne ſepoſitis, poſtea da operam, vt ſartago cũ gummatibus paulatim calefiat: & ſucceſſiuè affunde liquorem è ſecunda ſartagine gummatibus diligentiſſima agitatione incorporando, ſupra lentiſſimum calorem (caue ne bulliat, alioquin gũmata in grumos coëunt, & oleo difficulter miſcentur) poſtea agitando addantur pulueres, & diligenter per horam omnia agitentur: Vltimò Camphora reſoluta in oleo Iuniperino addatur: ſi fortè nimis durũ eſſet, addatur adhuc aliquid Ceræ & Colophoniæ.

Proba iuſtæ decoctionis hęc eſt: Bacillo intincto guttulas aliquot in aquam ſtillare ſinito, ſi digitis adhæſerit materia mollis, coquatur diutius donec dureſcat: Tum demũ ab igne deponatur, & in magnum peluim aqua plenam effundatur, ac manibus (oleo Camomęlino, Roſarũ,

Iuniperino, Lumbricorum, Hypericonis ana q. ſ. mixto) perunctis pinſere, ac inſtar malagmatis ſubigere conuenit, horis tribus vel quatuor: ſeruetur ad vſum efformatis indè priùs magdaleonibus alutæ includendis.

*Vires huius Emplaſtri ſunt innumeræ: ſub Lunari globo non reperitur efficacius.*

1. Contra inueterata vlcera, nec non recentia vulnera & ictus, vbicunque ſunt in corpore, etiam in capite.

2. Siccat & mundificat vulnera, carnem bonam producit, conſolidat, ac ſanat vna ſeptimana efficaciùs, quàm aliud menſe integro.

3. Putreſcere non ſinit bonum, inſuper corruptionem, malæque carnis excreſcentiam impedit.

4. Neruis truncatis aut contuſis optimum eſt Remedium.

5. Ferrum, lignum, plumbum, & alia quæque de vulneribus extrahit, ſuperpoſitum eis tãtum.

6. Venenoſorum animalium curat morſus ictúſque: attrahit enim Venenum.

7. Matureſcere facit Apoſtemata cuncta ſuperpoſitione ſola.

8. Contra Cancrum, Fiſtulam, Scrofulas, Ignẽ Perſicum eſt Remedium excellens.

9. Mitigat omnes dolores, cuiuſcunque vulneris aut ictus.

10. Contra Rupturam.

11. Vbi caput inflatum eſt, radantur capilli, & impo-

imponatur Emplaſtrum.

12. Dolores Dorſi impoſitione tollit.

13. Ficus cutis extra & intra ſanat imponendo.

Vires ſuas ſeruat integras, annos quinquaginta, quo tempore æquè efficax eſt ac recens compoſitum.

*LAPIS MEDICAMENTOSVS efficax.*

R. Vitrioli viridis lib. j.
albi lib. ſemis,
Aluminis lib. j. & ſemis,
Anatron,
Salis communis ana vncias tres,
Salis Tartari,
Salis Abſinthij
Artemiſiæ,
Cichor.
Perſicariæ,
Plantaginis ana vnciam ſemis.

Ponantur in olla noua vitreata, affunde modicum aceti Roſacei, coque igne carbonum lẽto, ſępius agitando: vbi incipit ſpiſſeſcere, adde Ceruſſæ Venetæ lib. ſemis, Boli Armeni vncias quatuor: Diligenter miſceantur omnia, donec vi ignis mediocris in lapidis duritiem maſſa cõcreuerit, qui poſtea fracta olla eximendus, & ad ſuos vſus reſeruandus.

Si gummata, Myrrham videlicet & Thus, addere voles, inſtituatur coctio lenta, ne comburantur, & vis illarum in igne euaneſcat.

*Vires & Vſus.*

Virtutes eius ferè ſunt innumerabiles.

1. In partibus corporis exterioribus omnia vlcera ſubitò tollit, lauentur manè & ſerò, & linteolum madidum ſuperimponatur.

2. Omnes defluxiones tollit, mundificat, & confortat partem affectam.

3. Deſiccat vulnera & vetera vlcera Aphrodiſia, ſi linteum imbutum ſuperimponatur.

4. Dentes confirmat, & Gingiuas à putredine conſeruat.

5. Oculorum lachrymas reſtinguit, rubedinem & oculorum dolores tollit, & caliginem ſi pluma madefacta anguli oculorum externi irrorentur.

Si in Ophthalmia vtimur, poteſt ſolui in aqua Roſarum vel Euphraſiæ vel Verbenæ: Verbena in Iunio & Iulio ante Solis ortum colligatur, & cum vino per menſem priùs digeſta poſtea deſtilletur.

6. Ignem ſacrum tollit, Eryſipelas, linteum madidum ſuperimpoſitum, vbi ſiccum fuerit iterum madeſiat, ſpatio viginti quatuor horarum abibit, & ſi ſint foramina, eluantur hac aqua.

7. Scabiem manuum & corporis illa ſanabis ſi lauetur veſperi.

8. Contra Serpigines, ſed tunc Aqua non nimium ſit diluta, vt potentiùs agere poſſit: ſic etiam contra Tineam.

9. Adhibetur feliciſſimè ad Cancrum Mammillarum iam apertum: item ad Cancrum oris,

aut

aut quamcũque affectionem Gingiuarum, Noli me tangere, aut alia oris vitia: vlcera gutturis, Scorbutum collutione ſanat, expuendo poſtea; vel penicillo intincto abluantur.

10. Mortificat pulcherrimè, & mundificat quamcunque plagam antiquam, ſine vlla patientis moleſtia.

11. Vbi ſunt veſicæ albæ & puſtulæ in pedibus, eluantur apertæ hac aqua.

12. Linteolum hac madidum, apoſtemati impoſitum, medetur illi.

13. Ad omnia generis ambuſta, linteolũ madidum imponatur.

14. Ani ficus vtriuſque ſexus ſanantur, ſi linteamina madefacta applicentur.

*Vtendi Modus.*

Vncia vna liqueſcat in lib. j. aquæ pluuialis vel fluuiatilis, non fontanæ, diſſoluta (poſt filtrationem, & fæcum abiectionem) aqua clara vtimur.

*SAL, BVTYRVM, SACCHArum ſeu mel Saturni.*

Minium vel Ceruſſa, Creta non adulterata, aceto vini deſtillato humectetur, miſceatur & exiccetur. Tritæ materiæ affunde acetum deſtillatum, ad ſupereminentiam trium vel quatuor digitorũ, ſtet in calido loco (non in hypocauſto, in quo habitent homines, fumus enim huius aceti infuſi ſupra Saturnum nociuus eſt) per duos dies vel in cineribus in digeſtione quater quo-

tidiè agitando, & acetum in colorem flauum ac ſaporem dulcem mutabitur (vaſa ſint vitrea, nã terrea perfluunt) effunde, & reitera laborem affundendo nouum acetum donec non amplius coloretur & dulceſcat. Abſtrahe acetum in Balneo,& manebit in fundo gummi,cui affundes aquam pluuialem deſtillatam,vt denuò ſoluatur, & fæces reſiduæ aceti ad fundum cadant, perge recentem aquam affundere cineri, donec nil amplius extrahat: aquam filtratam euapora, habebis Sal quod in cella humida in oleum reſoluitur. Sal prima vice paratum poteſt parum ſaltem calcinari,nè meliores Spiritus auolent,&in marmore teri:acetum deſtillatum iterum affunditur, vt viciſſim ſoluatur in cineribus calidis per tres vel quatuor dies mouendo ſæpius, clarum filtratum effunditur ac euaporatur fæcibus abiectis: Si hoc aliquoties reiteretur, Sal erit pulcherrimum & cryſtallinum, quod vltimo in aqua Fontana ſoluitur & euaporatur, vel per ſe in cella in oleum liqueſcit.

*Vires & Vſus.*

Hoc Saccharum Saturni omnes Mercurios ſublimatos ac corroſiuos dulces & innoxios facit: ideóque in vlceribus corroſiuis, quæ à Sale proueniunt, præſtans eſt medicamentum:Sicuti etiam in Vegetabilibus Saccharum vulgare acrimoniam & amaritudinem rerum temperat ac corrigit:ita Mineralium & Mercurij & Arſenici tam in magno quàm paruo mundo hoc Saturni Saccharum mitigat ac emendat.

2. Con-

2. Contra putredinem oris præſtantiſſimum eſt medicamentum.

3. In vlceribus malignis, corrodentibus, cancroſis, & ſimilibus Saturninis, Lupo.

4. Contra Impetigines.

5. Purgat & mundificat, vlcera vetera, apoſtemata, vulnera: vix dici poteſt, quàm his ſit ſingulare Remedium.

6. Paracelſi ſingulare Arcanum, contra omnis generis ambuſta, Inflammationes, Tumores, Ignem Perſicum, ſi miſceatur cum aqua Plantaginis vel Solani & linteolis madidis tepidè applicetur: Ita pannus cœruleus intinctus Igni Perſico adhibetur.

7. Contra puſtulas faciei rubeas.

8. Tumores tollit confeſtim, ſi cum oleo oliuarum & Chamæmel. aqua Roſarum admixtà applicetur.

9. In Inflammationibus & rubedine oculorum optimum in aqua Euphraſiæ & Roſarum.

10. Cum oleo Terebenthinæ mixtum curat omnia vlcera, vulnera & membra contracta inunctione continuata.

11. Contra Cancrum, Fiſtulas.

12. Vſus præſtantiſſimus in vlceribus mammillarum.

13. Omnes Tumores, Inflammationes & dolores membrorum illius vſu externo tolluntur.

14. In Colica aliquot guttæ olei intra corpus dantur in vino albo.

15. In magnis Inflammationibus internis tria

grana in aqua Roſarum & Plantaginis offeruntur: Poteſt etiam affundi Spiritus vini, vt extrahat ſubtile,& hic eſſentificatus Spiritus loco Salis poteſt offerri, Saturnus eſt Naturæ Frigidæ, ideò omnibus Inflammationibus contrariatur.

16. In Quartana,& Lienis affectionibus: item punctura circa vmbilicum.

17. Poteſt miſceri Emplaſtris, Linimentis, vel per ſe reſolui in oleo, vel in aqua appropriata applicari.

18. Sua frigiditate hoc Sal Saturni intra corpus ſumptum libidinem Veneream reprimit: Qui in cœlibatu viuere conſtituerunt, & illo vti volent, conſultiùs facient, ſi regionem ſaltem externam admixto aliquo oleo inungant.

Ex hoc Saccharo deſtillatione artificioſa Spiritus elicitur inflammabilis, quo multi ſuo tamen proprio Sale fortificato conati ſunt Auri Calcem diligenter beneficio Aquæ Regis præparatam facere potabilem. Fides ſit penes cuiuſque Experientiam.

## *SPERNIOLAE COMPOSITVM.*

In Martio deſtilletur Sperma Ranarum per ſe in Balneo triduum ante Nouilunium collectum: ſic enim non fœtet. Habita hac Aqua,

R. Myrrhæ ſelectæ.
Thuris ana vncias duas.
Croci triti vnciam ſemis.
Camphoræ drachmas tres.

Tere omnia & miſce: Hunc puluerem in vitro Aqua Sperniolæ deſtillata vigeſies vel trigeſies imbi-

imbibere conuenit, ita tamen vt ſemper priùs ſponte exiccetur, poſtea ad vſus ſuos ſeruandus eſt. Intra corpus datur quantitas auellanæ ſemis in aqua Plantaginis in Hęmorrhagia interna, vbi omnia ſunt irrita.

*Vſus & Vires.*

1. Sua frigiditate ſanguinem coagulat: nam ad ſiſtendam Hæmorrhagiam internam è naribus & gutture, vbi omnia deſperata ſunt, tria vel quatuor grana intra corpus in aqua Burſæ Paſtoris tutò exhibentur.

2. Si reſoluatur cum aceto & Eryſipelati ſeu doloribus Podagricis calidis exteriùs applicetur, plurimum confert.

3. Hæmorrhagiam vulnerum externam impoſitione ſiſtit.

4. Si Panaritio per duas imponatur horas, necat illum, vel imponatur digitale è corio multoties priùs intus madefacto & exiccato.

5. Mortificat etiam Cancrum, ſed efficaciùs ſola aqua Sperniolæ.

6. In profluuio muliebri contumaciſſimo, duo vel tria grana intra corpus in aqua Artemiſię offerantur.

7. In aqua Sperniolæ per ſe deſtillata, ſi tantillum Aluminis ſoluatur, doloribus Podagricis linteis madefactis commodè & cum ſucceſſu applicatur.

## COSMETICVM CONTRA

*Faciei maculas.*

℞. Mercurij optimè purificati, à quo omnis

nigredo diligenter ſit ablutione ablatã, libram ſemis, miſce poſtea in paropſide terrea non deuitreata cum Mercurij ſublimati puluerisati ana, ponantur omnia in Alembico anguſti orificij, ſuperfuſo aceto deſtillato, ad eminentiam 3. vel 4. digitorum, ſtent per dies tres vel quatuor, aliquoties in die mouendo, tunc album puluerem extrahit, aufer per inclinationem acetum ſubalbidum: puluerem album ſponte ex aceto fundum petentem, per aliquot dierum moram abiecto aceto ſerua: Reiteretur ſæpiſſimè hic labor, donec illius pulueris albi copiam habeas, quem per ſe ſicca, & ad ſuos vſus repone: Non eſt corroſiuus, ideò niſi velis, ablutione non eget vlla.

*Vſus.*

Externè ſaltem adhibetur illiniendo ſputo proprio vel aqua Fabarum, contra omnes Faciei maculas: item Serpiginem: inſuper magnum medicamentum Incarnatiuum eſt: In applicatione caue ne oculos vel dentes attingat.

*VNGVENTVM SYMPATHETICVM ſeu Stellatum Paracelſi.*

℞. Adipis Verris aprugni.
Vrſini ana lotones octo.
Quò ſeniora animalia, eo melior adeps.

Vtriuſque animalis adeps priùs in vino rubro per dimidiam horam lento igne bulliat, poſtea effunditur ſuper aquam frigidam & cochleari colligitur pinguedo innatans, quicquid fundum petit, abiiciatur.

Poſtea R. Lumbricorum ex vino vel aqua lotorum ſextarios duos, torrefiant in olla tecta in fornace piſtoris, cauendum tamen ne adurantur, poſtea terantur in puluerem.

R. Huius pulueris,
Cerebri Aprugni ſiccati,
Sandali rubri odoriferi,
Mumiæ,
Hæmatit. ana vnciam vnam.

Demum accipe Vſneę è Cranio Hominis violenta morte perempti, abraſæ, Luna creſcente, & in bona domo exiſtente, Veneris ſi fieri poſſit, non Martis aut Saturni, ad pondus duarum auellanarum circiter: Ex omnibus tritis & inuicem mixtis cum adipe ſecundùm artem Vnguentum fiat, in vitro clauſo, vel pixide diligenter ad ſuos vſus reſeruandum.

Si fortè lapſu temporis Vnguentum exiccaretur, dicto adipe vel melle virgineo humectari & emolliri de nouo poterit.

Paretur Vnguentum Sole in Libra exiſtente.

*Vſus & Vires Vnguenti huius Sympathetici.*

Per Veneficia non perficitur hæc cura, vt imperiti fatui opinantur, ſed per medicamenti huius vim Magneticam attractiuam à ſyderibus cauſatam, quæ mediante aëre vulneri adducitur, & coniungitur, vt ſpiritualis operatio in effectum deducatur:

Fit inquam propter coniunctionem Aſtralem & Elementalem: Vt enim calor Solis con-

cordat cum Terra, ita Perſicaria cum morbo; abeunte Sole abit Calor: ita hîc etiam.

*Tria ergo ſunt, quæ cauſantur per hoc Vnguentum tam mirabilem effectum.*

1. Sympathia Naturæ.

2. Influentia corporum Cœleſtium ſuas operationes per Elementa perficiens.

3. Balſamum, quod ſanandi virtute præditum cuilibet Homini naturaliter inditum eſt.

Hoc Vnguento ſanantur omnia vulnera, quocunque telo, ictu, iactu, cuicunque etiam ſexui inflicta (ita tamen vt nec nerui, arteriæ, nec vnum è tribus principaliobribus membris læſum ſit) modò telum haberi poſſit, etiamſi patiens multis milliaribus à nobis abſit. Et quia eſt conglutinantis, ſuppurantis & renouantis Naturæ, non permittit, ſi debito modo applicetur, vllum noxium ſymptoma ſuperuenire.

*Obſeruationes.*

1. Vngatur telum, quo Homo vulneratus eſt, ſingulis diebus ſemel, ſi neceſſitas vrgeat, & vulnus ſit ingens: alioquin ſecundo vel tertio die inunxiſſe ſufficit, ſeruetur in mundo linteolo & loco tepido non nimis calido, ne damnum inferatur patienti: Cauendum etiam ne puluis deſuper telum cadat, nec ventus afflet in loco frigido, alioquin patiens ad inſaniam redigeretur.

2. Antequam telum vngas, conſidera, an punctim vulnus factum ſit, quòd ſi eſt, vngatur defenſorium illud ſuperius (& non inferius) deſcendendo, alioquin nocumentum adferre tur ægrotanti.

3. Si verò non poſſis cognoſcere, quàm profundè, vel quomodo defenſorium in carnem introiuerit, poteris illud totum perungere, alioquin ſufficit locum teli, quo aliquis læſus, inunxiſſe.

4 Non eſt neceſſe conſuere vulnus, more barbitonſorum, ſed ſaltem linteolo mundo quotidiè circumligare, in patientis vrina priùs madefacto.

5. Quo die, ſi quis inungat telum, abſtineat à Venere.

6. Ante inunctionem teli, vulnerato etiam ſiſtatur citiſſimè ſanguis.

7. In fracturis & ruptura oſſium aliquid pulueris Symphyti maioris poteris addere vnguento, vel de radicibus Hellebori nigri.

*Habito telo, quo quis læſus, & cupias ſcire, vtrum patiens ſit moriturus vel ſuperuicturus, ſic experière:*

Si illi telo ſupra carbones calefacto in tantum, quod poſſis manum deſuper tenere, ſubtiliſſimum puluerem è Sandalo rubro & Hæmatit. aſperſeris, ſi ſudat guttas ſanguinis, morietur patiens, ſin minùs, euadet.

*Si verò ſcire volumus, vtrum patiens ſe rectè guberner in potu & aliis requiſitis:*

Hoc cognoſcitur, quando in defenſorio maculæ ſanguinis apparent, ſin minùs, tum benè ſe gerit.

*Notandum inſuper.*

1. Non habitis armis ſeu telo, nihilominus

quamlibet cutis aperturam & læſionem violentam, per quam ſanguis egreditur, hoc Vnguento ſanari poſſe, ita vt lignellum ſalicinetum in apertura cruenta madefiat, & poſtquam ſanguis adhærens ſiccatus eſt (non ad Solis vel Ignis calorem) ſed ſpontè & per ſe, demum infigatur ſupradicto Vnguento in pixide aſſeruato, intus relinquendo.

II. Si vulnus fortè magnum & profundum eſſet, ſingulis auroris mũdificari poteſt & recenti linteolo ligari, ſine omni alio vſu extraneorũ oleorũ, vnguentorum & ſimilium: tunc ſanatur hoc vulnus quocumque modo inflictum per ſe, & ſufficit lignellum ſemel tantùm in apertura ſeu vulnere cruento priùs madefactum, vnguẽto pixidis infixum manere, vſque ad ſanationem plenariam.

III. Attamen quoties vulnus aliquod nouum ſanandum eſt, requiritur ſemper recens lignellum.

IV. Si verò vulnus nollet ſanguinem emittere, tamdiu lignello ſcarificandum, donec ſanguis effluat: Sic etiam in dolore dentium ſanando, dens dolens tamdiu ſcarificetur ſcalpello, donec ſanguinem emittat, ſcalpellum poſt exiccationem ſanguinis vngatur hoc vnguento, ſic confeſtim ſedatur dolor.

Si Equus ſit clauo transfixus in pede, extrahatur priùs clauus & inungatur, & citò curabitur pes equi, ſine ſuppuratione.

Eodem modo poſſunt omnia animalia carnem & oſſa habentia curari.

Summus Medicus, cuius VERBO Medicina ab ipſo creata demum eſt efficax, det ad horum legitimum vſum, ſuam Gratiam & Benedictionem, omnibus ritè & piè vtentibus: Ipſi ſoli Altiſſimo ſint laudes & gratiæ perennes ac perpetuæ, AMEN. *Exo.15.sect. 26. Sap.c.16. sect.12.*

## EPILOGVS.

DEſinant nunc in poſterum ſuperciliosi Thraſones Academici, Chymicorum Medicamentorum conuitiatores, qui minis, violentíſque obiurgationibus, pro maieſtate ſua decernentes, Auorum noſtrorum fidelem Veritatem, & Diuinam ſcientiam hactenus ſtultè irriſerunt, condemnarunt, & mille ludibriis affecerũt: Deſinant inquam Hermetis diſcipulis, Infamiæ, Inuidiæ, Inſcitiæ & Fraudis notas inurere, ac deinceps oculares demonſtrationes, manifeſtóſque operationũ poſtulare modos: inuſitata itẽ & noua ſua addiſcendi ratione, imperiosè à Carbonariis (quos ita vocant) Medicis, Spagyrica exigere Secreta, quæ Diuina Virtute inſpirante, Reipub. pleno horreo hac vice communicaui candidè: Interim hoc Vnicum ab omnis Falſi & Iniuſti Vindice acerrimo ſummis contẽdens precibus, vt omnibus, qui cum ardenti Inuocatione auxilij Omnipotentis DEI, grato animo his ritè prę-paratis ad Creatoris Laudem & Gloriã, Proximi egeni cõmodũ, ſyncerũ ac debitũ Arti Chymicæ immeritò proclamatæ Honorem vtentur, eaque poſt DEI Liberalitatẽ Spagyricæ Reipu. accepta referẽt: Gratiam iiſdem & omnem Benedictionem in medendo prętet ac elargiatur. Deriſori-

bus autem indignis, & illis, qui ſimulato contemptu hiſce Dei Donis clanculum vtentur, (ſicuti hactenus multos Galenicos maleferiatos, ex aliorum laboribus ſibi tectè laudem & æſtimationem venantes, feciſſe manifeſtum eſt) & interea malitioſa perfidia benefactores Spagyros ſeu verbo ſeu ſcripto inſectari non ceſſabunt, omnia eueniant contraria. Id vt firmum ac ratum ſit, faxit illa Sacroſancta Trivnitas, quæ mihi voluntatem habilitatémque dedit hos labores Chymicos, & hæc grana Spagyrica è paleis eruta, non ſine maximis ſtudiis penitiſſimè ſæpiſſiméque examinata, perpetuæ poſteritatis memoriæ conſecrare, & dicat totus Senatus Populúſque Spagyricus mecum ex intimo corde; Amen.

*Viue, Vale Lector, ſi quid ſcis rectius illis,*
*Candidus imperti: ſi non, his vtere gratus.*

SE-

# SERIES PRÆPARATIONVM CHYMIcarum, *vt ordine in Baſilica Chymica illæ habentur.*

SANATIONES OMNIVM morborum duplices *Pag.*192.
Vniuerſalis altera *ib.* altera Particularis 193
VIA PARTICVLARI, MORBOS expelli bifariam 194
*Primò, per vniuerſalia emunctoria.* *ib.*
I. VNIVERSALE DIGESTIVVM ſeu Maturatiuum. 195
Tartarus Vitriolatus 197
II. VOMITIVVM 199
Gilla Theophraſti ſeu Sal Vitrioli 200
Vitriolum album Vomitiuum *ibid.*
III. CATHARTICVM, RESOLVTIVVM, Mundificatiuum, Abluens 202
Turpetum Minerale 203
Mercurius præcipitatus 205
Arcanum Corallinum Paracelſi, ſeu Mercurius ſublimatus rubeus, non corroſiuus 209
Flores Butyri Antimonij 211
Flores Antimonij correcti 213
Electuarium Antimonij 215
Panchymagogon 217
Scammonij vera præparatio 220
Optima Scammonij præparatio 221
Specificum purgans Paracelſi 223
Salia Herbarum 226
IV. DIVRETICVM 229

Sal Succini ibidem
Spiritus Salis ibid.
Spiritus Salis Nitri 233
V. DIAPHORETICVM 235
Antimonium Diaphoreticum ib.
Spiritus Tartari 238
VI. CONFORTATIVVM 241
Sal Margaritarum Orientalium 242
Sal Corallorum 244
Liquores gemmarum & ſilicum 247
Acetum radicatum ibid.
Oleum Cinamomi 248
Elixir proprietatis Paracelſi 250
Balſama confortantia beneficio ceræ inſpiſſata 252
VII. ANODYNVM, MITIGATIVVM, SOMNIFERUM, Sedans, 253
Laudanum Paracelſi laudatiſſimum 254
Electuarium Laudani 256
VIII. ODORIFERVM 260
*Secundò, per media ſpecifica* 263
MEDICAMENTVM SPECIFICVM OMNIVM ſeptem membrorum principalium 264
SPECIFICVM CAPITALE 266
Vitrioli Spiritus ibid.
EPILEPTICVM MEDICAMENTVM 268
APOPLECTICVM 269
Aqua vitæ Apoplectica eximia ib.
Oleum Succini 270
Sal Succini 271
Balſamum Apoplecticum 274
OPHTHALMICVM 275

ODONTALGICVM 278
Oleum Anodynum ib.
Aqua eiuſdem efficacię ibid.
PECTORALE 279
Lac Sulphuris ibidem
CORDIALE 281
Aurum potabile 291
STOMACHICVM 299
Oleum Vitrioli Veneris & Martis ib.
VTERINVM 304
Elixir Vterinum ib.
Puluis è callis equarum 305
Extractum Splenis bouis ib.
Sal Iouis 306
Aqua ſingularis in qua offertur Sal prædictum. 307
FEBRILE ib.
Puluis 308
Potio ib.
PESTILENTIALE 309
Elixir Peſtilentiale ibid.
Flores Sulphuris 310
Aqua Theriacalis 316
Zenexton Paracelſi 318
Zenexton pro ditioribus magnatibus 321
PODAGRICVM 324
Balſamum Podagricum I. 325
II. 326
Vnguentum Anodynum ibid.
NEPHRITICVM 327
Sal contra calculum 328
HYDROPICVM 331
purgans ſpecificum Hydropicum ibid.

DYSENTERICVM, 332
Puluis Dyſentericus eximię virtutis ibid.
Croci Martis eſſentia 333
VENEREVM 335
Eſſentia Satyrionis ibid.
VENENATVM 337
Theriaca de Mumia ibid.
Arcanum Theophraſti ad quæuis venena præſtantiſſimum 339
Serpentum pręcipuè viperarum Alcohol 341
CONCLVSIO de morbis internis, & quædam de morbis Aſtralibus. 342.343.344
EXTERNA 345
VVLNERARIVM, VLCEROSVM, PVSTVLOSUM, mundificans, mitigans, conſolidans ibid.
Balſamum vulnerarium efficaciſſ. ibid.
Emplaſtrum ſticticum 347
Lapis medicamentoſus efficax 351
Sal, Butyrum, Saccharum ſeu mel Saturni 353
Sperniola 356
Coſmeticum contra Faciei maculas. 357
Vnguentum Sympatheticum ſeu Stellatum Paracelſi 358
EPILOGVS 363

*Additæ ſunt ſingulis medicamentis ſuæ vires, vſus, doſis, modus exhibendi, cautiones & obſeruationes: vt latius in ſequenti Indice ſuis locis ſigillatim exponitur.*

IN-

# INDEX IVXTA LITTERARVM ALPHABETI ORDINEM IN BASILICAM CHYMICAM locupletiſſimus.

## A

*Ablatione in quibus morbis opus* pag.196
*Abluens* 202.&c.
*Acetum eſuriuum* 301
*Aceti radicati, Huſero aceto therebinthinati, veri menſtrui omnium duriorum lapidum præparatio* 247.*eiuſque vſus* 248.330.331
*Adam* 286
*Adamantis pulueris aſſumpti remedium* 339
*Ægrotus è vulnere an moriturus ſit quomodo in telo explorandum* 361.362.*item an rectè in diæta ſe gerat* 362
*Ægroti, qui opio & hyoſcyamo non debite defæcato vtuntur, in varia & calamitoſa incidunt ſymptomata* 255
*Aër ad ſanitatem plurimum momenti habet* 260
*Aeris nulla corporis pars expers* 235
*Alchimillæ virius* 344
*Alcohol ſerpentum, præcipuè viperarum deſcriptum* 341.342.*eius efficacia & doſis* ibid.

*Alimentorum noſtrorum tria excrementa* 331
*Alkermes extracti tinctura* 303
*Alopeciæ cura* 302
*Alui profluuiorum quorumcunque cura* 333. *vide & fluxus.*
*Ambuſta omnia ſanans lapis* 353. *item ſuccharum* 355
*Amuleta ſeu pentacula conſtellata contra peſtem* 320. 322
*Angelorum ſedes* 287
*Anginæ remedium* 240
*Angelicus ſudor* v. S.
*Anhelitus fœtorem abigens, eiúſque ſuauitatem inducens* 249. 250
*Anima mundi* 288. 290
*Animæ omnes ad vnam animam mundi referendæ* 288
*Ani ficus.* v. F.
*Animi deliquiorum ſingularia remedia* 244. 249. 273
*Animalium venenoſorum morſus ſanans* 350
Anodynum 253. &c.
*Anodynorum neceſſitas* ibid.
*Anthracis cura* 339
*Antimonium apud vulgus infame & abominabile* 218. *in eius exhibitione cautiones* 215. 217
*Antimonij præparatio vt ſaltem per inferiora operaretur, ſine vulgari vehementia fruſtra attentata & iactata* 218
*Antimonij optima præparatio, vt tuto intra corpus exhiberi poſſit* 213. 214
*Antimonij diaphoretici præparatio* 235. *melior aliorum conatibus* 237. *medicamentum*

*πολύχεισον* 236 *eiúſque vires & vſus*, 236.237. *doſis*, 237

*Antymonij butyrum* v. B. *electuarium* v. E. *flores* v. F.

*Antimonio purgante aſſumpto quid obſeruandum* 212.213

Apoplecticum *ſpecific.* 269.*&c.*

*Apoplexiæ præſeruatiuum* 243.275.280. *præſtantiß.* 272

*Apoplexiæ remedia* 235.245. *præſtantiſſ.*241.242. *odoriferum* 263

*Apoſtemate in ventriculo exiſtente abſtinendum ab oleo vitrioli* 303

*Apoſtematum cura*, 224.315. *ibid.* 339.353. *ſingulare remedium* 355 *cunctorum maturatiuum* 351

*Aqua* 331

*Aqua abſinthij & rutæ ſpecificæ, febrifugæ* 258

*Aqua fortis, & oleum tartari ſe inuicem non patiuntur* 303

*Aqua regis* 292

*Aqua ſapientiæ philoſophorum* 284 *paucis nota* 204

*Aqua vitæ aromatiſata* 224

*Aquæ vitæ per ſe optime à phlegmate rectificatæ vſus* 232

*Aquæ vitæ apoplecticæ eximiæ præparatio* 269 *vſus & doſis* 269.260

*Aquæ in florum ſulphuris deſtillatione collectæ vſus & vires*, 314 *doſis* 315

*Aqua ſingularis, in qua hyſtoricis ſuffocationem patientibus ſal Iouis offertur, præparatio, & vſus* 307

*Aquæ mellis tinctura* 243

*Aqua ſpecifica ad dolores dentium præparatio* 278
*vſus* 279
*Aqua ſperniolæ, eiúſque vires & vſus* 356.357
*Aqua theriacalis præparatio* 316. *vires vſus & doſis* 317
*Aranearum lapidis præſentaneum in peſte amuletum* 321
*Aranearum virus ſi quis aſſumpſerit remed.* 339
*Arcani Coralli Paracelſi præparatio* 209. *vſus* 210. 307.324.326. *doſis* 210
*Arcani Theophraſti ad quæuis veneni genera præſtantiſſimi præparatio* 339. *vſus & doſis* 341
*Arenæ remedium* 302
*Aridorum confortatiuum* 280
*Ariduræ remedium* 243
*Aromatum olea* v. O
*Arſenici antidotum* 339. *corrigens* 354
*Artemiſiæ virtus eiuſque decoctum ad expurgationem matricis* 304
*Artheticus puluis* 324
*Arthritidis & arthritici doloris medicina* 258.281
*Artium & ſcientiarum omnium fundamenta naturalia vnde elicienda primum* 291
*Aſthmatis & aſthmaticorum affectuum remed.* 309. 315. *aliud præſeruatiuum & ſanatiuum* 280
*Aſthmaticorum fomentum* 259
*Aſtomi homines ſolis odoribus viuentes* 260
*Athanaſia magna* 258
*Auræ malignæ & peſtiferæ remed.* 275. v. & *peſtis*
*Aurea Alexandrina* 258. *Nicolai* *ibid.*
*Aurum metallorum rex & caput* 205.206. *metallorum puriſſimum* 206. *in ſe continet omne metallum*

lum omniúmve virtutem ib. inter mineralia primas obtinet 283.ad.m.
Aurum eſt omnis naturæ 286
perfectiſſimum corporum omnium ibid.
Aurum ſeptem Sigillis munitum in ſe maximum cordis confortatiuum continet 282. Aurum ſeptenarius perfectionis numerus impletus 286
Aurum receptaculum & ſubiectum omnium elementarium, cœleſtium, & supercœleſtium virium 288
aurum ſol metallicus 283. Sol philoſophicus & terreſtris 285
Aurum vt cum Sole cœleſti ſingularem habet cōcordantiam, ſic & cum corpore humano ſua forma interna 284. auri naturalis præſtantia inter metalla, comparata Soli inter planetas eximio 285
Aurum & ſol ob concordantiam ſingularem vno & eodem Charactere à veteribus figurata 291
Aurum vniuerſale ſubiectum ad animalia vegetabilia, & mineralia, vita rerum omnium 284. ei omnes vires cœleſtes planetarum, aliorúmque corporum minerabilium vegetabilium & animalium infuſæ 286. & quomodo ei planetæ, ſtellæ, elementa & vegetabilia ſuas vires ſub terra communicent expenſium 286. & c.
Aurum ab animalium & vegetabilium prouincia immeritò excludi 284
Auri ſedes in centro terræ 289
Aurum commune cor non confortat, ſed aſpectum ſaltem exhilarat 282
Aurum poſſe generare aurum ibid.
Auro virtutes eximiæ à natura inditæ ibid. exque eo concinnari poteſt à vero philoſopho medela admi-

randa ibid.

Aurum Paracelſo triplex 288

Auri calx v.C.

Aurum potabile vel putabile potius 283 id falſo iactant Chymici 218 quid ſi quis ritè applicare nouit cordi humano is ter quatérq. beatus dicẽdus 283

Auri potabilis conficiendi rationes & viæ vulgariũ Alchymiſtarum, ineptæ, vanæ, inutiléſq. quicquid glorientur 283. 284. eius ferè centum deſcriptiones ab autore fruſtra examinatæ, & expertæ 283 quædam deſcriptio ſingularis, quamuis ab auctore experientiâ non comprobata 283.291.&c.

Auri quinta eſſentia reſiſtit Solis &c. planetarum operationibus in homine 282.ad m.

Auri ſophiſticati impuritas & pernicies 297

Auri ſolutiones philoſophicæ non flauæ ſed rubicundiſſimæ 297

Auri ſpiritus ſecretiſſ. cœleſtis imaginem Dei gerens 288.289.

Aurum volatile 293.296 eius vſus medicus 293 miræ vires, contrariúſque operandi modus quam pulueris pyrij ibid. inquiſitum in cauſas 293.294 Auri volatilis puluere ad impoſturas quoſdam abuti 289

## B.

BAldi Angeli libellus de admirabili viperarum natura 342

Balſamum ſanandi virtute præditum, cuilibet homini natura inſitum. 360

Balſa-

Balſami apoplectici compoſitio 274. vires & vſus 275
Balſamum humidi radicalis 280
Balſami podagrici præparatio 325. vires & vtendi modus ibid. balſ. podagrici alterius præparatio & vires, vſúſque 326
Balſamum priſcorum 251
Balſamus ſulphuris, eiúſque tinctura ad affectus aſthmaticos 307
Balſami vulnerarij efficaſſ. præparatio 345. vires & vſus 346
Balſama confortantia beneficio ceræ inſpiſſata 252 eorum vires 253
Bilioſis non conuenit oleum vitrioli 303. nec temerè offerendum turpetum antimoniúmve 217
Brachij dolorum cura 208
Bufonum puluis 320
veneni remed. 339
butyrum antimoniale 212
Butyrum ſciſſile ex optimo vini alcohol. 244

C

CAchexiæ medicina 216
Calculus non à debili, ſed à forti digeſtione fit 328
Calculi varia genera 327. eorum generatio ibid. vnde figurarum varietas ibid. genera pluſquam quingenta 329
Calculi generationem impediens 316. præſeruatiuum 329
Calculi remedia modò verè ſint præparata in longitudine nil ſitum 328
Calculi remedia 108. 232. 246. 272. 302. ſingulare

245.330 diaphoreticum 237
Calculos renum rumpens 251
Calculoſis non acuta medicamenta exhibenda 328
Calidi innati confortatiuum 243
Caloris excitatio in mundo 289
Caloris natiui conſeruatiuum 259
Calorum & ſitis remed. 302
Calx auri vtiliſſima 293
Calcis auri peculiariter præparati eſſentia colorata medica 250. auri calcem vt quidam conantur potabilem facere 256
Calcis ſolis ſubtiliſſima præparatio 291.292
Cancri cura 233.355.357
Cancri remed. excellens 351
Cancri oris cura 352
mamillarum cura ibid.
Cancroſorum vlcerum cura 355
Canitiem retardans elixir 252
Canum morſus cura 347
Capitale ſpecificum 266
Capitis confortatiuum 232
Capitis defluxiones frigidas conſumens 272
Capitis dolorum cura 208.276
fluxus conſumens & exſiccans 282
Capitis doloris ſummi medela in exhibitione turpeti vel antimonij 217
Capitis inflati cura 350
Capitis morborum remed. 302
Catharticum 212
Diaphoreticum 240
Capitis morbos periculoſos timentium præſeruatiuum præſtantiſſ.

Capitis

*Capitis refrigeratiuum* 251
*purgatiuum* 317
*Carbon cur addatur ſpecifico adorifero* 263
*Carbunculi cura* 339
*Carcinomata à quadam vetula ſolâ alchimillâ curata* 344. V. & cancer
*Cardiacorum medicina* 259
*Carnem bonam in vulneribus producens* 349. *maleque excreſcentiam prohibens* 350
*Caryophillorum oleum* V. O
*Catharinæ Dn. Bappenheymiæ curatio* 241
*Catharrorum exſiccatiuum* 273. *purgatiuum & mundificatiuum* 195
*Catharrorum pectoralium & phlegmaticorum remed.* 315. *tenuium defluxiones ſiſtens* 258
*Catharroſorum medicina* 251
*Catharticum* 202
*Catharticum præſtantiſſimum* 211
*Aliud tale ſine moleſtia & nauſea purgans* 222
*Catharticum tartari purificati* 237
*Cathartica* V. & *purgationes, purgantia, &c.*
*Cathartica qua vi operentur* 202. 203
*eorum vis quo excitari & augeri poſſit* 220
*Cathartica chymica nulla moleſtia etiam à delicatulis & nauſeabundis aſſumantur* 223
*Catharticorum vulgarium mos* 229
*Catharticis vt remaneat vis purgans etiam poſt ſpiritus vini euaporationem* 223
*Centri veri rationem qui cognoſcit, eum nil latet in rerum natura* 291
*Centri & circulo hieroglyphicè figuratus Sol tam ter-*

*reſtris quàm cœleſtis* 291

*Cerebrum, membrum principale* 264. *ad lunæ vices alteratur* 268. *ad Marg.*

*Cerebrum & cor duo maxima hominis viſcera duobus max. luminibus cœli dicata* 281

*Cerebri animalis virtutis facultatem confortans* 273

*Cerebri confortatiuum* 243. 249. 280. *reficiens* 273

*Cerebri defluxionum cura* 207

*Cerebri purgatio leuis* 201

*Cerebri ſtuporem mirè remouens* 274

*Cerebrum felis ſi quis hauſerit, antidotum* 339

*Characterum conſtellatorum vis miraculoſa* 344

*Characteriſtica vlcerum cura* ibid.

*Cholericis abſtinendum ab vſu olei vitrioli* 303

*Chymici de auro potabili falsò gloriantur* 218

*Chymicorum quidam iniquus conuitiator notatus* 303

*Cibus & potus tria habent excrementa* 331

*Cinamomi oleum* v. O.

*Circumferentiæ cum puncto cur veteres exordia rerum aſſimularint* 285

*Claui inunctio in equo qui eo clauo transfixus curando* 363

*Cœleſtium corporum ſedes* 288

*Cœlibatu viuere volentium medicina* 356

*Cœlum & terra, partes mundi elementaris* 287

*Cœlum aureum nullo impuro mediante reſeratur* 284. *ad Marg.*

*Cœli cor* 288. 289. &c.

*Colica cura & remed.* 234. 258. 273. 275. 314. 315. 356

reme-

*remedium præſentaneum 233 odoriferum 264 eum impediens* 281
*Colicis doloribus turpetum antimoniúmve non aſſumendum* 216
*Colicarum cura vt inſtituenda* 196
*Compoſitiones veterum & officinarum, quas opium & hyoſciami ſemen ingrediuntur, notatæ* 257
*Concharum margaritiferarum ſal* v. S.
*Concocta ſolum medicanda niſi turgeant Hippocratis aphoriſmus vbi locum habeat* 196
*Concoctio Hippocratis* ibid.
*Concoctionum ſigna in quibus morbis fruſtra expectentur* 196
*Confortans vegetabile Paracelſi cum additione* 335 336
Confortatiuum 241
*Conradini libellus de febre Vngarica* 200. 261
*Conſtellatorum remediorum vis miraculoſa* 344
*Conſtipationes ſi adſint, turpetum, antimoniúmve nõ aſſumendum* 216
*Conſumptione in quibus morbis opus* 196
*Contractorum membrorum cura* 346
*Contracturæ cura* 199. 238. 241. 243. 272. *in manibus & pedibus* 274
*Conuulſionis remed.* 243
*Conuulſionis neruorum præſeruatiuum* 280
*Coquus in abſentia ligni quercini, fagino ſeu betulino vtitur* 284
*Cor & cerebrum duo maxima hominis viſcera duobus maximis cœli luminibus dicata* 281

*Cor inter animalia primas obtinet* 283. *ad Marg. Centrum corporis atque radix* 264. *praeſt corpori vniuerſo* 284. *ad* m. *ſcaturigo vitalis ſpiritus & ſanguinis* 288
*Cor bene defendere medici pracipuum officium* 281
*Cor Sol animalis* 283
*Cordi Sol collatus* 288
*Cordiale ſpecif.* 281. &c.
*Cordiale nobiliſſimum* 242
*Confortatiua* 232. 243. 249. 251
*Cordis confortatiuum maximum in auro ſeptem ſigillis munito latere* 282. *non in vulgari* ibid.
*Cor exhilarans* 249
*Cordis medicina* 232
*Cordis palpitationis & languoris remed.* 273. 244. *vt & tremoris* 244. 317
*Cordis roboratiuum, idque à labe veneni ſeruans* 246
*Cordis virtutis vitalis facultatem confortans* 273
*Coralli vt mirabiliter creſcunt, ita mirabilia eorum arcana & myſteria* 245
*Corallorum rutilantium integrorum virtutes* ibid.
*Corallorum ſal* v. S. *tinctura* v. T.
*In corpus quicquid redigitur id crudum eſt & indecoctum* 283
*Corpus inconſultè non mouendum* 203
*Corporis nulla pars expers aëris* 235
*Corporis totius confortatiuum ſummum* 237
*Corporum perfectiſſimorum balſama & proprietates duris nimium corporum carceribus contineri* 297

Coſme-

*Coſmetici contra faciei maculas præparatio* 237. *eius vſus* ibid.
*Creatio mundi* 287
*Creationis machina in tres orbes ſeu morbos diuiſio* 286
*Croci deſtillata aqua flaua* 244
*Croci eſſentia per aquam vitis extracta virtus* 249
*Croci Martis eſſentia præparatio* 333. *longè efficacior vulgari croco Martis* 334. *eius vires* ibid.
*Doſis* 335
*Cruſtaceorum lapidum ſal* v.S.
*Cryſtallus tartari anatomiam, ſignaturam & curam in ſe continet* 329
*Cryſtallus Paracelſi ludus putatus à Montano* 329
*Curatio morborum vel vniuerſalis vel particularis* 193
*Curationes quæ corroboratione, ſedatione, & mitigatione abſoluuntur, præſtantiores & tutiores* 241. 242. *iungendæ, & miſcendæ quoad fieri poteſt cum purgantibus diureticis &c.* ibid.
*Cutis ficuum extra & intra crura* 351
*Cutim infeſtantium affectionum cura* 302
*Cynoſorchidum radicum teſticuli contraria virtutis* 336
*In iis ſignatura membrorum externorum vtriuſque ſexus* 337

## D

D*Auid Syderocrates medicus* 241
*Defluxiones frigidas capitis conſumens* 272

*Defluxiones omnes omnium humorum ſiſtens* 258.
*omnes tollens & mundificans lapis* 352
*Defluxionum cerebri cura* 207
*ſalſarum cura* 201
*Delirij Catharticum* 216
*Dementiæ remed. Catharticum* 214
*Democritum helleboro Hippocrates curare cur noluit* 203
*Dentes confirmans lapis* 352
*Dentium ad dolores efficax. remed.* 278. 299
*Dentium doloris miraculoſa per inunctionem ſcalpelli* 362
*Dentium doloris è defluxionibus cura* 273
*Dentium dolentium eroſorum medicina* 278
*Deſperationis è nimia triſtitia medicina* 249
*Deſtructione curatio in quibus morbis inſtituenda* 296
*Deus in diſpoſitione rerum per gradus ſemper nobiliorem in ſummo collocauit* 288
*ethnicis etiam inuiſibilem ſuam eſſentiam per opera ſua manifeſtiſſimam fecit* 287
*Deum vnicuique è tribus mundis regionibus exemplar ſuæ omnipotentiæ indidiſſe.* 283
διαπύθησις 242
*Diapenſiæ virtus* 344
Diaphoreticum 235. &c.
*Diaphoreticum ex auro volatili* 293
*Diaphoreticus puluis aliorum examinatus* 237
*Diaphoreticorum neceſſitas* 229
*Diarrhœa generatio* 332
*cura* 334

*Dige-*

*Digeſtio debilis nunquam calculum produxit, ſed fortis* 328
*Digeſtionem promouens* 302
*Digeſtiuo in quibus morbis opus* 195.196
Digeſtiuum Vniuerſale 195
*Digeſtiuum ex tartaro vitriolato* 198
*Diuinæ dignitates Dei* 288
Diureticum 229
*Diureticorum neceſſitas* ibid.
*Doloribus omnibus acutis, tam externis, quàm internis, medicina ſingularis, laudanum* 258
*Dorſi dolorum cura* 351
*Dracunculus* 343
*Dyſenteriæ generatio* 332
*Cura* 233.333.334
Dyſentericum *ſpecif.* 332

E

*ELectuarij de Antimonio præparatio* 215. *vires ibid. doſis* 216
*Electuarij è laudano præparatio* 256. *eius vſus, vires, & doſis* 260
*Electuariis vt conſeruetur Catharticorum vis purgans mixta poſt ſpiritus vini euaporationem* 223
*Elementorum ſedes* 287
*Elixiris peſtilentialis præparatio* 309. *vires, vſus & doſis* 310
*Elixeris proprietatis Paracelſi compoſitio* 250
*Inque ea cautio à Paracelſo occultata* 251. *vſus & vires ibid. doſis* 252. *eius præſtantia* 251

Elixiris uterini præparatio 304. vſus & doſis 305
Emplaſtrum ad dyſenteriam 333
Emplaſtri ſtictici vulnerum vlcerúmque telo inflictorum præſtantiſſimi compoſitio 347.348. vires innumeræ 350
Ens ſeu lac balſami 314
Eius vſus & vires ibid. doſis 315
Entia morborum quinque ſecundum Paracelſum 343
Enulæ campanæ extractum V. extractum.
Epicraſis Galeni 196
Epilepſiæ generatio 196. præſeruatiuum 275. 216
aliud ſingulare 272
Epilepſiæ cura vt inſtituẽda 196. cura vniuerſalis 192
Epilepſia confirmata non tollatur ſimpliciter præparato vitrioli ſpiritu 266
Epilepſia remed. 246. 259. 275. Alia præſtantiſ. 243 272. 273. Aliud lethargicum 215. aliud odoriferum 263. 264
Epileptici medicamenti ſpecifici præparatio 268. eiúſque vſus & doſis 269
Epileptici creſcentis lunæ damna ſentiunt 268
Equi Clauo transfixi cura per inunctionem eius claui 362
Eryſipelatis cura 240. 352. 357
Eſſentiæ ſatyrionis præparatio 335. vires & vſus & doſis 337
Eueſtrorium amuletum 245
Excrementa tria in cibo & potu 331
Extracti enulæ campanæ præſtantia in peſte 309
Extracti ſplenis bouis præparatio 305. vires 306. doſis ibid.

Facici

F

FAciei macularum cura ſingularis 357
Faciei puſtulæ v.P
Famem ſedant in defectu perdicum, etiam carnes bubulæ 284
Faſcinationum remed. catharticum 214
Febrile ſpecif. 307.308
Febres plurimæ non opus habent digeſtiuo 105
Febres quartanæ v.Q
Febrium an è mercurialibus, an ſulphure, an ſale proprio, an hepate, an ſtomacho ſigna 307
in febribus ſecundùm Theophraſtum quando medicamenta exhibenda 308
Febrium omnium præſeruatiuum 315. remedia 198. 199.201.273.258.314.317. remed. ſpecificum 308. catharticum 207. 212. diaphoreticum 237. 240
Febrium acutarum remed. catharticum 214
Febrium ardentium remed. 268
Febrium omnium, & ardentiſſimarum, vbi vigiliæ laborioſæ, remed. 258
Febrium diuturnarum remed. 232. diuturnarum putridarum catharticum 216
Febrium è ſtomacho, vel hepate cura 302.307
Febris Vngaricæ remed. 268
Fel, membrum principale 264
Felis cerebrum v.C
Fermentum medicina 204
Ferrum ex vulneribus extrahens 250
Ficuum ani cura 353
Ficuum cutis extra & intra cura 351

*Fiſtularum cura* 356. *remed. excellens* 350. *inunctio præſens* 233
*Flores inter deſtillandum flauas guttas emittentes* 344. ad m.
*Flores antimonij albi* 308. *vulgares* 212. 213
*Florum antimonij correctorum præparatio* 213. *vſus & vires* 214. 215. *doſis* 215
*Florum butyri antimonij præparatio* 211. 212. *vſus, vires, & doſis* 212
*Flores ſulphuris* 310. *eorum præparatio* 311. *&c. vires & vſus* 315. *doſis* 316. *cautio de iis* *ibid.*
*Flores ſulphuris compoſiti* 313
*Fluxiones intempeſtiuas ſiſtens* 334
*Fluxus capitis* v. C
*Fluxus ventris cum variis coloribus generatio* 332
*Fluxuum ventris remed.* 246
*Fluxuum muliebrium immodicorum cura* 246
*Fœtore ægrotantes difficulter ſanantur* 261
*Fœtor oleorum omnium vt tollatur* 239
*Fœtorum ſignatura* 239
*Fœtus in vtero confortatiuum* 244. *in eius expulſione cura* 273
*Fons acidus artificialis* 301
*Fons luminis cœleſtis Sol* 289
*Fontem vniuerſalis menſtrui* v. M
*Frigoris excitatio in mundo* 189
*Frigidorum remedium efficax* 337
*Fungi betulini ramenta & eorum virtus* 335

G

G*Emmæ quædam auro quod præferantur, fit ob earum raritatem, non quod meliores*

ſint 282
Gemmarum liquores v. L.
Gemmarum virtutes accuſant temeritatem hominum ſceleſtam 298
Gillæ Theophraſti præparatio 200 vſus, vires & doſis 201
Gingiuas à putredine conſeruans lapis 352 earúmque affectiones omnes ſanans ibid.
Grauidis parcè olea aromatica exhibenda 249 non temerè offerendum oleum & flores ſulphuris ſublimati 316
Gonorrhœa cura 335
Gummata in digeſtione ingratum nanciſcuntur odorem 263
Gutturis vlcera ſanans lapis 352

H.

HÆmicraniæ cura 198.251
Hæmorrhagia naturæ ſpontanea ſalutaris 242
Hæmorrhagiæ internæ deſperatæ cura 357 & vulnerum externæ ibid. internæ & externæ cura 334.335
Hæmorrhagiæ narium cura 333 etiam deſperatæ 258
Hæmorrhoidum remed. 246.334
Halchymiæ veræ nomen vnde 284. ad m.
Hecticorum remedium 251 confortatiuum 280
Helleboro etſ. Hippocrates Democritum curare noluit, & cur 203
Hellebori vomitiuum 200

*Hepar v. & iecur*

*Hepar, membrum principale* 264 *eius medicina* 232

*Hepatis naturalis virtutis facultatem confortans* 273

*Hepatis affectuum cura* 335

*obſtructionum remed.* 314

*Herbæ omnes ab intra ſanguis & ſanguinei coloris* 298

*Herbæ inter deſtillandum flauas guttas emittentes* 244. ad m.

*Hernioſorum cura* 232

*Homo attrahit à ſuperioribus* 344

*Hominum temeritas res in non naturalem vſum transferentium, & iniquas vſuras exercentium* 298

*Humidum radicale ſale perlarum renouatur, augetur, & confirmatur* 243

*Humidi radicalis balſamum* 280

*Humoris vitæ confortatiuum* 243

*Humores ſuperflui, vitioſi, vel noxij quo educantur* 207.220.228

*Humorum omnium defluxiones ſiſtens* 258

*Humores prauos exſiccans & conſumens, è quibus podagra, arthritis, febres oriuntur* 243

*Humores diuerſos ventriculi educens* 251

*Huſerus chymiater* 208.210.266. *eius acetum terebinthinatum* 247

*Hydrargyro inunctis conueniens* 302.317

*Hydropis generat.* 331 *cura vt inſtituenda* 196 *cura vniuerſalis* 193

*Hydropis craſſorum & ſeroſorum humorum expurgatio*

*purgatio* 199
*Hydropis remed.* 231.246.331.335. *aliud appropriatum* 207. *alia cathartica* 210.212.215. *confortatiuum remed.* 243. *diaphoreticum* 240
Hydropicum *ſpecif.* 331
*Hydropicorum ſitis remed.* 230.237
*Hyoſciami non debitè deſæcati vſus pernitioſus* 255.
*hyſtericis ſi detur laudanum, cautio* 255
*hyſterici morbi profligatio* 305.307

## I.

*ICteri vel icteritiæ cura* 232.240.273.302.317. *remedium præſtans catharticum* 207
*Ictus cuiuſcunque dolores mitigans* 350
*Ictum quorumcumque etiam in capite cura* 350 *etiam telo ſeu globo tormentario factorum* 345 346
*Ictuum omnium cura miraculoſa per telum inunctum* 360.&c.
*Idearum ſedes* 287
*Ignis cœleſtis & inuincibilis, Sol* 200
*Ignis Perſici remed. excellens* 350.355
*Ignis ſacri cura* 352
*Igne ambuſta membra ſanans lapis* 353 *& ſaccharum* 355.
*Iecur v. & hepar*
*Iecori quando non conuenit oleum vitrioli* 303
*Iecoris obſtructionum remed.* 246. *etiam deploratarum* 335
*...acæ paſſionis remed.* 232

Imbecilles viribus non temerè aſſumant turpetum antimoniumve 216.217
Impetiginum cura 355
Impoſtoris cuiuſd. fraus cui auctor aurum volatile communicarat 290
Incantamentorum cura magica 343
Incarnatiuum medicamentum 358
Infantibus etiam poteſt exhiberi electuarium laudani 260
Inferiora vim attrahendi habent à ſuperioribus 344
Inflammationum omnium cura 346.355
Inflammationum magnarum internarum cura 355.356
Inquietudinum immodicarum medicina 258
Inſania catharticum 216
Intellectum acuens 252
Intelligentiarum ſedes 287
Intemperantia hodierna, medicorum nutrix 203
Inteſtina confortans 251
Inteſtinorum in profluuiis cura 258
Iuuentutem fortiter conſeruans elixir 251

## L.

LAc balſami 314 eius uſus & vires ibid. doſis 315
Lactis muliebris emendatiuum 243
Lactis ſulphuris præparatio 279.280 vires, uſus 280.281 doſis 281
Lætitiam adferens elixir 252
Lapidis medicamentoſi efficacis compoſitio 351.352

eiúſque vires & vſus 352.353. vtendi modus 353
Lapides aranearum v.A
Lapides ductibiles metalla 285
Lapidum cruſtaceorum ſal v.S
Lapidum duriorum menſtruum verum 247.
Lapidum omnium naturalis & radicalis in ſua tria ſolutio ei facilis qui menſtrui vniuerſalis fontem attigerit 298
Lapidum Paracelſi contra calculum ſolutio 248. 329
Laterum puncturæ v.P
Laudani Paracelſi laudatiſſimi præparatio 254. inque ea obſeruationes 255. ex eo electuarium 256. laudanum medicamentum ſuo nomini reſpondens 257
eius vires & vſus 257.258.259.307
doſis 260
Laxatiui omnis veri tres facultates 202
Lentiginis diaphoreticum 240
Lepræ initia profligans 240. eius cura vniuerſalis 193
præſeruatiuum 280. catharticum 212
Leproſi morbi quam curationem requirant 196
Leproſorum cura 231
Libidinem Veneream reprimens 356
Lien membrum principale 264. eius affectionum cura 356
dolorum & obſtructionum remedium 237.306
etiam deploratarum 335
Lienoſorum cura 335
Lienteriæ generatio 332
cura 333

*Lignum è vulneribus extrahens* 350
*Lignelli inunctio in miraculoſa vulnerum cura* 362
*Lippitudinum cura* 277
*Liquorum è gemmis, vt rubinis, granatis, hyacinthis, topaziis, amethyſtis, cryſtallis & ſilicibus præparatio* 247
*Lucifer fæculentus & ponderoſus olim è cœlo ſpirituali deiectus* 284.ad m.
*Luis Venereæ cura ſingularis* 240. *præſeruatiuum* 280. *alia remed.* 207. 217. *catharticum* 212. *expurgatio vnica* 207. 208. *remed. diaphoreticum* 237. *ſudorificum* 315
*Lumbricorum curatio* 201. 232. *in puerulis* 201
*Luna cœleſtis regina & Vxor ſolis, omnium cœleſtium virtutum vltimum receptaculum* 290. *virtute ſolis domina generationis augmenti & decrementi* 290.ad m.
*Luna cornea chymica* 299
*Lunæ etymon* 290.ad m.
*Lunæ operatio in inferiori mundo* 290
*Lunæ ſphæra cur à Deo in infimo loco corporum cœleſtium & ſupremo elementarium collocata* ibid.
*Lunæ vires in cerebro alterando, & in epilepticis* 268.ad m.
*Lupi vlceris cura* 233. 355
*Lux vitæ Sol* 289
*Lympha vera philoſophica & nobiliſſima* 204

## M.

M*Aceris oleum.* v. O.
*Macula faciei* v. F.

*Macularum in oculis cura* 277
*Mæſtitiæ præter rationem conducens* 259
*Magnes hominis cura magica* 344.ad m.
*Magnetis naturæ ſpiritualis, ſympathici vel antipatici, vires mirificæ* 318.ad m.
*Magnetica vis* 343.344.359
*Mala maiori bono copulata naturâ conſiſtunt* 342
*Maleficiatorum remed. efficax* 337
*Mamillarum cancer* v.C
*Mamillarum vlcus* v.V
*Maniæ remed.*259.*catharticum* 214
*Manuum ſcabies* v.S
*Marcoris ſenilis remed.* 243
*Margaritarum ſal* v.S
*Margaritas ſoluendi inter varias via optima & ſimpliciſſima* 242
*Maria ſemper virgo* 204
*Maſſa pro efformandis amuletis ſeu pentaculis conſtellatis in peſte* 320
*Matricis ægritudinum remed. præſtans* 245 *eius expurgatio* 304. *eius motum ſedans oleum* 272
*Matricis os ſurſum deorſúmque vertitur, ſuaui odore ſpirante* 261
*Matricis ſuffocatio* v.S
Maturatiuum *vniuerſale* 195
*Medela mirabilis & ab omnibus expetenda ex auro à vero Philoſopho concinnari poteſt* 282
*Medicamentum ſolutiuum omne deprędari quid de corpore noſtro, ſcitum Hippocratis* 203
Medicamenti ſpecifici *omnium ſeptem membro-*

rum principalium præparatio 294. eius vſus & doſis 265
Medicamenta acuta calculoſis non exhibenda 328
Medicamentis fortibus & violentis non temerè vtendum 203
Medicina adepta quid 343.ad m.
Medicina particularis 193. ſæpè fungitur vniuerſalis officio ibid. quibus modis via particulari morbi expellantur 194
Medicina vniuerſalis eiúſque præſtantia 192.193
Medicinam plerumque latere apud ſummum venenum 242
Medicinam vnam communem eſſe poſſe omnium morborum 192.ad m.
Medicinas bibere, Naturæ laborioſum 203
Medicus qui térque quatérque beatus dici queat 283
Medicus adeptus vt cognoſcit & curat morbos aſtrales 243
Medici præcipuum officium 281
Medicis vnicè quærenda medicina vniuerſalis 163
à Platone permiſſum officioſum mendacium 223
Medicis indoctis & inexpertis caruiſſe, pro conſeruanda vita & ſanitate optimum conſilium 203. ad m.
Medicorum nutrix intemperantia 203
Medullam in oſſibus purificans 207
Mel abſque aculeo non reperitur 342.ad m.
Mellis Saturni præparatio 354. vires & vſus 355. 356

*Melancholiæ cura & remed.* 199.246.352. *catharticum* 316
*Melancholicis affectibus præter rationem mœſtis conducens* 259
*Membrum principale quodlibet deſtructum mortem adfert* 264
*Membro principali læſo, turpetum vel antimonium non aſſumendum* 216
*Membra ſeptem principalia* 264 *pro iis conſeruandis ſpecificum medicamentum* 264. 265
*Membrorum ſeptem principalium aliquod neceſſariò in omnibus morbis afficitur* 264. 265. *eorum conſeruatio neceſſaria ſi vitam vis conſeruare* 264.265
*Membrorum principalium omnium confortatiuum* 249 *aliud purgans, reſtituens, & confortans medicamentum* 317
*Membrorum omnium confortatiuum* 243. 249 *aliud ſingulare* 337
*Membrorum contractorum & de loco motorum inunctio* 253 *aliud pro contractis membris* 355
*Membrorum contractorum & contuſorum cura* 346
*Membrorum dolores curans ſaccharum* 355
*Memoriæ confortatiuum* 251. 343
*Mendacium officioſum à Platone medicis permiſſum* 223
*Menſes prouocans* 249.306
*ſiſtens* 334

*Menſium retentionis & ſuppreſſionum cura* 199.273 v.ſtatim & *menſtrua*.
*Menſtruum verum omnium duriorum lapidum* 247
*Menſtrui vniuerſalis fontem qui attigit, poterit tam metalla quàm lapides naturaliter & radicaliter in ſua tria reſoluere omnes* 298
*Menſtruorum multorum mos, vnde quidam falsò arbitrati ſe tincturam rei ſoluendæ habere, quum ſit ipſius menſtrui ſoluentis* 245
*Menſtrua ſi quis hauſerit, remedium* 341
*Menſtruorum nimiæ euacuationis cura* 259
*retentorum vitia corrigens* 240
*ſuperfluorum remed.* 246
*Menſtruis in prouocandis quodnam tempus obſeruandum* 316
*Mercurius balſamum naturæ, in quo virtus eſt incarnatiua* 207. *& regeneratiua* 211
*Mercurius vitæ vulgò dictus, quo cum damno vtentium quidam abuſi* 211
*Mercurius vulgaris pro famulo & ſeruo fugitiuo à philoſophis Hermeticis ſemper habitus* 204 *cum certa præparatione, doſi & mixtura diuinum euadere pharmacum* 204
*Mercurij impuritates quamuis profundius admixtas, tolli poſſe* 203
*Mercurij præparandi viæ variæ Chymicorum* 204
*Mercurij præcipitandi ratio commodiſſima & tutiſſima* 205.206
*eum prorſus figi non neceſſe eſſe* 206
*vires eiuſmodi præcipitati* 207.208
*doſis & vſus* 208

*Mercurij ſublimati ſi quis aſſumpſerit, antidotum* 340
*Mercurij omnis ſublimati & corroſiui corrigens* 354
*Mercurij ſublimati rubei, non corroſiui præparatio* 209. *vſus & doſis* 210
*Mercurium tractandi pro medicina corporis duo modi ſecretiſſimi* 211
*Metallum poſſe producere metallum* 282
*Metalla, planetæ terreſtres, ſuum lumen, vim & radios ab auro accipiunt* 285
*Metalla lapides ductibiles* ibid.
*Metallorum eximium aurum* v.A.
*Metallorum generatio cur non tam clara quàm vegetabilium & animalium* 282 *eorum ſedes* 288
*Metallorum omnium naturalis & radicalis ſolutio in ſua tria ei facilis qui attigit menſtrui naturalis fontem* 298
*Metallorum virtutes dolere ſe fruſtra in mundum veniſſe, ob ſceleſtam hominum temeritatem* 298
*Metallis cur vett. Carbaliſtæ characteres & nomina cœleſtium planetarum impoſuerint* 285
*Microcoſmus* 286
*Mineralia omnia ab intra ſanguis & ſanguinei caloris* 298
*Mineralium acrimoniam & vim corroſiuam corrigens* 354
*Mithridat. Andromachi* 258
*Mitigatio Paracelſi* 196

Mitigatiuum 253 &c.
*Mons ſulphureus in regno Neapolitano* 311
*Morbus in homine quid* 192. ad m.
*Morbus non poteſt curari ſine membri principalis conſeruatione* 266
*Morbus Vngaricus per ſudorem vult curari* 235
*& odorum in eo vtilitas* 261
*Morbi Gallici cura* 210
*Morbi regij cura* 198
*Morbi Venerei mitigatiuum* 243
*Morbum conſumit lac ſulphuris inſtar ignis occulti* 281
*Morbi aſtrales, ſpirituales, imaginarij, votales, vt curentur* 343. 344 *morborum aſtralium praeſeruatiuum* 321
*Morbi chronici, critici & longi non purgationes volunt, ſed arcana* 203 *chronicorum curatio vt inſtituenda* 196 *iis ſi purgationes adhibentur cautio* 203
*Morbi materiales via particulari ſeptem modis expelluntur per emunctoria vniuerſalia* 194 *tum per remedia ſpecifica* ibid.
*Morbi multi ſine anodynis curari nequeunt* 253 *multi opus habent odoribus & odoratis* 260. 261. 263 *multi per ſudorem curari volunt* 235 *& tertia pars omnium morborum ita curari poſſunt* 235
*Morbi qui digeſtiuo opus habent, & qui non* 195. 196 *qui reſolutionem, non coactionem poſcunt* 196
*Morborum origo ex ſuo principio petenda, & tunc curatio inſtituenda* 344

*Morborum quatuor ſumma genera* 192. *curationi vniuerſali ſubiecta* ibid.
*Morborum natura & proprietates variæ* 344
*ſanatio duplex* 192
*vniuerſalis* ibid.
*& particularis* 193
*Morborum omnium poſſe eſſe remedium vniuerſale* 192
*Morborum fixæ radices purgationes requiruntur* 203
*Morborum ab atra bile purgatio* 215
*diſſolutorum, vbi conſolidatione opus, remed.* 335
*Morborum deploratorum remediis præſtantiſſ. mercurius* 207. *deploratorum, vbi nec ægroto nec medico conſtat de morbi genere, remedium ſpecificum* 265
*Morborum entia quinque ſecundùm Paracelſum* 342. ad m.
*Morborum epidemiorum remed. ſecretum* 310
*Morborum euacuatione egentium omnium catharticum* 221
*Morborum omnium, qui exſiccatione efficaci opus habent, remed.* 315
*Morborum ex humorum putredine ortorum cura* 207
*Morborum longorum & obfirmatorum catharticum* 216
*Morborum omnium impuritates per aluum non excernuntur* 229
*Morborum omnium prophylacticum* 215
*Morbis in contumacibus turpeti antimoniive vſus* 217

*Morbis deſperatis conducens catharticum* 210
*Morbis plurimis ſuccurrens catharticum* 215
*Morbis in venenatis fœtidorum ſudorum expulſiuum* 239
*Morbis variis & omnibus remed.* 231
*Morbos tam frigidos quàm calidos curans elixir* 252
*Mors præcedere debet regenerationem* 298. ad marg.
*Morſus canum cura* 347
*Morſus venenati* v. V
*Muliebres fluxus* v. F
*Muliebrium obſtructionum deopilatiuum* 304
*Muliebrium ſanguinis profluuiorum, quamuis magnorum & contumacium, etiam in prægnantibus, cura* 335
*Muliebre profluuium* v. P
*Mulieribus ſi exhibeatur laudanum, cautio* 256
*Mumia rubra* 337
*Mundus intelligentiæ* 287
*Mundi tres, elementaris, intellectualis ſeu angelicus, & archetypus, & eorum ordo* 286. 287. 288. *præfigurati a Moyſe* ibid.
*Mundificantia in quibus morbis requiruntur* 195
Mundificatiuum 202. &c.

N

*NApelli veneni remedium* 239
*Narium hæmorrhagiæ deſperatæ ſanatio* 258
*Natura confortata per διαπνδησιν ſæpius per hæmorrha-*

*morrhagiam ſpontaneam morbidam materiam expellit* 242
*Natura gratis odoribus recreatur, ingratis affligitur* 260
*Naturæ conſeruatiuum* 315
*Naturæ quatuor principia* 283. ad m.
*Naturæ operationis finis & perfectio in auro* 286
*Naturæ internæ in omnibus membris confortatiuum* 243
*Nauſeam tollens* 335
*Nebularum in oculis cura* 277
*Nephritici doloris cura* 258. 327
Nephriticum *ſpecif.* 328
*Nephritidis cura vt inſtituenda* 196
*Neruorum contuſorum aut truncatorum opt. remedium* 350
*Neruorum conuulſionis præſeruatiuum* 280
*reſolutionis cura* 243
*Neruos aut neruoſas partes ſpaſmo infeſtatos aut contractos refocillans* 272
*Nitri crudi vſus in colica* 234
*Nitri vires reconditæ ſemper in magno pretio Hermeticis medicis* 234
*Noli me tangere curans lapis* 353
*Nucis muſcatæ oleum* v. O

## O

O*Bſtructiones omnes tollens* 199. 246. 302
*Obſtructiones lienis, venarum, viſcerum* vide L. & V
*Obſtructionum remedium excellens* 240

*deploratarum iecoris & lienis cura* 355
*Obſtructionum muliebrium deopilatiuum* 304
*Oculus mundi ſeu cœli Sol* 289
*Oculorum affectionum omnium, inflammationum, lippitudinum, nebularum fiſtularum, &c. remedium ſpecificum & cura* 277
*Oculorum caliginem depellens* 251
*Oculorum cancri ſal v. S*
*Oculorum inflammationum & rubedinis opt. remed.* 355
*Oculorum lacrymas, rubedinem & dolores tollens lapis, etiam caliginem* 352
*Oculos ad deſperationem læſos ſanans* 278
Odontalgicum *ſpecif.* 278
*Odoris elixiris vitæ, ſecundùm Bapt. Portam, vis* 260
Odoriferum 260
*Odoriferi ſpecifici compoſitio* 261. *alius modus* 262. *in eo Paracelſi proceſſus notatus* 262. *vſus & vires* 263. 264
*Odorum neceſſitas in multis morbis* 260. 261. 263
*Odorum bonorum virtus, & ex malis odoribus incommoda* 260. 261
*Olei anodyni ſpecif. ad dentes præparatio* 278. *vſus ibid.*
*Oleum caryophyllorum* 249
*eius præparatio* ibid.
*eius ſubtilior tinctura* 204
*Oleum cinamomi inter efficaciſſ. confortantia Spagyrica* 248. *obſeruatio in eius præparatione ibid. quo pacto maior copia olei haberi poſſit, quam*

quàm vulgò ſit ibid. vires & vſus 240 doſis 249
hyeme vti conuenit magis 249
Olei de macere præparatio ſubtilior & efficacior 249
Olei de nuce muſcata præparatio ſubtilior & efficacior 249.250
Oleum ſacrum 271
Olei ſalis præparatio 295 v. Spiritus ſalis
Olei ſuccini præparatio 270.271 eius vires præſtantiſſ. 271.272 doſis 274
Olei ſulphuris quo pacto maior copia haberi poſſit 251
grauidis non temerè offerendum 316
Oleum tartari & aqua fortis ſe inuicem non patiuntur 303
Oleum vitrioli dulce, vt & antimonij, auctor apud neminem ſe vidiſſe ait 304 eius vſus in tincturis roſarum pallidarum, violarum, &c. 303
Oleum vitrioli ſubdulce efficaciſſ. 267
Olei vitrioli ſubuiridis ſmaragdini efficaciſſ. præparatio 304 operatio & doſis ibid.
Olei vitrioli Veneris & Martis præparatio 300.301 eius vires & vſus 302.303 doſis 203 cautiones in eo exhibendo 303
Olea ex aromatibus qua via fiant efficacius longè & ſubtilius quàm vulgò 249 cautio in eorum vſu 249.250 aliud præſtitum iis mediantibus ibid. quo pacto inſpiſſentur, vt facilius circumferri poſſint 252
Oleo vt à fœtore rectificentur 239
Ophthalmiæ cura 352

*Ophthalmicum mirum & ſtupendum* 277.278
*aliud ſingulare* 341
Ophthalmici ſpecifici *præparatio* 245.246 *vſus* 277 *modus applicandi* 277
*Opij vſum à quibuſdam ſciolis intra corpus fruſtra formidari* 257 *eius non debitè defæcati vſus perniciosus* 235
*Opobalſamum Europæum præſtantiſs.* 271
*Oris cancer* v.C.
*Oris vitia ſanans lapis* 353
*Oſſis rupti cura per teli inunctionem* 344.v. & *ruptura*
*Oſſium fractorum cura* 346
*Oſſium medulla* v.M.

## P.

P*Æoniæ florum tinctura* 303
*Palpitatio cordis* v.C.
*Panacæa nuperæ illius decantatæ examen* 204
*Panaritij cura* 357
*Panchymagogon catharticum præſtantiſs.* 217
*eius præparatio* 217.218 *vſus & doſis* 219.220. 277 *eius alia deſcriptio* 220
*Panis & vinum ſuſtentationis præcipua fulcra & procreationis media ſingularia* 336.ad m.
*Papaueris ſyluestris tinctura* 203
*Paralyſis præſeruatiuum* 251 *aliud certiſs.* 243 *aliud ſingulare* 272 *& remed.* *præſtantiſs.* ibid. *eius cura* 233.240.246
*Partum promouentia* 249.272
Pectorale *ſpecif.* 279.*&c.*

*Pectus*

*Pectus mundificans* 251
*purgans* 317
*pedum puſtulæ* v.P.
*perlarum ſal* v.S.
*perſicaria* 243
*eius cum morbo concordantia* 360
*peſtiferæ auræ & malignæ remed.*245. *aliud odoriferum* 264
peſtilentiale *ſpecif.* 309.*&c.*
*peſtis ira Dei & peculiare flagellum Dei* 309 *per ſudorem vult curari* 235
*in peſte vſus antimonij* 217 *odorum vtilitas* 261
*peſtis amuleta præſtantiß.* 320.322
*peſtis fœtorum expulſiuum per ſudorem* 239
*peſtis præſeruatiuum & curatiuum* 271.272 *alia ſingularia* 317.339
*peſtis curatio & remed.*201.232.302. *cathartica* 208. 212.214.315
*diaphoreticum* 237
*peſtis popularis remed.* 251
*phagedænicorum vlcerum inunctio efficax* 233
*phantaſiæ remed.* 245
*phantaſmata pellens* *ibid.*
*pharmacopoli pars quarta Paracelſo oleum vitrioli* 301.302
*philtrorum remed.* 304
*philonium Romanum, Perſicum, Tharſenſe* 257
*phœnix incombuſtibilis Chymicus* 283
*phreneſis cura* 243.259
*plethoræ veneni remed.* 339
*picrocholis abſtinendum ab vſu olei vitrioli* 308
*iiſdem non offerendum temere turpetum anti-*

moniiſmve 216
pilulæ de cynogloſſo 258
plagam quamcunque antiquam mortificans & mundificans lapis 353
planetæ cœleſtes ſuum lumen & ſplendorem à Sole: terreſtres ab auro accipiunt 285
planetæ per ſe mortui, a Sole incenduntur & agitantur 289
planetarum nomina & characteres cur metallis attribuerunt vett. cabaliſtæ 285
planetarum ſedes 287 vires & virtutes in Sole 289
pleuritis per ſudorem vult curari 352. adm.
pleuritidis remed. 234. 240. 314. 315. 339. aliud catharticum 207
pleuritici doloris medicina 258
plumbum ex vulneribus extrahens 350
podagræ præſeruatiuum 243. 251
podagræ ad curationem tria requiri ſecundùm Paracelſum 324 eius cura vniuerſalis 193 cura per reſoluentia 324 per mitigantia ibid. 326 per corroborantia 324. 325
podagræ incipientis & leuis cura 324 confirmatæ cura ibid.
podagræ remed. 232. 233. 281. Catharticum 207 diaphoreticum 237
podagrici morbi cura vt inſtituenda 196
podagricorum dolorum calidorum remed. 351 aliud frigidorum 326
podagricos dolores leniens 357
podagricum ſpecif. 323. &c.
potionis contra febres præparatio 318

primi

*Primi mobilis ſedes* 287
*Principia naturæ* 283
*Profluuia alui, ſanguinis, &c.* vide A.S. *& fluxus.*
*Profluuiei albæ muliebris cura* 334
*Profluuiis inteſtinorum medela* 258
*Profluuij muliebris contumaciſſ. cura* 357
*Prunellæ cura* 234
*Pruritus cura* 302
*Puerperis etiam laudani electuarium poteſt exhiberi* 260
*Pulmo, membrum principale* 264
*Pulmonum ſpecificum remed.* 280
*Pulmonum affectus curans omnes* 251. 315
*Pulmonis obſtructionum remed.* 246
*Puluis contra calculum ſingularis* 330
*Pulueris Arthetici præparatio* 324
*Puluis cryſtallinus è mercurio ſublimato, eiúſque vires* 211
*Pulueris dyſenterici eximij præparatio* 332. *vires, vſus & doſis* 334
*Pulueris ad febres ſpecifici præparatio* 308. *vſus & doſis* *ibid.*
*Puluis Paracelſi è lichenibus ſeu callis in equarum cruribus* 305. *eius vſus* *ibid.*
*Puluis Paracelſi purgans è hermodactylis* 326
*Puluere tormentario fortior puluis auri volatilis & operatione contrarius* 292. 293
*Puncti veri rationem qui cognoſcit, nihil hunc in rerum natura latet* 290. 291
*Puncto lineæ rectæ & circumferentiæ cur vett. cabaliſtæ aſſimilarunt exordia rerum omnium.*

totius mundi 285
Punctionum omnium cura 345.347
Punctura laterum remedium efficax 274. alia 241. 317
Punctura circa umbilicum cura 356
Purgandi vera ratio 202. & quando remedium ſuo officio functum iudicare debemus ibid.
Purgans per quatuor emunctoria 197
Purgantis ſpecifici Theophraſti præparatio 223.224. 225. eius parandi modus facilior in ſecunda operis reiteratione 226. vires, modus exhibendi, doſis 225
Purgantis ſpecifici hydropici præparatio 331. uſus & doſis 332
Purgantia in quibus morbis locum habent, in quibus non 195.196
Purgatio in febribus 308
Purgationes v. & cathartica
Purgationes quæ fugiendæ 202. in quibus morbis non uſurpandæ 203. quando locum habent 196. cautè in morbis chronicis inſtituendæ 203
Purgationum neceſſitas ibid.
Purgatrix vis in extractione purgantium ſæpè debilitatur 220
Puſtularum in facie rubearum cura 355
in pedibus cura 353
Venerearum catharticum 208
Puſtuloſum ſpecif. 345. &c.
Putredinis remed. 246. 317. aliud præſtantiſſ. 355
Putredines abſumit in vulneribus &c. ſalis ſpiritus 230
Putrefactionem arcens oleum 249.302

Putre-

*Putrefactionum omnium cura* 315.*ibid.* *per catharticum* 228. *aliud remedium eximium* 239

Q

*QVartana remedia* 198.251.356. *aliud catharticum* 316

*Quartanarum cura vt inſtituenda* 196

R

*RAnarum ſperma quando colligendum* 356

*Regenerationem mors præcedere debet* 298.ad marg.

*Remedium commune eſſe poſſe omnis morbi* 192

*Renes membrum principale* 264

*Renum deopilatiuum & deterſiuum efficaciſſ.* 198 *aliud expurgatiuum* 232

*Renum obſtructiones tollens* 246

*Renouat hominem ſpiritus ſalis* 231

*Rerum abditarum fundamentum & radix* 291

*Rerum maieſtas naturalis hominum temeritate in infames & peregrinos vſus conuerſa* 298

Reſolutiuum 202.*&c.*

*Reſolutionis curatio in quibus morbis inſtituenda* 196

*Rhabarbarum parua elixatione amittit vim purgantem* 335

*Rorellæ vel roris Solis aqua deſtillata flaua* 244

*Roſarum pallidarum tinctura* 303

*Rubinus habet in ſe effectum omnium gemmarum* 285

*Ruptura remed.* 350

*Rupturæ oſſium cura* 348

S

SAccharum in vegetabilibus acrimoniam & amaritudinem rerum corrigit 355
Sacchari Saturni præparatio 353. vires & uſus 354. 355
Sal 331
Salis ſimplicis virtutes. 230.231
in ſale & ſole v. mox Sal.
Sali communi prorſus naturæ contrariæ ſpiritus ſalis 230
ídque tribus rationibus oſtenſum ibid.
Salis Armoniacum & tartarus inter ſe contraria 294
Salis butyri præparatio 353. vires & uſus 354.355. 356
Salis contra calculum præparatio 328. uſus, vires & doſis 329.330. de eo obſeruationes ibid.
Salis corallorum, concharum margaritiferarum, oculorum cancri, & aliorum cruſtaceorum lapidum præparatio 244. & quibus menſibus inſtituenda ibid.
Salis corallorum uſus & vires 245. doſis 246. ab extra facultas 246
Salis fuſilis vires ſemper in magno pretio filiis Hermetis habitæ 234
Salium ex herbis præparatio 226. eorum efficacia & uſus 228
Salis Iouis præparatio 306. ubi vulgares deſcriptiones notatæ ibid. eius vires, uſus & doſis ibid. 307
Sal nitrum & ſulphur hoſtes 293
Salis nitri ſpiritus v. ſpiritus.

Salis margaritarum orientalium vel perlarum præparatio 242 vires & vſus 243.244.325. doſis 244
Salis ritè purificati ab omni ſale vulgari probatio 209
ſalis ſpiritus v. S.
ſalis ſuccini præparatio 271 doſis & vſus 229
ſalis vitrioli præparatio 200 vſus, vires & doſis 201
ſalè capite mortuo vulgaris vitrioli, ſeu albi Goſlarienſis 200
ſanationes morborum duplices 102 vniuerſalis altera ibid. altera particularis 103
ſanitatis conſeruatiua 243. 302. 315. reſtitutiuum 243. 245.
ſanitatem ſine dolore nemo recuperat 302 ad marg.
ſanguinis excretionis remed. 259
ſanguinis profluentiam & reiectionem ſiſtens 246
ſanguinis profluuiorum quamuis magnarum & pertinacium in mulieribus cura 333
ſanguinis ſputum ſiſtens remed. 335
ſanguinis vomitus cura 742
ſanguinem concretum dirimens 246
mundificans & renouans 245.246
purificans 231.232.280.207.317
ſanguinem efficaciſſimè ſiſtentia 334.335. v. & hæmorrhagia
ſapientiæ aqua paucis innoteſcit 204. ad m.
Saturnus omnibus inflammationibus contrarius 356
Saturni in Lunam tranſmutatio 299

Saturninæ virtus 336
ſatyrion exſiccatione vim amittit 335.336 eius eſſentia v.E.
ſatyrionis teſticuli virtutis contrariæ 336
ſcabiei cura 302 remed. catharticum 207
alıud omnem latentem expellens 240
ſcabiei manuum & corporis cura 352
ſcalpelli inunctio in dentium miraculoſa cura 362
ſcammonÿ vera præparatio, vſus & doſis 220.221
eiuſdem optima præparatio 221 doſis 222 in eius extractione nota ibid.
ſchiaticæ remed. 281
ſcientiarum omnium fundamenta naturalia vnde elicienda primum 291
ſcorbutum ſanans lapis 353
ſcoria ferri cærulea vbi optima 333.334
ſcotomiæ cura 244
ſcrofularum remed. excellens 350
ſecunda motio 207
ſecundinæ in expulſione cura 273
ſedans 253. &c.
ſemen vtriuſque ſexus augens & corrigens 243
ſenectutem arcens elixir 252
ſenectute debilitatis conducens 244
ſenum iam inualidorum ad Venerem medicina efficax 337
ſenſus omnes acuens 252
ſeptenarius perfectionis numerus completus, aurum 286
ſerpentum alcohol. v.A.
ſerpentum pinguedo ophthalmicum ſingulare 341

ſerpigi-

*Serpiginis cura* 302.352.358 *remed. diaphoreticum* 240
*Signatura fœtorum* 239 *membrorum externorum vtriuſque ſexus* 337
*Silicum liquores* v. L.
*Singultus medicina* 259
*Sitis remed.* 302 *in febribus ardentiſſ.* 258
*in hydropicis* 288.230
SOL *humanæ ſapientiæ fermentum* 208. ad m.
*Sol animalis* 283
*Sol cor cœli* 288.290 *gaudium totius creaturæ, cœlo & mundo præeſt* 284. ad m.
*igni collatus* 289 *in quem finem ordinatus à Deo* 289 *inter cœleſtia obtinet primas* 283. ad m.
*Sol metallicus* 285
*Sol philoſophicus, aurum naturale* ibid.
*Sol omnium planetarum vires & virtutes poſſidet* 289 *rex & gubernator ſtellarum, & fons omnis luminis* 288.289
*Sol terreſtris* 285 *ſol terreſtris & cœleſtis cur vno iſto ſigno* ☉ *à vett. præfiguratus* 291
*Sol vegetabilis* 283
*Solis calx.* v. C.
*Solis corpus diſſoluendi phyſicè vnicus ſub cœlo modus* 284
*Solis elogia apud antiquos* 290 *eius operatio in mundo* 290
*Solis præſtantia inter planetas comparata auri dignitas inter metalla* 285
*Solis ſedes* 288 *eius vis vbi peculiariter micet* ibid. ad marg.

*Soli cor collatum* 288
*Soli omnia dona accepta ferenda* 290 *ipſe à nemine accepit* ibid. ad m.
*in Sole & ſale contineri omnia quo ſenſu veteres dixere* 284. ad m.
*Solidago minor* 343
*Solutio lapidum, metallorum* v. L. M.
*Solutiones radicales eſſe non dicuntur, quæ flaueſcunt* 297
*Solutionum Philoſophicarum natura* ibid.
*Solutiuum omne quid de corpore noſtro detrahere affirmauit Hippocrates* 203
Somniferum 253. &c.
*Somniferi arcani præſtantia* 253
*Somnus, arcanum in medicina* ibid.
*Somnum inducens* 202 *aliud in febribus ardentiſſ. concilians* 258 *aliud mirificum* ibid.
*Spaſmi in neruis & venis remed.* 272
*Specificum capitale, ophthalmicum, odontalgicum, pectorale, &c.* vide ſub ſuis litteris, in C. nempe, O. P. &c.
*Specificum pro 7. membris principalibus* v. *medicamenti ſpecif.*
*Spectrorum amuletum* 245
*Sperma ranarum quando colligendum* 356
*Spermiolæ compoſitio* 356 *vſus & vires* 356. 357
*Splenis bouis extractum* v. E.
*Splenis medicina* 232 *& eius duritiei* 199
*Spiraculum vitæ elementum Sol* 189
*Spiritus ſpiritu & odore recreandus & inſtaurandus* 261
*Spiritus vitæ, hominum vna communis mumia* 192

192.ad marg.
*Spiritus iuuantur odoribus bonis, malis debilitantur* 261.*eorum confortatiuum* 259.*eos omnes animales & vitales recreans* 245
*Spiritus inflammabilis è ſaccharo Saturni* 356
*Spiritus ſalis præparatio* 229.*ſapor & odor* 230.*vſus & doſis* 230. *antipathia ſingularis cum ſale communi* ibid. *vires & virtutes, ſecundùm Paracelſum* 231.232.233. *doſis* 233. *vſus eius ab extra* 233
*Spiritus ſalis nitri præparatio* 233. *vſus & doſis* 234
*Spiritus tartari deſtillatio* 223
*Spiritus tartari præparatio* 238.239. *de eius fœtore obſeruatio* 239. *eius vires & vſus* 239.240. *doſis* 241
*Spiritus terebinthinæ multoties licet rectificati mos* 245
*Spiritus vini, ſol vegetabilis* 283
*Spiritus vitrioli efficaciſſimi præparatio* 268. *alia deſcriptio* 267.*eius in febribus efficacia ibid.in podagra* 326
*Spiritus vitrioli volatilis* 266
*Spiritus vrinæ præparatio* 294.295
*Stellarum ſedes* 287
Stomachicum *ſpecif.* 299.*&c.*
*Stomachus* v.*ventriculus.*
*Stomachi confortatiuum* 246. *aliud eius cum inteſtinis confortatiuum & præſeruatiuum à doloribus* 251. *alia eius medicina* 232. *refrigerans* 251
*Succini ſal* v.*ſal.*

*Succino albo in medicina vtimur, non flauo* 270

*Sudor, vniuerſalis euacuatio* 235

*Sudoris Angelici cura* 232

*Sudore curari poteſt tertia pars omnium morborum* 235

*Sudorem prouocantia* 199.201.240

*Sudorum fœtidorum in peſte, vel aliis morbis venenatis expulſiuum* 239

*Suffituum virtus in peſte, Vngarico morbo, aliis venenatis* 261

*Suffocationum matricis vel vteri cura* 273.274.275. 302. *etiam vehementiſſ. & deſperatiſſ.* 246.305. *aliud ſecretum efficaciſſ.* 306.307. *aliud remed. odoriferum* 264

*Sulphur* 331

*Sulphur & ſal nitrum ſe inuicem non patiuntur* 293

*Sulphur ſciſſile naturâ purificatum, quo licet loco florum vti* 310

*Sulphur ſolis longè ſubtilius vulgari & potentius* 294

*Sulphur tartari verum ſummè cauſticum, expertis philoſophis in magno ſemper pretio* 241

*Sulphur vitriolatum fixum, ſe apud neminem vidiſſe genuinum auctor ait* 304

*Sulphuris crudi nullus in medicina debet vſus eſſe, ſed eius florum* (de quib. v. in F.)

*Sulphuris in agro Cracouienſi, & regno Neapolitano depurati generatio* 311

*Sulphuris flos in mineris cupreis prope Saliſburgum* 311

*Sulphuris lac* v. L.

*Sym-*

*Symphytum maius* 243
*Syroniæ cura* 201
*Syronum cura* 302

T

*TAbis medicina* 243
*Tartarei morbi quam curationem requirant* 196
*Tartarus Sal Armoniacum inter ſe contraria* 294
*Tartarus purificatus* 238. *eiúſque vſus* ibid.
*Tartari Anatomia, ſignatura & cura in cryſtallo* 329
*Tartari in homine generatio* 328. *genera pluſquam quingenta* 329
*Tartari albi vitriolati fixi præparatio* 197. *eius vires* 198.199. *doſis* ibid.
*Tartari ſpiritus* v.S.
*Tartari ſulphur* v.S.
*Telum è vulneribus extrahens* 250
*Teli inunctio miraculosè vulnus curans etiam abſentis patientis* 360
*Tentiginis praua cura* 302
*Terebinthinæ ſpiritus* v.S.
*Theamedes lapis ferrum repellit* 341
*Theriaca de mumia præparatio* 338. *vires, vſus, doſis* 339
*Thoracis affectionibus mirè conducens* 251
*Thoracis anguſtiis laudanum non conuenit* 259
*Tineæ omnis cura* 302.352
*Tinctura aquæ mellis* 245
*Tinctura corallorum vera & genuina auctori nondum viſa* 244. *quomodóque id alij conentur tamen* 245

*Tinctura pulcherrim. coloris roſarum pallidarum, violarum, florum pœoniæ, papaueris ſylueſtris, extracti alkermes, & olei caryophyllorum* 303. 304
*Tincturam rei ſoluendæ quidam ſe habere arbitrantur, quum tamen ſit ipſius menſtrui ſoluentis* 245
*Tragacanthum in digeſtione ingratum nanciſcitur odorem* 263
*Tremoris cordis remed.* 244.317
*Triphera* 258
*Triſtitiâ nimiâ deſperantis medicina* 249
*Triticum haud ſine lolio* 342.ad m.
*Trochiſci de Alkekengi* 255
*Tumorum omnium cura* 246. *remedium ſingulare* 355
*Turpetum minerale* 203.308. *cautiones in eius exhibitione* 216
*Tuſſientium medicina* 251
*Tuſſientibus ſi exhibeatur laudanum, cautio* 259
*Tuſſis tam antiquæ quàm recentis cura* 280.315. *frigidæ remed.* 249
*Tuſſium cura per purgantia & mundificantia* 195
*Ty[illegible]us cur immiſcetur compoſitioni theriacæ* 263

V

*VEnam nec ante nec poſt turpeti antimonii ve aſſumptionem nemini denda* 216
*Venarum obſtructiones ut medicanda* 198

*Venas ſpaſmo infeſtatus aut contractas refocillans* 272
Venenatum *ſpecif.* 337
*Venenati fumi excluduntur odoribus* 261
*Venenatorum morſuum remed.* 350
*Venenum in natura vbi ſummum, ibi plerunque & medicinam latere* 342
*Venena primum membra principalia inuadere ſolent & ſpiritus* 261
*Venenorum hauſtorum ſymptomatibus catharticum* 216
*Venenorum omnium remedia* 232. 246. 339 341. *aliud catharticum* 207. *aliud præſeruatium* 332 *aliud tam curatiuum quam præſeruatiuum* 341
*Venus ſine Cerere & Baccho friget* 336. ad m.
*Veneris confortatiuum* 264. *aliud præſtantiſs.* 337
*Venerem reprimens Sal Saturni* 356
*Venereus morbus* v. M. *Venerea lues* v. L. *Venereæ puſtulæ* v. P.
Venereum *ſpecif.* 335. 336
*Venerea vlcera vetera deſiccans lapis* 352
*Ventriculus v. & ſtomachus*
*Ventriculus vt à prauitatibus liberetur & confortetur per vomitum* 199. 200. 201
*Ventriculi corroboratiuum* 235
*diuerſos humores educens* 251
*exoluti & debilitati medicina* 259
*frigidi debilis medicina* 249. 202
*infirmitatum omnis generis remedium* 201
*languentis corroboratiuum perfectum* 301

*ventoſitates impediens* 280
*Ventriculi cum reliquis membris ſympathia* 265
*Ventriculo in quo cholera vel apoſtema aliquod non conuenit oleum vitrioli* 303
*Ventris fluxus* v.F.
*Verbaſci florum aqua deſtillata flaua* 244
*Verborum quorundam mira vis* 344.345
*Termium remed.* 317
*Vertiginis cura* 251.244
*remed. & prophylacticum* 243.245
*Veſicæ expurgatiuum* 232
*Veſicularum albarum in pedibus cura* 353
*Veſuuius Campaniæ mons* 311
*Vigiliarum immodicarum medicina* 258
*Vinum & panis ſuſtentationis fulcra & media generationis* 336.ad m.
*Vinum inter vegetabilia primas obtinet* 263.ad m.
*Vinum abſinthites chalybeatum* 332
*Vini conſeruatiuum* 316
*Vini Paracelſi medicati è caryophyllata & acoro vſus in podagræ cura* 325
*Violarum tinctura* 303
*Vipera hieroglyphicè non ſine cauſa ſalutis ſymbolon* 341.ad m.
*Viperarum admirabilis natura* 342
*Viperarum alcohol* v.A.
*Viperinæ carnis eſus* 342
*Vires reparans* 259
*Virium naturalium confortatiuum* 281
*Virilitatem amiſſam efficaciter reſtituens remed.* 337
*Viſcerum obſtructiones vt tollendæ* 198
*Viſus*

*Viſus confortatiuum* 244
*Vitam ex nimio cibo & potu abbreuiatam prolongans elixir* 252
*Vitriolum cupri ceruleum* 300.301
*ferri viride* 301
*Vitriolum Sileſiacum* 266
*Vitrioli albi vomitiui præparatio* 200
*Vitrioli purificatio à ſuo ſulphure* 223
*Vitrioli ſal ſpiritus* v.S.
*Vlcera multa deſperata per curam characteriſticam curata* 344
*Vlcera vetera Venerea deſiccans lapis* 352
Vlcroſum *ſpecific.* 345.&c.
*Vlcerum corroſiuorum, quæ à ſale proueniunt, medicamentum præſtans* 354
*Vlcerum gutturis cura* 352
*Vlcerum exteriorum omnia cura* 233.251
*internorum medela* 232.252
*Vlcerum malignorum, corrodentium, cancroſorum & ſ. Saturninorum cura* 324
*Vlcerum malignorum catharticum* 214 *& fœtidorum* 208
*Vlcerum mammillarum cura ſingularis* 355
*Vlcerum omnium cura* 246. 249. 355 *omnium inſanabilium, fœtidorum, &c. inunctio præſentanea* 233
*Vlcerum vet. ſingulare remed.* 350 355
*Vmbilici punctura remed.* 356
*Vnguenti anodyni contra podagram & nephritidem præparatio* 326 *vires & vſus* 327
*Vnguenti ſympathetici ſeu ſtellati Paracelſi præparatio* 358.359 *Vſus & vires* 359 *cauſſa tiuus eſ*

*fectuum mirabilium* 359 *obſeruationes in ea cura* 360.361
*Vocabulorum conſtellatorum vis miraculoſa* 342
*Voluntatis diuinæ deſcenſus* 287
*Vomentibus difficulter non aſſumendum turpetum antimoniúmve* 216
*Vomitus nimius in hypercatharſi vt componendus* 217
*in vomitu vſus laudani* 259
vomitiuum 199.&c.
*Vomitiuum hellebori* 200
*Vomitiuum lene* 201
*Vrinæ incontinentiæ cura* 334.&c.
*remoratæ remed.* 230 *aliud mirum* 229.273
*Vrinalium meatuum ſuperfluitates pellens* 272
*Vſnea* 359
Vterinum *ſpecif.* 304
*Vteri ſuffocationum præcipitationum & ſtrangulationum cura* 272. *v. & ſuffocatio.*
Vulnerarium *ſpecif.* 345.&c.
*Vulnerati fatum, ſit ne ſuperuicturus, quomodo in telo explorari poſſit* 360.361
*Vulnus quodl. ſubiectum putredini* 347
*Vulneris cuiuſd. mira curatio* 344
*Vulneris cuiuſcunque dolores mitigans* 356
*Vulnera ſiccans & mundificans, conſolidans & ſanans* 249.350.352 *aliud mirè couglutinans* 272
*etiam interiora* 258
*Vulnerum cura per telum inunctum* 360 *& eo non habito per lignellum ſalignum* 362.363
*Vulnerum omnium cura* 345.346. *remed. ſingulare* 355.

*Vulnerum recentium curam promouens* 201

*Vulnerum ſanandi rationem quæ habeant, quæ accidentia tollant & impediant, quæ putredinem, quæque à mucore, ſcabie contractura eiſi præſeruent* 347

*Vulnerum ſanguinem ſiſtens* 337

Z

*Zenexton Paracelſi deſcriptum* 318. *inſtrumenti forma* 310. *maſſa pro efformandis amuletis ſeu pentaculis conſtellatis* 320. *vſus* 321

*Zenexton aliud pro ditioribus magnatibus deſcriptum* 321. 322. *ad eámque remicon* 323. *eius vires* 322

*Zibetta ſuo odore ſtercora expellit* 263. *in digeſtione ingratum naſcitur odorem* 263

FINIS.

# OSVALDI
# CROLLII
# TRACTATVS

*DE SIGNATVRIS*
*internis rerum, ſeu de vera*
*& viua Anatomia*
*maioris & minoris*
*mundi.*

# EPISTOLA NVNCVPATORIA AD

# ILLVSTRISS. PRINCIPEM AC DN. DN. PETRVM VVOK Vrſinum, Dominum à Roſenberg, Inclytæ & Antiquiſſimæ Domus Roſenbergicæ Seniorem & vltimum, primariúmque Bohemorum Dynaſten, Bonorum ſtudiorum omnium Mæcenatem Excellentiſſimum.

*Cogitanti mihi, ILLVSTRISSIME PRINCEPS, Domine Clementiſsime, qui munificâ & ALEXANDRINA liberalitate me Tuæ Celſitud. perpetuò debendæ gratiæ reum effeciſti, quâ Ingenij induſtriâ, quóve Venerationis pignore Celſitud. Tuæ, iuxta deuotiſsimi animi mei obſeruantiam, aliquem ſaltem gratitudinis conatum in præſtitæ ſuæ erga me beneficentiæ teſtimoniũ declararem: Animus erat munere aliquo pulchro & magno Celſit. Tuam (pulcherrimis maximiſq; digniſsimam) adornare: Aſt Aurea Argenteáve gemmis & margaritis radiantia (quæ ex DEI beneplacito abundè C.T. poſsidet) mihi & meæ conditionis homi-*

*tribus à fortuna denegata ſunt. Munus igitur offero aliud, Botanologicum, Hortum videlicet pulcherrimis Simplicibus inſtructum, conſcriptum & exornatum, miram ex Innata Signaturâ cum corporis noſtri membris Harmonicam Correſpondentiam iucundiſsimo ſpectaculo exhibentem & repræſentantem. Cùm enim inter omnia* BONA, *à Deo Opt. Max. egentibus mortalibus erogata, ipſius Orphei, Platonis, & omnium Antiquorum teſtimonio vix vllum ſit Medicina præclarius, Ars omnium, quas Humana eruit ſolertia, ſaluberrima, Antiquitate, Nobilitate, & Diuinitate cæteras antecellens: quo nomine etiam Veteres non ſine cauſa in conuiuiis ſuis ſolennibus decantare ſolebant:*

O Sanitas, tu maximum Hominibus Bonum.

*Item:*

οὐδὲν ὄφελός ἐστιν, οὔτε χρημάτων, οὔτε τῆς ἄλλων
οὐδενὸς, ἄτερ τοῦ ὑγιείης.

*Propter hanc artis Medicæ dignitatem ac vtilitatem, quam Humano generi præſtat, illi de Rebus mortalium benè merentur, qui in hac augenda & illuſtranda omnes ingenij ſui neruos intendunt, nec ſumptibus quoad fieri poteſt, nec laboribus parcendo: ſiquidem nil præſtantius, nihîlque Homini laudabilius*

*eſſe*

*eſſe poſsit, quàm de hominum genere quoquomodo benè mereri, eamq́; cognitionem, quam à Natura habemus, noſtra quoque opera arctius aſtringere: Id ego diligenter perpendēs omni conatu ab ineunte ætate illuc reſpexi, vt pro mea, ad omnes liberales artes & præclara ſtudia, ita quoq́; ad vtiliſſimam Stirpium cognitionem, aliarumq́; rerum Naturalium peculiari quadam inclinatione ac propenſione ipſe quoque in communem vitæ vſum, ſtudiis & laboribus iuuandæ Reipub. propagandæq́; Veritatis ergò aliquid adferrem, de eáque benè meritus exiſtimarer. Tanta ſiquidem mihi ſemper fuit iuuandæ in vniuerſum Reipub. Medicæ promptitudo, vt pro mea Tenuitate nec ſumptibus, nec vigiliis, nec laboribus pepercerim vnquam.*

*Herbaria hæc Medicina, de qua hîc tracto, Illuſtriſsime Princeps, à* CHIRONE *inuenta, ſemper in magno pretio fuit habita, & magnatum ſtudio & induſtria exculta: Imò Cæſarum Romanorum & Regum Priſcorum, in Plantarum inquiſitione, in Re inquam Herbaria colenda atque illuſtranda, mirum fuit ſtudium: quorundam ex illorum numero fama adhuc viret, & virebit, quandiu herbæ ab illis denominatæ vireſcent. Neque ob id ſolum huic ſtudio tantum lau-*

*dis, admirationis & gloriæ debetur, quod eius cognitio iucunda & delectabilis ſit, ſed etiam quia vtilis admodum, & vitæ Humanæ omninò neceſſaria exiſtit. Si igitur à publicis negotiis Celſit. T. quandoque licebit reſpirare, huic ſtudio & contemplationi incumbat, in illo ſe per Sapientiæ Creatoris admirabilis recordationem oblectet, & manifeſta in occultis Naturæ Veſtigia Diuinitus impreſſa intueatur, quia*

Præſentémque refert quælibet Herba Deum.

*Scio Celſ. Tuam è Naturalis Philoſophiæ Lectione plurimum voluptatis capere ſolere, neque in grauiſſimis ſuis & continuis pro gloria Dei & ſalute Patriæ curis & negotiis, in quibus dies & noctes verſatur, prætermittere, quin ſucceſſiuis quibuſdã horis varÿs Scientiarum ſtudÿs vacet. Talis igitur cum ab omnibus prædicetur Celſ. Tua, audacter ad eã cũ dedicatione huius libri profectus ſum, eóque maximè quod Nobiliſſimus & Egregius vir THEOBALDVS HOCK à Zvvaybruck, Illuſtriſſ. Celſitudinis Conſiliarius intimus ac digniſſimus: inſuper Clariſſimi & Eruditione præſtantes viri MATTHIAS TIMINVS ab Ottenſelt, & HERMANNVS BVLDERVS, qui Tuæ Celſ. à Conſiliis medicis*

*præſtò ſunt, quiq́; Celſ. Tuã omnes fideliſsimè colunt, ſæpiſsimè eiuſdẽ Prudentiã, Humanitatẽ, Liberalitatẽ tanto Heroico Principe dignã paſsimq́; notã, mirificè & iure optimo apud me cõmẽdarint. Operæpretium igitur me facturũ exiſtimaui, ſi has Signaturarũ Correſpõdentias, veluti collectas naufragij Tabulas, poſtpoſitâ lectoris inquirẽdi moleſtiâ in vnũ corpus cõtractas, ac dilucidâ breuitate, cõcinno ordine, ſerie iuſtâ, in vnũ cõprehẽſas* NOMINI TVO *nulli obliuioni obnoxio, hac publicatione dicarẽ, Laudatiſsime Princeps, nõ ſolũ ob prædictas Eximias & Heroicas animi dotes, inſignẽ videlicet Pietatem, eximiã Prudentiã, ſingularẽ Eruditionẽ, incredibilem Humanitatẽ, verùm etiam quod Celſ. Tua de literis & literarũ Profeſſoribus optimè merita, nullum de Muſarum cœtu excludere, nec triſtẽ vlla ex parte cum Auguſto dimittere, ſed in auribus & oculis Traiani illius optimi Exẽplo libẽter ferre, & facilem quod in Põpeio laudat Cicero ſe præbere, cum perenni & nunquam interitura Nominis ſui Exiſtimatione ſoleat, ſicut ſequens Eruditiſſima Epiſtola manu propria Celſ. Tuæ ad me exarata fidem etiam locupletiſsimã Innatæ ſuæ Benignitatis, ad perpetuam Rei memoriam facit. Igitur Celſ. Tuam ſubmiſſè peto,*

vt haſce lucubrationes meas ac conatus mei primitias (ſtudij & ſubmiſſæ obſeruantiæ monumentũ ſempiternũ) ſub Honoratiſſimo Celſ. Tuæ Nominis ſplendore & patrocinio tectas in publicum prodire patiatur, eaſq; benigno vultu, & liberali manu ſuſcipiat, & me ſuæ benignitatis fauore, ſicuti hucuſq; clemẽtiſſimè fecit, in poſterũ quoque complecti, ſibiq; commendatũ habere non dedignetur. Is qui corda Principum moderatur, qui gubernationes felices ſolus efficere poteſt, qui Sapientiam, per quam Principes regunt, largitur Deus Opt. Max. Celſitudinem Tuam ſaluam & incolum in omni feliciſſima proſperitate quã diutiſſimè ſoſpitet: Peculiari namque Numinis fauore, dum Celſitudo Tua, in hac ſua Veneranda Canitie omnes Europæ Principes longæuitate antecedit, nilominus eiuſmodi ſenectus ita adhuc cõſpicitur viridis, vt cũ alioquin ſecundùm Naturæ curſum ingraueſcente ætate vires animi & corporis labefactari ac diminui ſoleant, apud Eãdem indies miraculi inſtar reiuueneſcere Ingenij acumen, & augeri deprehẽdatur: Quemadmodũ autẽ Antiquiſſimus ille Inclytæ Domus Roſenbergicæ Ramus, à primo originis ſuæ Trunco Vetuſtiſſima videlicet ac Laudatiſſima

*mâ Anhaltinorum & Aſcaniorum Proſapiâ exortus & prognatus, ſuis Heroicis Virtutibus & factis in comitatu Imperatorum & Regum emergere & florere per tot ſæcula perſeuerauit: Ita etiam à Deo Omnipotente ſummis precibus contendo, cùm in Celſitudine Tua nunc poſtremus dicti Rami ſurculus (ſiquidem in hoc ſublunari globo, vbi omnia mutabilitati obnoxia, nulla conſtans perennitas) fato deſinere & finire incipiat ineuitabili, vt nilominus illa Abauita & Heroica implantata virtus in Celſ. Tuæ Filiis, ſeris Nepotibus & Abnepotibus, DEI benedictione, nouâ ſemper ſobolis germinatione in Trunco duraturis (Inclytæ videlicet eiuſdē ſtirpis Proſapiæ ANHALTINAE Proceribus virtuoſiſſimis) cum perenni & nullo vnquam æuo intermoriturâ Nominis ac vnius & congeneris FAMILIAE gloriâ, & honore vireat, floreat, & frondeſcat.*

Roſenbergicæ Vrſinorum famæ id genus ſuum refert ad Principes Vrſinos Romanos, qui ipſi à Dominis Aſcaniæ & Ballenſted ad Harcyniam (qui Beer & Bearinger cognominabantur) originem ducunt.

*Vale Optime Princeps, & Neſtoreos annos ad DEI gloriam, Reipub. Chriſtianæ & Patriæ commodum, ſub indeſinenti Diuinæ protectionis patrocinio viue feliciſſimè. Pragæ è Muſæo, Anno 1608. 10. Sept.*

Celſ. T. Illuſtriſſimæ

*addictiſſimus*

OSVALDVS CROLLIVS.

# PETRVS WOK

## *VRSINVS DOMINVS DE Roſenberg. Senior & vltimus Dominus Domus Roſen-bergiacæ, &c.*

⁂

TERNAS Epiſtolas tuas, amice perdilecte Crolli, eruditas ſanè & iucundas, vnà cum egregio ac Principe digno Pharmacopolio Chymico à te oblato recepimus: dici vix poteſt, quanta voluptate nos eo affeceris, nimirum è quo maximum non modò officij, verùm etiam voluntatis erga nos fructum perceperimus. Pro promptitudine idcircò ac diligentia incredibili, tibi gratiam habemus, gratóſque nos & memores perſentiſces. Fatemur enim nos in omnes eos, te inprimis propenſiſſimos, qui vera Pietate, purioris Religionis ſtudio, certáque artium ſuarum Scientiâ ornati ſunt. Porrò quomodo rationis ſtatera moderanda, æquilibriúmque explorandum ſit, perpaucos modò videas, qui

qui nouerint, quíque minimam hac in re temperaturam aſſequantur, & ad ſcopum colliment. Doctiſſime Crolli, Dn. agnatus filiúſque noſter Chriſtianus Princeps Anhaltinus, & nos, meritò gaudemus, quod noſtram erga te beneuolam affectionem potius, quàm reliquorum ſplendorem pluris facis, admiraris, & commune quaſi perfugium exiſtimas, noſtráque boni conſulis. Deſiderio videndi tui ſemper tenemur, fatemúrque literis, præſentiâ, ſermonibus, ſuauitate denique morum tuorum nos valdè delectari, tædiúmque ſenectutis quaſi leniri ac ſuccollari. Verus etenim amor in cognitione & conformitate veri amoris conſiſtit & acquieſcit. Cùm ergò virtus, ſanguis, internáque cognitio, quâ infimi ſummis & ſummi infimis æquantur, rectâ coincidunt, quid quid præclarius arctiúſve reperias? Horto tuo Botanologico non opus eſt ſuſpenſâ hederâ, matura quæſumus editionem, & effice, vt quàm accuratiſſimè, elegantiſſimè & emendatiſſimè typis prodeat, nobíſque Exemplaria ſufficientia in Bibliothecâ noſtrâ ſeponenda & aſſer-

Gg 2

uanda tranſmittas. Opus hoc adeò præclarum ac perpolitum eſt, vt nos beatos iudicemus, quod noſtra in te benigna inclinatio, cum tua ſumma ac ſingulari dexteritate (qualem in profeſſionis tuæ hominibus vix alibi æquè ac in te reapſe inuenimus) in omnibus ferè congruat. Perge ſaltem Spartam quam ſuſcepiſti præclaráſque animi dotes exornare, nec rebus mortalium diutius deſis. Conſiliarium noſtrum intimum Theobaldum Hock à Zvvaybruck breui ad te amandabimus: is reliqua effectum dabit, de toto enim negotio haud difficulter conuenietis. Quæ nos præſtare poſſumus, non ſermone aut beneuolentia, ſed Re atque beneficio repræſentare maluimus, modo obſeruantia erga nos tua non tepeſcat, remotiſque omnibus abruptis ad nos acceleres, quò conſpectu tuo, prudentia, doctrináque eximia nos oblectare, & alter ab altero (nulla ſiquidem ætas ad diſcendum ſera) diſcere, iuniórque ſeniorem, ſenéxque iuuenem moderamine ſuo dirigere ac manuducere poſſit. Hoc ſeriò exoptamus, téque

amore,

amore , iudicio & bonâ noſtrâ Gratiâ, proſequimur : de quo noſtro animo ipſe Hock noſter præſenti ſuo ſermone , ſed noſtris verbis plura & fuſius tecum communicaturus eſt. Vale. Vvitingauiæ Bohemorum, vlt. Auguſti, Anno 1608.

Manu propriâ.

# NICOLAI MAII, C. CÆS. MAIÆSTATIS CONSILIARIJ in Appellationibus Epigrammata in Oſualdi Crollij opuſcula Chymica.

*Est aliquid rerum vires & myſtica ſcire,*
*Eſt aliquid medicâ conſuluiſſe manu.*
*Tu maius* CROLLI *præſtas, dum Chymica præbes*
*Pharmaca quæ Ratio certa ſat eſſe docet.*
*Et quæ longa tibi dedit Experientia Rerum*
*Cognita, communi das manifeſta Bono.*
*Perge, decus Veræ medicinæ, perge mereri*
*Velle, tibi è cœlo præmia digna vides.*

## Aliud Eiuſdem.

*Artis opus magna eſt, ſi quis penetralia rerum*
*Norit, & hinc medicas applicuiſſe manus.*
*Sed maioris opus medicamina poſſe docere*
*Quæ Ratio atque Fides ipſa oculata probent.*
*Hæc cum præſtiteris* CROLLI, *tua Gloria iuſta eſt:*
*Inuideant alij, non imitentur idem.*

DE SI-

# DE SIGNATVRIS, SEV VERA ET VIVA ANATOMIA maioris & minoris Mundi.

## *OSVALDI CROLLII MEDICI & Philoſophi Hermetici ad Lectorem Præfatio.*

VTINAM noſtri temporis Botanici, qui Formæ internæ ignari, materiam, ſubſtantiam, & corpus Herbarum ſaltem norunt, tam diligentem in dignoſcendis Plãtarum Signaturis adhiberent curam, quàm accuratam in earundem variis & ſæpe friuolis denominationum cõcertationibus, longè vberior, & fructuoſior inde in Rempublic. Medicam redundaret vtilitas. Cùm autem plerique (quod ferè in omnibus artibus fieri conſueuit) relicto dulci & emedullato Scientiarum nucleo, inſtar plebeiorum oculis internis deſtitutorum, externámque ſaltem Rerum faciem conſiderantium, circa exteriorem demum occupentur amarum corticem, fit inde vt multi Herbarum reperiantur Nomenclatores, Diuerſoria ſaltem,

*Locus in quo Deus ſtetiſſe dicitur, & è ſigno Devs ipſe ſeu Eſſentia eius cognoſcitur: nam omnes Creaturæ ſuis proprietatib. Deum q. præſentem demonſtrant.*

Habitationes & Externa Plantarum Veſtimenta (in quibus vires tanquam in domiciliis hoſpitantur) magnificè deſcribentes: Incolam autem, Dei Inuiſibilis in Creaturis Veſtigium, Vmbrã, Imaginem Creatoris Creaturis impreſſam, ſeu Internam vim illam & arcanam operandi virtutem quaſi Naturæ dotem Plantæ ſeu Animæ à ſummo Deo inditam ac infuſam, primò per Signaturam, mutuámque membrorum corporis & Plantarum Analogicam ſympathiam & conſpirationem à ſagaci medico inueſtigandam: deinde Vulcani ſeu Anatomici Cultelli operâ induſtrioſâ eruendam, ſomnolenter & noxio prætereant ſilentio. Quas verò ex aliorum monumentis (nullo planè facto periculo) ſine ſignato Fundamento & ſeparatione Veri à Falſo, deſcriptas vires Heteroclitas cõplurimas, Herbis ſingulis appingunt, ipſa ſola Rerum & vnica magiſtra Experientia comprobat, ne decimam partem auidæ medicorum, ægrotorúmque exſpectationi ſatisfacere. Magna Rationum deductione non egemus, ſi Experientia Veritatis mater Fidem meretur. Perſpicacioribus ergo oculis, altiori ingenio, ſubtilioribus inquiſitoribus opus eſt, ſi plenariam & intimam Plantarum cognitionem) qualem ſtudioſis Rerum Naturalium amatoribus & admiratorib. Natura explorandam & ſubtiliter excutiendam reliquit) deprehendere velimus, quàm aliquot centum primo intuitu ſine Scientia Virtutis Internæ vulgari modo Nominib. diſcernere poſſe (Herbarũ enim nomina non habent virtutes, ideò corpora

*Diuerſa & multiplices forma ſunt ſigna vnũquodque myſterium indagãdi.*

exa-

examinanda ſunt, vt ſciamus quid purget, quid odorem det, quid febres, quid vulnera ſanet) aut iniuſtâ & fallaci quatuor qualitatum cenſurâ, Caliditate videlicet, Frigiditate, Humiditate, Siccitate, illarum vires velle explorare, cùm tamen illæ ſint ſaltem vmbræ rerum, ſicuti colores nec radices habent, nec poteſtates. Hoc illi non inficias ibunt, qui Virtutem ex radice Centri non ex ſuperficie cognoſcentes, relictâ Nominum inanium ſubtilitate à Rebus ipſis Veritatem, intimâ & profundâ ſpeculatione, exquiſitius rimantur, manifeſta in occultis Naturæ veſtigia diuinitus impreſſa intuentur, ac Herbarū abditas dotes ex ſuæ extimæ faciei inſpectione venantur, & ſapiunt, quanta ſit inter corticem & nucleum, inter domum & inquilinum differentia, niſi ſtolidè velint ligna & lapides, ſtatuarum nomine inſignire, ſeu relictis colonis, meſſes cum tuguriis inſtituere. In omnibus rebus externis domus eſt ſaltem domicilium internarum habitantium virtutum à Deo inſtar animæ corpori humano infuſarum. Rectius ille Philoſophus ingenia hominum & ſenſus non è Nomine, ſed è Sermone (animi ſeu interioris Hominis charactere & indicio vero) petebat, dum puerum aſtantem tacitum ſic compellat: Loquere, vt te videam ô adoleſcens, ſiquidem voce interprete mentis arcani motus aperiuntur: Ita Herbæ magicè per Signaturam penitus introſpicientem alloquuntur Medicum, ſuáque Interiora in occulto Naturę ſilentio abdita, ipſi per ſimilitudinem manifeſtant: Eſt enim (vt Clariſſimi viri

*Simpliciū qualitates non conſideranda, ſed eorum Arcana.*

Baptiſtæ Portæ verbis vtar) per ſimilitudinem demonſtrandi modus, quo ſæpiſſimè ſummus Rerum Opifex diuinas & occultas Res ſolet patefacere, vt ſupremam Idæarum ſimilitudinem referrent: nec præſtantiori aut concinniori poterat modo: nam ſi plantam loqui fingamus, & ſecreta ſuæ Naturæ commoda, quibus præſtat, promere velle quocunque ſermone, quibúſve modis locutura, non ab omnibus perciperetur, quam & ſermones & ſcribendi characteres ſingulis gentibus proprij ſint & peculiares: vnde aut vni nationi aut infinitis loqui linguis oportuiſſet: ſic argutâ Naturæ ſolertiâ ſuis rerum ſimilitudinibus & breuiter & perſpicuè ſatis ſimul omnibus ſit. Omnes herbæ, flores, arbores, aliáque è Terra prouenientia ſunt libri & ſigna magica ab immenſa DEI miſericordiâ communicata, non quod illa ſigna ſint noſtra medicina, ſed quod per illorum cognitionem ad veram medicinam, id eſt, ſignatum venire poſſimus. Qui ergo cupit eſſe medicus expertus, & habet cognitionem eorum quæ ad ſe ſpectant, per artem illam, quam Natura externè per ſigna proponit, cognoſcat quid internè illa ſignificet: Omne enim quod Intrinſecum eſt, fert illius occulti externam Figuram tam in ſenſibilibus quā in inſenſibilibus Creaturis. Tacentibus nobis loquitur veluti notis quibuſdam Natura, ac ingenium cuiuſque & mores reuelat, quemadmodū ſcitè ad Adamantia Polemonis metaphraſte dictum eſt: σιγώντων μὲν ἐστιν ἀπόκελσις, λαλεῖ δ' οἷον τοῖς σημείοις ἡ φύσις τοὺς τρόπους ἑκάστου ἀνακαλύπτουσα:

Et

Et vt noſtri Intimi mores, ex corporis Extimis notis inueſtigari poſſunt: ſic ex Plantarum Exterioribus ſignis, Interiorum virium Homo poteſt admoneri: Planta enim velut occultis verbis ægris mortalibus vires reſerat, & abſtruſarum rerum Theſauros, vt diſcat omnium miſerrimus Homo, quomodo ſuis morbis opem ferre poſſit. Quemadmodum externa inducunt in cognitionem Interni Hominis & ſuorum morborum: ſic etiam medicinæ Homini neceſſariæ & conducentes deprehenduntur ex ſimili Anatomia: ſunt enim eiuſdem Aſtronomiæ & Philoſophiæ. Cognitionem autem Virtutis Arcanæ dat Magia, quæ in Lumine Naturæ doctrix eſt, & totius Philoſophiæ Naturalis perfectiſſima & conſummata Scientia: Et ſanè nil magis Pietatem auget, nil vnquam ad Cultum Dei eiúſque amorem nos ardentius promouet, quàm Vera eius Cognitio, quam indeſinens immenſorum Dei operum & mirabilium Contemplatio, quàm Naturalis illa Magia (ſemper Internum nobis nucleum ſeu ſignatum per Externum corticem ſeu ſignum declarans & innuens.) Cœli proles ac filia, artium & arcanorum Inuentrix, quâ compellimur canere, Pleni ſunt cœli, Plena eſt omnis Terra Maieſtatis gloriæ Tuæ Creator omnipotens. Sed cùm videamus ita à Natura inter homines comparatum eſſe, vt peregrina quidem & aduentitia admirentur ingenia, ſua domeſticáque ob familiarem vſum deſpiciant:

*Chiromantia ex arte Cabaliſtica dicta eſt Inuentrix medicina.*

*Medicus inſtar Virginis debet videre ea quæ ſunt ante pedes, non vltra marina ambitioſè inquirere: Sufficit ſua Regionis productum.*

ſic etiam his peregrinarum Plantarum admiratoribus plerumque contingit, vt Nouitatis ſtudio ſua domeſtica, quæ noſter gignit orbis, habeant deſpicatui, ipſis tamen exoticis longè meliora, recentiora, ſelectiora, & ſalubriora, quia ſub noſtri cœli influentia nata ſunt, noſtræ cuiuſque naturæ conueniunt magis, domi noſtræ debito tempore collecta, minori difficultate & ſumptu haberi poſſunt, & noſtris vſibus exigente neceſſitate à Patre miſericordiarum deſtinata: Quæ igitur neceſſitas eſt iis vti peregrinis, ſi eadem ſimiliſque conſilij & efficaciæ noſtra Terra producit? Sic vſus medicus edocuit Terram medicatam, quam DEVS nobis in multis Germaniæ locis dedit, efficaciâ, bonitate & virtute non cedere Turcicæ. De Strigenſi Sileſiacâ loquor, quam Iohannes Montanus reconditæ experientiæ ſenex primus omnium detexit, poſt ipſum in plurimis Germaniæ locis Iohannes Bertoldus Oſchatienſis Sileſius, curioſus ac ſedulus ſubterraneorum ſcrutator, in agro Solmenſi & nonnullis Haſſiæ locis. Non longè à lacu Acromio in ditione Illuſtris Maximiliani Mareſchalci Bappenheimij propè Arcem quæ à longo lapide Nomen habet in quadam diſiecta rupe, maxima copia olim effoſſa fuit, à Natura inuolucro ſeu matrici inſtar nuclei ſummè purificati incluſa, teſtantibus adhuc ibidem veſtigiis, quâ in praxi medica cum fructu vſus ſum. Auguſtiſſimus noſter Imperator RVDOLPHVS Secundus Brundusij in ſuo horto curauit effodi præter bolum duas *Solis* & *Lunæ* vt Paracelſus

vocat

vocat axungias, quarum partem à Sua Maieſtate dono acceptum in vſu medico, comprobata illarum bonitate, Veræ Lemniæ congenerem, ac efficaciſſimam, nec Terræ Turcicæ cedentem animaduerti. Ita Devs nobis largitus eſt variis in locis, cum Vnicornu verum propter raritatem in magno pretio ſit, alterum ἀντιβαλλόμενον, quod Minerale vocant, & interdum è ſtagnis effoditur, aut è montibus, ſicuti aliquando in Morauia Tribus milliaribus Brunnâ (vbi tunc temporis cum clariſſimo viro D. Iohanne Bergero Pannonio medicinam faciebam) non longè è Territorio Abbatis Obrouicenſi, ſub altiſſima rupe duorum inuſitatæ magnitudinis animalium incognitorum oſſa, vna cum duobus iunioribus effoſſa ſunt, quæ abſque dubio tempore Diluuij aquarum impetu perierunt, in illa ſolitudine, quorum oſſium & mirabilium dentium nonnullas reliquias, aliquot menſes poſt ex improuiſo illuc locorum veniens, & admonitus eius rei, effodi curaui, & in vſu medico eandem ferè in ipſis deprehendi efficaciam, quæ monocerotis Cornu attribui poteſt. In eodem tractu non longè eſt ſtupendum antrum, excauato monti in Italia in Villa Coſtozza, intra Patauium & Vicentiam, haud diſſimile, in quo mira & varia reperiuntur Naturæ ludentis opificia, dum ſtillantes guttæ è ſuperiori fornice in illo cauo & multis labyrinthis intricato monte confeſtim in lapidem (mediante Salis ſpiritu) ſpontè concreſcunt, & ſuo caſu alto, varias lapideas ſtatuas & formas effingunt: Porrò lapis ille in pollinem redactus

*Multorum poteſtatem ignoramus ex ſola negligentia experimentandi.*

drachmæ pondere, ſudorem efficaciter ciere ſolet, & fractis tuſíſque oſſibus ab extra Emplaſtris conuenientibus mixtus, maximo applicari iuuamento: Si reſoluatur aceti deſtillati beneficio in ſalem, in Calculo & Podagricis illis nodoſis affectibus propter ſignaturam operatur efficaciter: His enim duobus morbis cum Contracturâ propter cæmentoſa vina in Morauiâ valde familiaribus. Natura etiam idoneis connatis & domeſticis proſpexit Remediis. Vbi malum aliquod vel morbus, ibi proximè à Natura Remedium exhibetur opportunum, ne longius à nobis ſit mendicandum. Ideò Ruellius non immeritò dicit: Nullam medicinæ partem interiorem eſſe quàm illam, quæ ab alio orbe quàm à noſtro petitur: Et Paracelſus diligentiſſimus Luminis Naturæ ſcrutator, exoticam multorum medicorum curioſitatem Plantas (neglectis internis viribus à Signaturâ petendis) ſaltem de Nomine noſſe cupientem, meritò ridens affirmat, ruſticum quemlibet Verum Pharmacopolium ante ſuas ædes habere. Qui ſimpliciſſimis herbis & radicibus curant, omnium feliciſſimè curant, teſte Carrichtero: Eſſentia enim medica ſeu Aurum magicum æque benè continetur in illis, vt pretioſioribus aliis. Sicuti autem Terra cuique Regioni victum & amictum exhibet, ſi non ad ſuperfluam voluptatem, tamen ad neceſſitatem ſufficientem: ſic etiam Rerum ipſa mater, eadémque parens Natura, quæ omnibus prouidit abundanter, medicamentorum ſufficientiam diſtribuit

*Terra eſt DEI Pharmacopolion, & nil non herbarũ vi effici poſſet, ſi plurimarum vires non ignorarentur.*

*Quando cum ſimplicibus medicinis poſſumus iuuare, cum compoſitis non operandum eſt.*

neceſſa-

neceſſariam: Vnaquæque Patria ſui Elementi in ſe continet matrices, ſibíque ipſi, quod eſt neceſſarium exhibet: Suis quibúſque Terris, & regionibus, ſuæ genti, ſuo climati, ſuo cœlo, ſuo ſæculo, Natura herbas producit atque temperat: In quibus, vt & in ſtirpibus, cùm maſculum & fœmellum genus reperiatur (quemadmodum in rebus Creatis Prouidentia Diuina diſtinxit Anatomiam in Marem & Fœminam non fruſtrà) in applicationis vſu non temerè ſexus confundendus eſt: vt enim vir & mulier Naturâ ſunt diſtincta, ita etiam eorum Remedia, vt nunc taceam ſimplicia ſeu medicamina Hermaphroditica: Imò quædam iuuentuti, quædam ſenio proſunt, vt in Helleboris videre eſt: Ita etiam Paracelſus iubet medicos eſſe memores diſtinctionis Herbarum, ætatis, medicinarum, morborum & Lunæ. Verè igitur Agrippa dicit, ſtultum eſſe ex India petere, quod domi habemus, exiſtimantes propriam neque terram neque mare ſufficere, patriíſque rebus peregrina, frugalibus ſumptuoſa, facilè acquiſibilibus difficilia, & ab ipſis vſq; Terræ finibus importata præferentes. Et vt videmus Turcarum, Indorum, Æthiopum, & Chriſtianorum mores & Naturam diuerſam: ita etiã Creſcentia ſecundùm quatuor mundi Plagas & diuerſa climata prouenietia ſine dubio differũt, ac ſæpius, quæ apud alios ſunt alimẽta, apud nos medicamẽta ſunt, ſicuti etiam grauiſſimi teſtantur Viri, cuius Rei quantumuis infinitis Teſtimoniis fidem facere poſſimus, hac vice vnum duntaxat ſubiiciam illorũ Exemplum de Radice

*Secũdum Climatũ Regionũm que diuerſitatẽ Homines, mores, plantarũ vires variãtur.*

*Gal. lib. 2. de alimentorum facultatibus.*

Aronis, ad confirmationem Veritatis adductum: quæ radix in locis noſtris frigidioribus adeò feruens & mordax eſt, vt mandentium os & fauces exurat: at quæ in Lydia propè Cyrenem vrbem prouenit, exteriori formâ noſtræ planè reſpondés, dulcis & grata eſſe dicitur guſtu, vt raparum inſtar Homines in cibo ſine nocumento vti poſſint: Et quamuis Exotica maiores haberēt vires, ſicuti deſidioſi noſtra non inquirentes, ac ex peregrinâ arrogantiâ peregrina ſemper ſectantes aſſerunt, qui non communem ſalutem ad ſuæ negotiationis compendium quærunt, perſuadētes nobis, non niſi pretioſa quæque plurimum prodeſſe: tamen illa non niſi in ſui climatis hominibus quibus creata & producta ſunt putabimus ſalubria: Si enim peregrina noſtris corporibus tantoperè conuenirent medicamina; procul dubio Natura factum eſſet quæ omnibus cumulatè proſpexit, vt hæc apud nos quoque naſcerētur. Tranſmarina ergo & domi noſtræ non naſcentia medicamenta, corporibus noſtris propter climatum & influentiæ diuerſitatem non poſſunt adeò amica & familiaria eſſe, vt taceam nunc, quod vel non debito tempore & loco (vnde ſæpè plurimum imminet periculi) collecta ſint, vel illorum Sceleta & Cadauera ſaltem ad nos vt plurimum à Barbaris mercatoribus mittantur, Viribus inuiſibilibus internis maxima ex parte ſenio, carie, teredine, viarum longitudine, & ſophiſticationum fraudibus, deperditis, exeſis, abſumptis, corruptis & adulteratis. Domeſtica

*Et quamuis merces ſint*

quæ

*landata, tamen hoc opus hic labor ægrotum reſtituere.*

quæ Deus nobis ſufficienter ſuppeditat contra infirmitates corporis, vileſcere cœperunt, tum quia Medicorum Sericeorum (carbonum nigredinem, fumi & argillæ faſtidia detrectantium) fidem & diligentiam debitam in præparando requirebant, tum etiam quòd Pharmacopæorum vulgarium pars potiſſima gloriæ & auaritię ſtimulis incitata, officiis ſuis ſæpè abutitur, & frequentiùs ad ægroti crumenæ euacuationem, quàm corporis refectionem intenta eſt. Hinc magno totius Reipubl. detrimento, & multorum Vitæ naufragio fit (teſtantur illi qui mortẽ ſuam magnâ emerunt pecuniâ) vt nil ferè in magno habeatur pretio, quod non à Mari Rubro, vt ita dicam, vel ab Extremis Gadibus aut Indis aduectum credatur, vel Mundo decipi cupienti & volenti ita ſaltem perſuadeatur. Deus nil fruſtrà creauit, ſed vnamquamque Creaturam licèt abiectam peculiaribus Virtutibus, ſecundùm Diuinæ Voluntatis ſuæ beneplacitum dotauit. Eam ob cauſam longè aliter ſentiunt illi, qui Naturam etiam in minimis & abiectiſſimis obſeruant cum ſtupore maximam eſſe, & vbi defecit in corpore, abundaſſe in viribus. Vermis (vnde Orientalium grana Kermes) & Muricis Oſtrum dant Purpuram, Regum colorem ſumptuoſiſſimũ. Apes induſtriæ inimitabilis Mel dulciſſimum. Culmus fragilis Frumentum, Vitæ noſtræ Baculum deſideratiſſimum. Vitis lignorum abiectiſſima, Vinum, Cor Hominis moderatè ſumptum mirè lætificans. Ani-

*Nil à Natura Creatum reperitur, quod non in medicum vſum venire poſſit.*

*Sir. c. 6. ſect. 2. 3.*

*Sępè ſub ſordido pallio magna latet ſapientia.*

*Leuit. 26.*

*Pſal. 104. ſect. 15.*

*Ezech. cap. 15.*

*Sir. cap. 31. ſect. 32. 33.*

ma Intellectualis DEI ſoboles in Hominis corpore ceu Vaſe Fictili ac Teſta fragili hoſpitatur, quæ omnia non ſine maxima Ratione ab Æterna Sapientia ita ordinata ſunt. Paracelſus, Secretorum pater, pro ſuo inter alia præclara in Rempublicam medicam promerita, Verum Medicum & ſcientiâ & vſu medicinæ innoteſcere cupientem, ad dignoſcendas Signaturas & Hieroglyphica grammata ſedulò hortatur in ſuis ſcriptis, & dicit eſſe tria, per quæ Natura nil Inſignatum prætermittens, Hominem & omnia Creata manifeſtet, primò per *Chiromantiam*, quæ eſt Aſtrum Rerum Naturalium, & Externas Hominis partes complectitur, manus, pedes, lineas, venas. Secundò per *Phyſiognomoniam*, quæ Faciem & Caput comprehendit. Tertiò per habitum & proportionem totius corporis, mores, vſus, animi ſenſa, & cordis cogitationes denotantem. Poſt hunc Ioannes Baptiſta Porta Neapolitanus inſignis Phytopta, & Naturæ ſagaciſſimus æmulator, in ſua φυτογνομωνίᾳ inſignẽ operam vtilitati publicæ impendit: Interea autem vt in hac re perfectioribus altiora & accuratiora ſcribendi occaſionem ſuggeram, dum alius (annuentibus Superis) in hoc ſtudio progrediatur exercitatior, qui Autumnum ingreſſus calamo elimatiori fructus edat maturiores (cui hac vice lampadem trado) conſignatas has meas obſeruationes nonnullas (Inſuetas enim tentare vias arduum) cum Signaturarum ſtudioſis, vlte-

*Pſ.104. ſect.15. Iud.c.9. ſect.13.*

*Anima Fidelis eſt Sanctuarium* DEI. *2.Cor.4.*

*Signatum Cœleſte non ex Formæ, ſed ex Corde, id eſt, operibus & fructibus manifeſtat Homines: ſic Herodi Vulpinum animum exprobrat Saluator noſter, & Phariſæorum Viperinam proſapiam Ioannes Baptiſta taxat.*

*Multi potuiſſent in viros literatiſsimos euadere, niſi falſâ ambitione ſibi perſuaſiſſent ſe ſolidè doctos eſſe.*

rius

rius mecum diſcere non erubeſcentibus, libenter volui etiam habere communes, quas tam è Lectione Paracelſi & Portæ, quàm Experientiâ propriâ adſecutus deprehendi conuenienter & analogicè Harmonicas: Sufficit enim quodam prodire tenus, ſi non detur vltra. Vtinam Carrichteri Rei Plantariæ conſultiſſimi viri tantoperè deſideratus liber de Signatura Rerum aliquando in publicum prodiret, in quo Plantarum Stellas Terrenas, Stellis Firmamenti miro ac Harmonico modo accommodat, Reſpubl. Botanica meritò ſibi gratulari poſſet. Stellæ ſecundùm Paracelſum ſunt formæ & matrices omnium Herbarum, & quælibet Stella in Cœlo nihil aliud eſt, quàm Spirituali & Chaotico modo præfigurata Herba, qualemcũque etiam in Terra repræſentans. Ita quælibet Herba eſt Stella Terrena vergens Cœlum verſus, & vnaquæque Stella eſt Cœleſtis Herba in Forma Spirituali, in nulla re ab Herbis in Terra creſcentibus diſcrepans, ſolâ materiâ exceptâ: Ideò Stellæ omnes morbos futuros prænuntiant per ſua Excrementa & Noſtoch: Ita Herbæ Cœleſtes deorſum tendunt Terram verſus, ac reſpiciunt ſuas Herbas à ſe procreatas: Hoc fundamento cognito notæ etiam erunt Herbarum Cœleſtium & Terreſtrium conſtellationes & cõpoſitiones, videlicet: Hæc eſt Stella Roriſmarini, Abſinthij, &c. & habet illarum Herbarum virtutes: Obſeruabit etiã in Herbis Terrenis, quot Colores Florum, tot virtutes Herbarum eſſe,

*Sir.c.39. ſect.26.*

*Omnia Ordine, Tempore, Menſurâ & pondere à Deo creata ſubſiſtunt.*

*Sap.11.ſect.21.*

*Quodlibet opus manifeſtat & notat ſuum opificem & fabricatorẽ, qui eſt Medicina, Arcanum & Myſteriũ.*

*S. Anatomia Formarum Naturas Rerum indicat.*

*Sciuit Deus labore acquiſita graziora hominibus eſſe, quàm ſine labore obuia, quę plerunque faſtidire ſolent.*

Nil temerè & fruſtrà in Plantarum familiâ cõfictum eſt, ſed rato modo, ordinatis cauſis, accurato Numero, Tempore & Loco opportunis: Et vt muti, quibus pro ſermone geſtus ſunt, & alia animalia ſermone carentia, motibus corporis ſuos indicant affectus: ita etiam Deus cuique Plantæ indidit proditorem ſuum, vt genuinæ vires Herbarum latenter abſconditæ per Signaturas Externas, id eſt, ſimilitudinem Formæ atque Figuræ (vtpote per Indices officij, Eſſentiæ, ac virtutis latentis) ex illarum aſpectu cognoſci, diuinari ac manifeſtari poſſint: imò vt modò dictum, illæ magicè nobiſcum per Signaturas loquuntur. Qui enim Theſaurum obruendo defodiunt, notare locum aliquo ſignaculo conſueuerunt: Ita Deus etiam complurima in Natura, quæ non poſuit in propatulo, ſignauit tantùm, vt diligenti inquiſitione poſſimus illa explorare. Sic videmus Moyſen non meminiſſe Gemmarum & Metallorum in abſcondito Terræ creatorum, cùm tamen in illis maxima Naturæ Arcana cõtineãtur: Eorum ſaltem meminit, quę in aperto creata ſunt: Ideò autem Deus abſcõditè creauit Metalla exteriùs, vt ſciremus in ipſis abſcõditas eſſe Virtutes Naturę Arcanas interiùs: Quo nomine etiam occultum Sacroſanctæ Scripturæ ſenſum, Spiritus DEI ſemper per Metalla & Gemmas in occulto vel abſcondito Terrę creatas

*Moyſes in deſcriptione Cœli & Terrę ineffabilia myſteriorũ Arcana verbis operuit ſimplicibus.*

tas præſigurat: Et ſi fortè alicui mirum videatur, cur Deus aliquas Creaturas in aperto, alias verò in abſcōdito crearit, Hermeticæ Medicinæ ſcrutatori diligenter conſiderandum propono. Quas in Centro Terrę creauit Deus Creaturas, Mineralia putà ac Metalla (occultorũ Sapientiæ videlicet Creaturæ ſeu Naturæ) illas potiſſimum pro ſolis Hominibus ſeu pro ſpiritu Vitæ in Centro Cordis humani ſedem habente conſeruando ac Balſamando creaſſe: ſicuti Herbas in ſuperficie Terrę exiſtentes (manifeſtum Sapientię, hoc eſt Naturæ ſeu Creaturæ) pro conſeruanda ac iuuãda maſſa corporis humani externa, ídque pro omnibus animantibus ſimul: *Semper enim* Devs *in abſcondito poſuit Maximum, in aperto autem Minimum*: In centro etiam collectas creauit omnes virtutes ſimul, quas in ſuperficie diſperſas creauit ſemel: Et quod mirandum eſt omnia Aſtra Cœleſtia, quæ in Cœlo corporibus ſuis manifeſtè patent creata, etiam in Terra Spiritibus ſuis occultè clauſa latent. Et ſicuti Cœleſtis Sol ſuo Calore ſpirituali generat omnia Terreſtri modo: ita Sol Terreſtris ſuo Calore ſpirituali creat & regenerat omnia Spiritualiter. Per Solem Cœleſtem operatur Spiritus Domini in Natura omnia Naturaliter: ſed per Terreſtrẽ Solem operatur idem ille Spiritus omnia, ſed Spiritualiter. Nam Spiritus per nullum aliud medium quàm per Solem operatur, quia in Sole ſaltem & non alibi vſquam T*abernaculum* ſuæ Habitationis poſuit corporaliter. Quemadmodum autem Sol ſupernus bifariam, modò extra

*Pſ. 19. ſect. 6.*

Res omnes corporaliter & manifeſtè, modò in omnibus Rebus occultè operatur: ita etiam alter Sol bipartitus, nunc extra Res omnes manifeſtus & corporalis, nunc in Rebus omnibus occultus & ſpiritualis eſt: Et vt Sol ſupernus intrinſecè ſpiritualis eſt in omnib. Rebus & Calor Naturalis Rerum omnium: ſic Sol *Terrenus* internè ſpiritualis eſt in omnibus rebus Calor natiuus, omnium Rerum Balſamum, Lychnus, & Oleum: Ille Spiritus Vitæ in omnibus rebus latens vocatur: Hic Sulphur Naturæ ſuo proprio & genuino nomine in omnibus rebus appellatur. Si Antiquiſſimis Philoſophis & Cabaliſtis (quorum ſtudium fuit à ſignis ad ſignatum, à Creaturis ad Creatorem, & per Angelos ad Deum aſcendere, & cum illo iungi, & ſic ſecundùm Pythagoram Deificari) Veritatem nobis enarrantibus Fidem non derogamus: Superiora ſunt in Inferioribus, & Inferiora omnia ſunt in Superioribus, non tamen vt in ſe, ſed ſecundùm Naturam & modum Superiorum: Sicuti enim Arbor tota in Nucleo ſuo complicita, eſt Arbor Aſtralicè, ſic Mundus ſenſibilis explicitus, eſt in DEO Dealiter complicitus. Cuius etiam rei, *Ter maximus* ille Triplici Diademate inſignitus Rex HERMES, vel ſuo quodam Vetuſtatis iure, omnium Philoſophorum Pater, ab initio Famoſiſſimæ ſuæ Smaragdinæ Tabulæ, omnibus totius Mundi gemmis meritò anteferendæ, fidem nobis locupletiſſimam & indubitatam facit: Quæcunque, inquiens, ſunt Infrà, ſunt etiam Suprà, meliori tamen, perfectiori & nobiliori

*Per Solem, id eſt, Cor macrocoſmi viuit Cor microcoſmi.*

*A Trina Virtute Ter magnus dictus, quia Rex, Philoſophus & Propheta fuit Trinæ Philoſophiæ monarcha.*

liori modo: In Mundo Angelico ſeu Intellectuali eadem ſunt Entia, & quæ in iſta viſibili machina, ſed ſpiritualiter & inuiſibiliter. In ſupremo Mundo Deali ὑπερτάτῳ, increato, infinito, incomprehenſibili, Archetypo, tam Angeli quàm Mundus vnum ſunt & ſimul modo Diuino perfectiſſimo: Infima ergo monſtrant Superna, corporalia declarant intellectualia, per Inferiorum & Terreſtrium Naturas & Proprietates aſcendimus in Naturas & Proprietates Superiorum & Cœleſtium: ſiquidem hæc Inferiora, Externa, ac Viſibilia exemplaria Superiorum notæ, ac Inuiſibilium Internorum ſymbola ſunt, quibus nos è Temporalibus ſeductoriis manuducimur ad Æuiæterna & Spiritualia. Tota Creatura & hæc ampla Mundi machina, in qua Creator Inuiſibilis ſe nobis videndum, audiendum, guſtandum, odorandum & tangendum exhibet, nil aliud eſt, quàm Vmbra DEI, ac figura Interni Paradiſi, ille videlicet Intuitus, quo clarè videntur & intelliguntur Creaturæ, quæ ſunt Creaturis poſteriora, & effectus per quarum cognitionem cognoſcitur Creator opifex, & Prima cauſa agens omnia: Creatura enim omnis à Deo creata eſt, vt ſit in Teſtimonium Verbo Creatoris, per quod facta eſt: Et qui Rerum creatarum cognitionem ſeparat à ſuo Opifice, is Rerum Vniuerſarum vmbram ſolummodo habet. Quod autem in Archetypis omnia contineantur Inuiſibili

*Mundus Deiiatus ſeu Pauli Cœlum Tertium: Supra vel extra Deum nullus alius Mundus ſeu Cœlum reperiri datur.*

*Creaturæ ſunt plenæ* DEI. *Pſ.34. ſect.4.* *Imò eſt ſpeculum in quo æternus Opifex ſe contemplãdum exhibet.*

*Primus Intuitus* DEI *eſt de facie ad faciem.* *Alter quo videntur poſteriora eius.*

*Deus cognoſcitur in ſuis operibus: ideò nullâ re ad malum ſeu pernitiem abuti conuenit.*

modo & ſpirituali, quæ in hoc Viſibili corporaliter apparent: & quòd omnia ab Intra fluant in compoſitum, & nihil ab Extra ſumatur, probat & demonſtrat ipſum Naturæ Lumen aſcendendo & deſcendendo, intrando & exeundo. Tres numerantur Mundi, & hi tres vnum ſunt vniuerſum, cùm vnus Mundus ſit in alio, DEVS ſcilicet, *Angeli, Machina Viſibilis*. Quiſque Inferior à Superiore regitur, & ſuarum virium ſuſcipit influxum, ita vt ipſe Archetypus & ſummus Opifex per Angelos, Cœlos, Stellas, Elementa, Animalia, Plantas, Metalla, Lapides ſuæ Omnipotentiæ virtutes exinde in nos transfundat, in quorum miniſterium hæc omnia condidit & creauit. Introitus vel aſcenſus fit, quando per ſcalam Iacob ex infimo eleuor ad ſupremum: ex ſenſibilibus ad intellectualia, ex Creaturis ad ipſum Creatorem aſcendendo: Hebræorum Cabaliſtæ vocant quinquaginta Portas Intelligentiarum: gradus ſunt ſeu limites omnium Rerum ex primo Geneſeos capite collecti, quibus ceu ſymbolis ac notis ad omnium Rerum tam Viſibilium, quàm Inuiſibilium cognitionem deducimur. Egreſſus verò ſeu deſcenſus fit, vbi ex DEO ad Creaturas, ex Intellectualib. ad Externas formas, à Centro ad Circumferentiam deuoluimur: Vt intueor oculo ſenſuali, exempli gratia hunc nucleum pomi, relictâ autem corporeitate, recipio me ab Externa forma, ad Interius ſemen inuiſibile, & oculo mentali contemplor totam Arborem, cum radice, trunco, ramis, ſurculis, foliis, floribus, fructibus ſuo tempore

*Quicquid in omnibus ſimul eſt mundis, id & in ſingulis continetur, neque eſt aliquis vnus ex eis, in quo non omnia ſint quæ ſunt in ſingulis, teſte Anaxag. Pythag. Platone.*

*Gen. 28. ſect. 12. 13.*

per

per ſeparationem manifeſtandis complicari: Iſtud ſemen illa corporalia non ab extra ſumit aliũdè, ſed ex ſe, ex ſuis penetralibus emittit ſingula. Cùm ergo eiuſmodi Aſtrum ſeu ſemen ſit Imago ſeu vmbra Angelicæ ſubſtantiæ, & totam molem corpoream Arboris intra ſua penetralia complicet abſque quantitate & qualitate, &c. certè vnicus Angelus complicabit ſemina omnium Rerum ſpiritualiter intra ſe multò faciliùs vt præſtantior, ſuperior, & excellentior Natura: Nam quò quid ſimplicius, eò quoque perfectius, abſolutius & potentius: Et quicquid poteſt Potentia inferior, idem poteſt Potentia ſuperior multò excellentius & efficacius. Angelus ergo dans homini vinum, panem, fructus, & alia etiam ex agro creſcentia, non extra ſe ſumit aliũdè, ſed ab intra è ſuis penetralibus (quia perfecta Dei imago) producit & largitur, quando & quoties vult citra ſui diminutionem aut decrementum. Nam Angelus omnia ſecum gerit & habet Angelico & ſpirituali modo: imò totã Mundi machinam in ſe complicat, & eſt iſta omnia Inferiora: Et quicquid Natura & Ars per Naturam potis eſt, illud etiam Spiritus vel Angelus ſupra Naturam & Artem conſtitutus & eleuatus multò meliùs & celeriùs poteſt. Qui hãc Philoſophiam Centralem ſeu Circularem ſuo intellectu mentiſque oculo depurato diligenter conſiderat, illi non erit difficile credere Angelũ vel Magnum Cœleſtem totum Firmamẽtum in Gamaæam poſſe includere, vel totum Mundum in ſuum pugnum. Cùm autem Angelus ſit per-

*Quemadmodum ignis de ſe emittit in mille alios & ſemper manet uniformis.*

fecta & abſoluta DEI imago, & omnia in ſua Abyſſo complicet, habeat atque poſſideat, negandum non erit Primam & ſupremam cauſam, à ſeipſa exiſtentem, indepẽdentem, omnia ſecum inuiſibiliter & ſpiritualiter in Abyſſo ſua complicare: imò omnia eſſe in Fontali Vnitate ſimpliciſſimè. Nam omnia creata, producta ſunt ab illo, qui eſt omnia in omnibus, Prima ſcilicet & vltima Rerum omnium cauſa: Non ex materia præiacente, nec ab alio quicquam ſumpſit, nec extra ſe accepit aliunde. Quicquid enim poteſt & habet, vt ſuprà dictum eſt, Potentia inferior, hoc idem poteſt & habet Potentia ſuperior, ſed multò excellentiùs & efficaciùs, imò ſuperexcellenter: Nulla enim collatio Infiniti ad Finitum, Creatoris ad Creaturam. Deus Centrum & Circulus ſui ipſius, in ſe ipſo habitans, hoc eſt, in Abyſſo Infinitudinis (Heb. vocãt Enſuph, incomprehenſibilem Infinitatem) vbi in æternum nullus locus, nullum principium, nec finis perueſtigari aut excogitari poteſt: Nec ab alio nec à ſeipſo factus eſt: ab alio enim non potuit fieri, quia neminem habuit ante ſe priorem, aliàs non eſſet cauſa prima: ſeipſum quoque non fecit, nam ex nihilo fit nihil: ſemper igitur יהוה (& hoc eſt Nomen Eſſentiale τετραγράμματον Ineffabile, ob tremendam maieſtatem, ac ob eius incomprehenſibilitatem Schemhamphoras vocatum, Nomen DEI magnum & mirabile, quod eſt ſuper omne Nomen) id eſt, ſine Cauſa priore, ſine Tẽpore, ſine Loco, ſine Termino, nihil aliun-

*Nihil Diuinum.*

*Aleph Tenebroſum.*

*Lux tenebroſa.*

*Deus Ineffabilis & Innominabilis Trigrammus notatur in Natura.*

*Tetragrammus in Lege, Pentagrammus in Gratia.*

aliunde accipere, ſed ſibi ad omnia ſufficere, nullius rei indigere, & omnes ſuos amatores efficere ſibi conformes, vt etiam nihilo ab extra egeant, ſed omnia intra ſeipſos poſſideant in patria ſua, & Hoc eſt *Regnum* Dei intra credentes, ſiquidem habitabunt in Deo, & Deus in ipſis in omnem æternitatem. Ideò *Ieſus Chriſtus*, Verbum & Filius Dei Patris, ac Sapientia Deificans, Verus Magiſter, factus Homo ſicut ſumus nos, vt nos perficeret filios Dei, ſicut eſt ipſe, qui eſt Benedictus in omnia ſecula.

*Status futuræ Beatitudinis.*

*Erat* Devs *ante Rerum productionem ab extra nudus & ſolus, donec placuit Diuinæ Bonitati ſuæ exire ad Rerum productionem & ſe quodammodo veſtire.*

Deus ergo Ingenitus Vniuerſitatis Dominus, Vniuerſorum principium, medium & finis, non ex vlla egenti naturæ neceſſitate, ſed ſolà Voluntate ſuâ liberrimâ, & ex mera Bonitate, propter infinitam gloriam ſuam, omnia ex ſuo gremio ſeu profundiſſimo Diuinitatis conceptu & Receſſu (Hermes dicit è viſceribus Tenebrarũ) emittens per *Verbum* ſuum primò produxit Lucem, id eſt, Angelicas ſubſtantias, dicendo *Fiat Lux*: Ex Luce illa Angelica emanarunt Aſtra, ex Aſtris corpora ſeu Mundi machina viſibilis ex quatuor Elementis compacta, & ſic omnia ſunt in omnibus ſuo modo, & vnum manet in altero, ſicut ſemen in Arbore, & Arbor in ſemine, hæc duo licèt diſtincta, ſunt tamen vnum. Omnia corpora ſeu Elementa viſibilia ſunt in Aſtris inuiſibilibus ſeu ſpiritualibus Elementis, & Aſtra ſunt in corporibus: Aſtra

*Quare autem* Devs *Mundum non citiùs creauit, propter humillimam Obedientiam, Reuerentiam & Timorem Creatori debitum, Creaturæ ad euitandum peccatum non permiſſum eſt inquirere.*

ſunt in Angelis, & Angeli ſunt in Aſtris: Angeli ſunt in DEO, & DEVS eſt in Angelis: Ita vt ſemper ſuum Superius poſſit eſſe abſque Inferiori, ſed non è contra. Nam Mundus viſibilis ſeu nulla corporalia conſiſterent, niſi adeſſent Aſtra: ſic, nulla adeſſent Aſtra, niſi Eſſentiæ Angelorũ adeſſent: Angeli non extarent, niſi eſſet increatus DEVS, à quo deprehenderent. Cognito DEO cognoſcuntur Angeli, ſunt enim perfecta & abſoluta DEI imago: cognitis Angelis, nota erunt Aſtra: cognitis Aſtris, nota erunt omnia creata, ſeu Mundus viſibilis: cognito Mundo viſibili tandem notus erit Homo microcoſmus Filius Mundi: nam talis eſt Filius, qualis eſt Pater per omnia, ſicut ex Viſibilibus deprehẽdimus Inuiſibilia. Omnia ab Intra manant ad Inferiora & Externa: Nam à DEO dependent Angelicæ ſubſtantiæ, ab Angelis dependent Aſtra, id eſt, Inuiſibiles Virtutes Rerum, & ab Aſtris dependent Viſibiles Formæ, hoc eſt, corpora. Sicuti igitur in DEO omnia ſunt Diuinè, & in Angelis Angelicè: ita in Mundo ſunt omnia corporaliter ſeu mundaliter: Nam vt Lux lucet in Tenebris, ita Superius eſt in Inferiori: vice verſa, Quicquid eſt in Mundo viſibili ſenſibiliter: hoc eſt in Elementis & Aſtris Aſtraliter, id eſt, ſpiritualiter:

*Verbum DEI eſt prima rerum omnium Idæa: ſic Mundus hic Extrinſecus ad exemplar Mundi Intrinſeci videlicet Intelligibilis fabricatus eſt & effigiatus à Conditore optimo maximo.*

*DEVS eſt Ens omniũ Entium, hoc eſt, Locus, Origo & Complicatio Creaturarum omnium à quo omnes, & ad quem omnes remeare nituntur.*

*Angeli ſunt ſpecula certiſſima nulli obnoxia corruptioni, quæ Diuinitas aſſidua ſui contemplatione expoliuit.*

*Quæ ſunt in Superioribus, in Inferioribus etiam viſuntur, ſed degenere conditione & adulterata.*

*Omnia in DEO ſunt, ſicuti Numeri in Vnitate, & in Centro omnes Lineæ circuli.*

& quicquid eſt in Aſtris Aſtraliter, hoc eſt in Angelis Angelicè: & quod in Angelis Angelicè, hoc eſt in Deo Diuinè: Per Catenam ſeu reſtim auream cœlitùs fragilitati noſtræ demiſſam in Terram Mens ſeu Anima noſtra Intellectuali, ope Diuinâ per Creaturarum ordinem, ab imis ad media, & per hæc extra Mundum ad ipſum Rerum Opificem aſcendit & aſſurgit, ad vnum primum & ſummum, ad quod tanquam ad deſideratum Terminum omnes Creaturæ conatu ſuo atque gemitu, voluntario tendunt impetu. *Rom. 8. ſect. 21. 22.* Tota Mundi machina in Deo, nil eſt niſi Devs, & in Angelis eſt Angelus, & in Aſtris eſt Aſtra: In ſemine Arboris latet tota Arbor cum radice, trunco, ramis, foliis, fructibus: Ex grano hordei procedit radix, culmus, ſpica, grana alia & paleę. Hæc omnia ideò procedunt ex ſemine, quòd latebant in eodem: Simili modo tota Mundi machina in Angelo latet Angelicè, in Deo autem Diuinè. Semen eſt arbor complicata, Arbor eſt ſemen euolutum & explicatum: Vnitas eſt numerus cõplicatus, Numerus eſt vnitas euoluta: Angelus eſt Aſtra complicata, Aſtra ſunt Angelus euolutus. Devs eſt in quo ceu Archetypo Mundus complicatus eſt diuino modo: Mũdus eſt Devs (vt ita dicam) euolutus. Exuperantiſſimus enim Devs Lux omnẽ Lucẽ in ſe continẽs per Radiũ ſuæ majeſtatis, hoc eſt, per genitũ Filiũ creat Lucẽ Angelicã, & impertit eis omnia, per Angelos fluit in quatuor Elemẽta inuiſibilia ſeu Aſtra: ex Elemẽtis ſeu Aſtris fluit in cor-

*Supremus Naturæ Creator, creauit in vno momento ſine temporis occupatione, antequam placeret facere, mirabilem ipſorum ſeparationem ſeu diuiſionem.*

pora, è quibus tandem fructus proueniunt in conſpectum noſtrum. In microcoſmo etiam ſimiliter patet inferiora ſcilicet eſſe in ſuis ſuperioribus, vltima in penultimis, & rurſus priora his ſimiliter in prioribus, aliúdque ſemper in alio, quouſque perueniatur ad ſummum. Nam ſenſus quinque ſunt in Imaginatione, Imaginatio eſt in Ratione, Ratio eſt in Mente, *Mens* eſt in DEO, DEVS in nullo niſi in ſe ipſo: Eſt enim ſui ipſius ſedes, & habitaculū, quia eſt omnia, & eſt à ſe, & per ſe, à quo ceu à largiſſimo & perēni fonte Vnitatis omnia fluunt: Ideò etiā ſingula è ſummo bono manantia ad DEVM tanquā ad ſuā originem ſunt reducenda. Verùm cùm hæc non ſint huius loci, & pauci tantas diuitias & tam inexhauſtos Theſauros ſuis Tuguriis & anguſtis limitibus comprehēdere poſſint, nec vlteriùs etiam in vulgus ſpargi debeant, geniū nunc quieto Harpocratis ſilentio placabo: Difficulter etiam ab illis comprehenderentur, qui Cabaliſticos fontes ſine fundo non deguſtarunt, nec niſi vmbratilē illam Animalē & Mundanā cognouerunt ſapientiam, quæ apud Cœleſtem nil niſi mera ſtultitia eſt: Sed vt eò reuertar, vnde digreſſus eram, ſummoperè è Republ. Medica eſt, vt Diuinū hoc Signaturarū ſtudium (quod aliqui Botanici quidem innuunt, ſed aliis reliquerunt docendum & probandum) magis ac magis pateſiat: Ideò non ſine graui cauſa Medici Titulo indignum iudicat illum Paracelſus, qui ex ſigno ſignato

*Habitaculum DEI nō eſt diſtinctū ab Eſſentia Diuina, ne fiat defectus in DEO.*

*Iacob. 3. ſect. 15.*

*Vt enim Homo è fructibus digno ſcitur: ita Herbę etiā è fructibus ſuæ ſignaturæ.*

*Non ſine cauſa ab Homero vocatur medicus πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.*

ſignato, id eſt ex Chiromantia & Phyſiognomonia Medicinam non faciat, cùm propter admirandam maioris & minoris Mundi Anatomiam Eſſatam ac Harmonicam, ſine ægrotantiũ vitæ diſcrimine, Antiquæ Medicinę cultores, illo carere, neutiquam poſſint nec debeant. Quilibet enim morbus (ſicuti ſuprà in Pręfatione prioris libri retulimus) & Medicina eius, vnius ſunt Phyſiognomoniæ, Chiromantiæ & Anatomiæ. Et qui huius Fundamẽti intellectu caret, huiúſque Philoſophici & medici Alphabeti cognitione deſtituitur, non poteſt eſſe probatus Medicus. Naturæ enim characteriſmi, & hæ Signaturæ Naturales, quæ ex Creatione non atramento, ſed ipſo Dei Digito in omnibus ſunt exaratę Creaturis (ſiquidem quęlibet Creatura eſt Liber Dei) melior eſt pars Veræ Literaturæ, per quam omnes res occultæ leguntur & inueſtigantur, poſthabitis 4. qualitatibus, velut externis viriũ corticibus. Inuiſibilia enim & Interna ſemper ſunt nobiliora, præſtantiora, & valentiora, quàm Viſibilia Externa, quæ minùs perfecta & ſuis Internis viliora ſunt: Sic Domus res externa ædificatur ob Inhabitatorem: ſed Incola nobilior eſt omnibus lignis, lapidibus & toto ædificio, cùm ſit viua & Rationalis Creatura:

*Anatomia & Forma Herbarum concordãda Anatomiis & Formis Morborum: niſi enim Phyſiognomonia ac Chiromãtia tam Morborum quàm Remediorũ Anatomia Eſſata ac Eſſentialis ſit à Medico cognita, nil fructuoſi in medendo præſtabit.*

*Signatura in Philoſophia & Medicina ſummum Fundamentum.*

*Rom. 1. ſect. 19. Sap. 13. ſect. 1. Sap. 15. Pſalm. 19. Matth. 17. Iacob. 1 2.*

*Ideò Hermes dicit Deum per ſingula creata vbique ſplendere, & eam ob cauſam fabricaſſe omnia vt eum per ſingula cerneremus: Nil enim reperitur in Mundo quod Diuinæ Virtutis ſcintillâ careat.*

*Chiromantia & Phyſiognomonia dant ſigna omnium futurorũ morborum.*

*Hoc Fundamentum ſignatum è Lumine Naturę depromptum per Scientiam magicã addiſcitur.*

** Gen. 2. ſect. 19. 20.*

*Ars hæc ex Lumine Naturæ per Diuinã Gratiam communicata fuit.*

Sine Phyſiognomonia & Chiromantia (quarum miniſterio non ſolùm totus Homo, cuius Interiora ſemper aliquo externo indicio detegũtur, ſed ſpecificæ & occultæ Rerum omnium Virtutes: imò omnia Naturę ſecreta manifeſtantur) vix vllum Medicinæ habetur arcanũm, quod Experientiæ ſuſtineat examen: Creaturæ enim ſunt præceptores Medici à DEO creati.

Primus noſter *Protoplaſtes Adam, in ſtatu Innocentiæ ex Arte prædeſtinata, id eſt, ſignata, rerum Naturalium abſolutam habuit cognitionem, ac cuilibet Rei nomen indidit proprium Internam Naturam ſimul exprimentem: DEVS enim omnium rerum vires ac Naturam Hominem ipſum vno tantùm ſpiritus Diuini afflatu docuit. Sũt qui erunt, qui hęc noſtra imperfecta eſſe iudicabunt, eos propter publicam Rei Medicæ ſtudioſorum vtilitatem peramanter rogatos volo, vt his meliora, commodioríque ordine poſteritati communicent. Quantũ ingenio, ſtudio, & induſtriâ, quantũ labore & curâ, quantum deniq; iudicio conſequi potui, præſtare conatus ſum. Benignus ideò ac candidus Lector, quia Bonę Voluntati non adfuit optata cõplendi poſſibilitas, hoc meum ſaltem incœptum (ſiquidem in magnis voluiſſe ſat eſt, nec ſemper licet quod libet) de Signaturis ſtudium boni conſulet, & hoc noſtro Tyrocinio fruetur, donec DEVS aliquem excitet, qui Infinitâ Bonitate iuuante huic laudatiſſimo & planè neceſſario ſtudio extremam imponat manum.

AMEN.

DE SI-

# DE SIGNATVRIS PLANTArum humana membra ſimilitudine Repræſentantium.

## CAPITIS.

1. *Papauer* cum corona repræſentat Caput & Cerebrum: ideò decoctum eius in multis Capitis affectibus vtiliter exhibetur.

2. *Iuglandes* habent integrã Capitis ſignaturã, Cortex exterior ſeu herbaceum inuolucrum, Pericranij, qua de cauſa Sal corticum ad vulnera Pericranij ſingulare eſt.

Cortex interior durior, ſeu ligneum putamẽ, Cranij.

Pellicula circumdans nucleum, Meningum & membranarum cerebri.

Nucleus ipſius Cerebri figurã habet: ideò etiã ad cerebrum conducit & venena hebetat: nam nucleus tritus ſi cum Quinta Eſſentia vini humectatus vertici capitis imponatur, confortat cerebrum & caput potenter.

3. Folliculus Floris *Pæoniæ* concluſus adhuc, habet ſignaturam & analogiam quandam Capitis cum Suturis, item Venulis cerebrum circũdantibus: Flores mox excludendi aperiunt externam pelliculam Cranium repræſentantẽ, & hac viâ ſicuti etiam ſemen poſtea exiliendo ful-

minis inſtar Epilepſiam ſeu ſyderatum morbum expellunt.

4. *Agaricum* excreſcentia eſt Laricis arboris veluti fungus, & caput purgat.

5. *Scylla*, quę ad Epilepſiam commendatur.

## CAPILLORVM.

1. Lanugo malorum *Cydoniorum* refert aliquo modo Capillos: ideò decoctum eius in reſtituendis capillis à lue Venerea defluxis, efficaciſſimum eſt.

2. *Muſcus* oblongus arboribus adhæreſcens Pilorum inſtar: Eius decoctum ſimiliter commendatur in caſu capillorum.

3. Herba quædam in paluſtribus creſcit, Pilos oblongos formâ penitus referẽs, aquis innatat, & floſculo albo conſpicitur: Cuius decoctum etiam conducit (vt & priorum ab extra adhibitorum) in pilorum profluuio.

4. *Adiantum, Trichomanes & Polytrichon* Apuleij, ſunt etiam Capillares plantæ, quæ rigidiuſculis cincinnis, exilibúſque fibrillis Capillorum faciem exprimunt, & crines denſos, criſpos & pulchriores reddunt.

5. *Thapſia* folio fœniculaceo ſeu capillaceo: Auicenna dicit illam parem non habere in operiendo capillis capite in Alopecia.

## AVRIVM.

1. Folia *Aſari* habent ſignaturam: ideò ex

floribus

floribus eius Conſerua paratur, quę comeſta auditum & memoriam plurimùm confortat.

2. Notandum hîc *Cochleas* auriculis prælongis ſignatas coqui in aqua & ſale & deſpumari, poſt exiccationem macerantur in oleo ſuccini, & deinde deſtillatio inſtituitur: promanans inde oleum mirificum eſt ad recuperandum auditum: Reptile eſt acutiſſimi ſenſus.

## OCVLORVM.

1. Grana nigra Herbę *Paris* ſeu Aconiti ſalutiferi, habent Pupillæ ſignaturam: Oleum inde Chymicè prolectum vel expreſſum ad oculorũ affectus efficaciſſimum eſt medicamentum, à nonnullis Anima oculorum vocatum.

2. *Flos Euphraſiæ* habet Anatomiam omnium vitiorum oculi: ideò oculis mirè conducit.

3. *Anthemis*, *Caltha*, *Hieracium* (quâ herbâ accipiter oculis hebetudinem diſcutit) *Argemone*, *Anemone*, *Scabioſa*, Flos *Aſteris Attici*: Hæc omnia propter ſignaturam oculis conducunt.

4. *Potentillæ* flos Pupillam in oculo repræſentat: Aqua eius deſtillata eſt ſingularis.

5. Lapis vulgò *Beloculus*, quia in albo orbiculo, circinata nigra pupilla conſpicitur, vnde nomen adeptus, manibus geſtatus claritatem viſus conciliat.

## NASI.

*Mentaſtri* aquatici folium Naſi formam refert: herba illa eſt quę folia anguſta hirſuta habet,

flore è puniceo albicante. Extractum eius ſpecificum in amiſſione odoratus.

## GINGIVARVM.

*Sedum* Minus muris adhærens habet Gingiuarum ſignaturam : ideò ſuccus eius expreſſus in Scorbuto ſeu Stomacace plurimùm commendatur.

## DENTIVM.

1. In *Hyoſcyamo* receptaculum ſeu ſiliquæ ſeminis habent Dentis maxillaris figuram: ideò oleum eius ſeu liquor per ſe expreſſus, vel decoctum radicis cum herba Perſicaria in aceto, elotione calida, dentium dolores efficaciſſimè ſiſtit.

2. *Acini Mali Punici* Dentes repræſentant: ad gingiuarum vitia & dentium firmitatem valet decoctum.

3. *Pinei Nuclei* Inciſorios optimè dentes mentiuntur: ideò pini folia cum aceto decocta, dolores dentium mulcent.

4. *Dentaria* Herba, cuius radix miro Naturæ artificio compactili ſquammarum ſerie conſpicitur.

## GVTTVRIS.

1. *Pyrola*, ideò in gargariſmis vtimur.
2. *Vvularia.*
3. *Ceruicaria.*

## IECORIS.

1. *Hepatica, Lichen.*

2. Fun*

2. *Fungus Betulinus & Quercinus*, habent etiam peculiarem Iecinoris ſanguinis officinæ ſignaturam: quo nomine puluis vtriuſque ad miraculum vſque ſanguinem è naribus ac vulneribus erumpentem inſperſione ſiſtit.

3. *Iecoraria* parietibus fontium adhærens, quæ contra Hepatis affectus & Scirrhos peculiariter valet.

4 *Pira* habent quodammodo ſignaturam Iecoris: ideò ad Iecur etiam conducunt.

## CORDIS.

1. *Citrium* ſui fructus effigie Cor repræſentat.

2. *Anthoræ* radices duæ quaſi corcula oſtendunt.

3. *Alleluya* in cauliculorum ſummo profert folia Cordis figurâ.

4. *Meliſſophyllon* Cordis ſpecie fert folium.

5. *Cardiaca* ſeu *Molucca* folia meliſſæ profert.

6. *Nardus, Myrobalanum, Mala Cydonia.* Omnium eximiæ ſunt dotes ad Cor.

## PVLMONIS.

1. *Pulmonaria* tam ſaxis quàm arboribus adhærens.

2. *Pulmonariæ* quædam ſpecies Pulmonis maculas ſubalbicantes referunt: ideò omnium decoctum in variis Pulmonum affectibus conducit.

## *Mamillarvm.*

*Specula Pennarum Pauonis* : habent enim Mamillarum & vberum formam : ideò hauſta ſanant vbera mulierum malè affecta.

## *Fellis.*

Herbaceum *Viride* inuolucrum Iuglandis, ſi ſuccus eius exprimitur viridis, aſſimilatur ſucco Fellis colore & ſapore, & conducit ad Fellis expurgationem.

## *Lienis.*

1. *Scolopendrium* verum, *Aſplenum*, Ceterach.
2. *Lingua Ceruina* & Vulgaris *Phyllitis.*
3. *Lupinus* ſua effigie Lienem demonſtrat: ideò eius decoctum Lienoſis prodeſt.

## *Ventricvli.*

1. Folia *Cyclaminis* ſaltem: radicem enim membra Paralytica reddere tradunt.
2. *Zingiber.*
3. *Galanga*, eſt externus Ventriculus, per quem internus ſeruatur.

## *Vmbilici.*

*Vmbilicus Veneris* ſeu *Cotyledon* concauum adfert folium rotundum, leue, fœmineum, Vmbilicum imitatum, craſſum, carnoſum & ſucculentum. Ad amatoria valere affirmat Dioſcorides, quia

quia Medici Vmbilicum Luxuriȩ ſedem dicunt.

## INTESTINORVM.

1. *Calamus Aromaticus.*
2. *Caßia Fiſtula.*

## VESICAE.

1. *Alkekengi*, *Halicacabum*, *Veſicaria* veſiculas ferens humanis ſimiles, intus acinum incluſum gerit, cuius celeberrimus vſus ad calculos lotiúmque ciendum.
2. *Veſicaria* Repens, Staphylodendros.
3. *Colutea.*
4. *Solanum.*

## PVDENDI.

1. *Aron* præter piſtillum execti ferè genitalis effigie, integrum generationis inſtrumentum demonſtrat.

Sunt qui putent Satyrion Erythroneum, ſeu Verum Paracelſi Satyrion, eſſe Aron, ſeu omnes Dracontij ſpecies, quȩ habent ſignaturam totius Pudendi, & poſt maturationem in gramine ſupra terram inſtar ſerpentis incuruatæ iacent.

2. *Fabæ* habent etiam integram Pudendorum & Colis glandis Anatomiam: ideò à Pythagora damnatæ: Farina illarum ad inflationem pudendorum commodè à proprietate ſimilitudinis adhiberi ſolet.

3. *Cichorij* piſtillum erectum, Veretrum oſtentat, cuius decoctum intra & extra adhibi-

tum ſingulare pro maleficiatis ex incantatione.

4. *Hieracij* caulis concauus:decocti eius cum aqua communi quotidianus hauſtus calidus, ſpecificum eſt in inflammatione purulenta penis.

5. In *Cicere* & maximè in *Lupino* Mentulæ forma apparet.

6. Vt & eandem *Pini Fructus* repręſentat: ideò nuclei eius & Piſtachiorum eſus Venereis exercitiis conducunt.

7 *Glans* ſummam Colis partem oſtendit, quam præputium tegit.

## TESTIVM SEV GENITALIVM.

1. E Bubalceo genere omnes *Orchidum* ſpecies à ſimilitudine teſticulorum Veneris ſunt incentiuæ, ſi cui deſit facultas: alter alterius potu reſoluitur, Superior, maior & plenior ad ſtimulandos coitus. Inferior, mollior ac rugoſior ad inhibendos valet: Natura hominum generationi ſatagens hac teſticulorum imagine ad vires Venereas, conceptum & prolem eos valere ſignificauit, ſiquidem etiam ſeminis odorem habent. Ideò Satyrij eſſentia in reſtituenda amiſſa virilitate viris frigidis efficaciſſima eſt: ſiquidem hominum & animalium luxurioſorum teſtes ita affabrè mentiuntur, vt nemo ſit qui videat, qui ſe eos cognoſcere non fateatur.

2. *Tragorchis* hircinus Teſticulus hircum olet, & ſpirillis aruncis caprillam barbam ementiens ad Venerem inflammat, omnium bulborum

rum valentiſſimus, vt hircus animalium luxurioſiſſimus.

3. *Satyrium Erythronium*, id eſt, rubrum, cortice radicis gracili, ruffo, intus albo: non ſecus atque Scincus libidinem excitat, etiamſi manu teneatur, & magis ſi bibatur è vino, teſte poſt Dioſcoridem Lobelio. *Pſeudo Hermodactylus Matthioli & Italorum.*

4. *Dracunculus* maior radice bulboſa donatus rotunda, inſtar Teſticuli, in vino ſumptus Venerem prorritat.

5. *Porrum* adeò ſcroto ſimile vt in prouerbium abierit: etiam Venerem excitat.

6. *Flores Cynoſorchi* homines ad fœcunditatem & laſciuiam inuitant, Venerem conciliantes, irritantes, augentes, & ſopitam vellicantes.

7. *Boletus Seruinus* Pudendorum habet ſignaturam: ideò non ſolùm ab intra confortando conducit, verùm etiam ab extra, Inflaturis Teſticulorum vtiliter imponitur.

8. *Phallus* ab Adriano Iunio peculiari ſcripto in hunc eundem vſum commendatus.

9. Vtriuſque ſexus genitalium ſignaturam habent *Vuarum Acini*: Ideò Veteres non ſine cauſa dixerunt ſine Baccho frigere Venerem. Zachar. 19. ſect. 17.

## MATRICIS ET VTERI.

1. *Ariſtolochia* rotunda vera fœminei vteri formam imitatur, & optimè puerperis opitulatur.

2. *Piſa*.

3. Interior Cortex *Betulæ* Viridis habet ſignaturam Matricis cum venulis ſanguineis: Ideò

decoctum eius purgat matricem.

4. *Sabina* habet ſignaturam Venarum matricis: ideò diſſoluit Tartarum in venis muliebrib.

5. *Malum Granatum* ſeu *Punicum* glabrum eſt, & membranâ tegitur, Malicorium dicta, Sole hiat cortex aperitúrque leuiſſimâ vel aëris iniuriâ: ſic etiam infans maturationis tempore exitum è matrice parat.

6. *Cyclaminus* ſuo circinato radicis bulbo, muliebrem vterum affabre demonſtrat effigiatum. Theophraſtus eius bulbum ad amatoria valere dixit.

7. *Leontopetalon* cuius radix fœminæ pubem lanuginoſo mollíque flocco pubeſcentem ſuo intuitu & ſimilitudine affabrè demonſtrat. Tradit Dioſcorides appenſam ad amatoria valere.

8. *Macis* Matricis ſignaturam etiam refert: Includit enim nucem myriſticam (fœtus in vtero ſignaturam) Macis, vt Matrix embryonem.

### RENVM.

*Portulaca* habet ſuam ſignaturam ad Renes.

### SECVNDINAE.

*Nymphæa* huius ſignaturam habet. Ideò etiam Secundinam expellit.

### SPINAE DORSI.

1. *Equiſetum.*

2. *Filix* Fœmina: ideò eius decoctum (in Iſchiade & doloribus Spinæ) & fomentatio è vi-

ño & aqua per multos dies præſtantiſſimum eſt ex arte ſignata Remedium: Spinæ dorſi enim effigiem non obſcurè repræſentat.

## TIBIARVM ET OSSIVM.

1. *Gratia Dei* ſeu *Geranium* habet ſignaturam Oſſis Tibię: ideò puluis eius ſingularis in oſſibus fractis.

2. *Oſſiſana* ſeu Lapis fabuloſus propè Spiram & Darmſtadium repertus, miraculoſus in conglutinandis oſſibus ruptis, ídque propter ſignaturam eius Magicam.

## NERVORVM ET VENARVM.

1. *Plantago* habet ſignaturam integram, imò & manuum & pedum Chiromanticam figuram, ſiquidem manus herbarum ſunt folia.

2. *Sauina* habet etiam venarum ſignaturam.

## POROR VM CVTIS.

*Hypericonis* folia perforata ſignaturam habent: Tollunt obſtructionem pororum & ſudorem pellunt.

## MANVS.

1. *Palma Chriſti.*

2. *Folia Ficus*: ideò articulorum doloribus conferunt.

---

# MORBORVM SIGNATVRÆ.

## APOPLEXIAE.

1. *Lilij Conuallij* Flos habet *Guttæ* ſigna-

turam, quia flos quaſi gutta pendet: ideò in hoc morbo magnus eius vſus eſt.

2. Carpionis *Lapis* ſemilunari formâ ſupra oculos exiſtens, commendatur in illa Apoplexia, quæ cum commotione & contractione muſculorum ſupra oculos inuadit.

## CALCVLI.

Omnia quæ Calculum pellunt ſunt Magicè ſignata à ſimilitudine, & morbum ſignificant ſuis imaginibus.

1. *Cryſtallus, Silex, Lapis Citrinus, Iudaïcus. Lyncis:* Lyncis vrina coit in lapidem: ideò eius vrina ad Veſicæ ſtillicidia peroptima eſt.

2. *Calculus Microcoſmi.*

3. *Saxifragiæ* Radices.

4. *Lithoſpermon* ſeu *Milium Solis* calculos candore & rotunditate margaritarum ferens, duritiâ lapideâ cum aliis ſeminibus ſaxeis ad comminuendos calculos valet.

5. Fructus & ſiliquæ *Ononidis.*

6. *Lacryma Iobbea* ad deturbandos calculos nunquam ſatis laudata.

7. Fructus *Alkekengi.*

8. Nuclei *Ceraſorum, Perſicorum, Meſpilorum.*

9. Fructus *Roſeti* Rubei: Item plurimi alij in ſenticetis rubro colore in Autumno ad maturitatem prouenientes.

10. *Cæpæ* etiam habent ſignaturam Calculi.

## CANCRI.

1. *Dactyletus*: ideò ſecundùm Paracelſum

hauſtus Cancrum curat: alij putant eſſe Hermodactylum exoticũ officinarum cum radice rotunda ſeſe in centrum contrahente, non aliter vt cancer facere conſueuit.

2. *Lunaria* quæ ſignaturam habet Cancri, cum qua Carrichter affirmat ſe omnes mammillarum Cancros curaſſe.

3. Ros Solis ſeu *Rorella*.

## COLICÆ.

*Conuoluulus* in ſegetibus proueniens Inteſtina repręſentat: ideò decoctum eius eſt in Colica ſingulare.

*Anguilla* in Colica peſtis.

## CICATRICVM.

1. *Olea*.

2. *Vlmus*.

3. *Reſiniferæ* omnes, quę caudicis ſciſſuras ſuſtinent, ad cicatrices & vulnera certiſſimo experimento vtiliſſimæ.

## DYSENTERIÆ.

1. *Acori Aquatici* Lutei radix in Maio effoſſa & collecta, ſingulare Amuletum contra Dyſenteriam appenſum ad ventriculi regionem: habet enim colorem & ſignaturam Excrementorum.

2. Ita *Baccæ Sambuci* conferunt.

## ERYSIPELATIS.

1. Semen *Oxylapathi*, quod ſemper carneum colorem, non planè rubrum habet: decoctum

eius hauſtum efficaciſſimum eſt.

2. *Colchotar Vitrioli* calcinatum fortiter: ideò exteriùs in aqua Plantaginis ſolutum vtiliter imponitur.

3. *Acorus Paluſtris*: quo nomine de collo geſtatur.

## EPILEPSIÆ.

1. *Viſcus Quercinus* cum ſuo glutine maturat morbum.

2. *Grana Pæoniæ* circularia ac nigricantia, præſertim quæ à prima emergunt fœtura (quia matura è capitibus ſpontè exiliunt) expellunt.

3. In Epilepſia *Crux ſeu Oßiculum* illud eſt pręſtantiſſimum medicamentum, quod alij volunt in Craniis Epilepticorum, alij verò in ſtrangulatorum, vbi iuncturæ cõmittuntur: quia quilibet ferè ſtrangulandus Epilepſia in Agone corripitur, dum ſpiritus vitę interclusus exitum quęrés, ſuffocatur: tunc commiſſuras capitis hâc vehementiâ ſeparari neceſſe eſt: In principio paroxyſmi ſub Exaltatione Lunæ datur.

4. *Paſſer* in Caduco peſtis à Paracelſo commendatur.

## EXCRESCENTIÆ.

*Agaricum* & reliquæ Arborum Excreſcentię, quæ ſupra ramos & frondes contra Naturæ ordinem excreſcunt, humanorum artuum excreſcentibus partibus medentur.

EXANTHEMATA.

1. *Semen Raparum.*
2. *Lentes*:ideò decoctum illorum expellit.

FICVS ANI.

*Scrofularia* maior & minor, habent integram ſignaturam: ideò decoctũ in exterendis ficubus mariſcíſve non ſolùm vtiliter bibitur, verùm etiam pro Amuleto de collo ad orificium ſtomachi virtuosè appenditur.

FISTVLÆ.

*Iunci Aquatici* habent ſignaturam: ideò ſal artificiosè extractum, intra & extra corpus cum iuuamento offertur.

*Rapunculus* Herba Carrichteri flore cœruleo eandem habet ſignaturam & efficaciam.

FOETVS IN VTERO.

*Ætites* Lapis veluti prægnans, cùm quatitur alio in vtero ſonante, grauidis continet partus, cùm vterus parum tenax ſiniſtro brachio mulierum alligatur, donec partus hora inſtet, tunc ſiniſtræ coxæ imponitur, vt feliciter ſine labore & periculo enitatur, poſt fœtum excluſum tollitur confeſtim, ne vterus ſubſequatur.

FOETVS VTERO ADNATI.

Conferunt à ſimilitudine *Grana Florum Tiliæ*, ſupra pedunculum dimidia ex parte folio adnatorũ. Dantur infantibus adnatis illorum granorum quinque vel ſex vnâ vice, vel etiam mulieri

grauidæ, cui fœtus adnatus: Colliguntur in feſto decapitationis Iohannis, & cortex exterior abjicitur.

## Fascini.

Conferunt Herbæ quæuis quæ per ſciſſuram aut foramen ſaxi, aut lapidis alicuius enaſcuntur.

## Herniæ et Rvptvræ.

1. Radix *Aronis.*
2. *Perfoliata.*
3. *Herniaria.*
4. *Telephij* radix.
5. Folia *Fraxini* etiam habent ſignaturam: ideò oleum è ligno deſtillatum illitum, efficaciſſimè medetur.
6. In foliis *Vlmi* folliculi quidam ſeu veſiculæ erumpunt & enaſcuntur menſe Maio humore plenę admodum vulnerario, ad Enterocela valent.
7. *Poma* foliis *Quercinis* adnaſcentia in Maio colligantur, & in vitris ſuſpenſa per ſe in Sole in liquorem redigantur: Hic liquor inunctione plurimùm conducit.
8. A ſignatura Magica obſeruentur Animalia quæ ſe extendunt & contrahunt: Ita Elephas proboſcidem extendit & retrahit: ideò Spodium calcinatum hîc prodeſt.
9. Similiter *Teſtudo* ſe contrahit, cuius calcinatæ puluis etiam conducit.
10. *Hirudo Spinoſa* itidem ſe contrahit, cuius aqua deſtillata vel cinis combuſtus, miras habet in hoc

in hoc affectu vires: Sola olei eiuſdem inunctione Hernioſi curati ſunt.

## HÆMORRHAGIÆ.

1.*Santalum Rubrum* cuius decoctum in vino rubro ſtyptico, mirè compeſcit Hæmorrhagiam.

2.*Tormentillæ* radix.

3.*Hæmathites Coroneolus* Lapis maximè, *Sarda*, *Corallium*, quæ omnia ſanguinem ſiſtunt, ex Anatomiâ, manibus ſi includantur.

4.Sextum *Gerany* genus dictum *Sanguinarium*, radice rubra, tantopere in ſiſtendo ſanguinis profluuio prædicatum.

5.*Chalcanthum* combuſtum, ſanguinei coloris euadit, erumpentem ſanguinem è cerebri vena, & è pectore mirabiliter cohibet.

6.*Anagallis Mas*, ſanguineo flore, manibus detenta, vbi incaluit, impedire ferunt ſanguinis effluxum ex inciſa vena.

## HAEMORRHOIDVM.

Omnes Villoſæ plantæ, & mollia herbarum folia laneginoſa, quæ lanoſiore flocco, quaſi caneſcunt, conducũt etiam ex ſympathia Hęmorrhoidibus, aſperum tactum horreſcentibus.

1. *Folia Verbaſci*, quæ cana denſáque ſanguine, bombacéoque tomento veſtiuntur, huius decoctum conducit.

2.*Oculi Populi Arboris*, oleo oliuarum macerati & inſolati, mirè vtiles: ſemen coloris ſanguinei plane repræſentat nates.

3. *Pes Leporis* herba, etiam lanuginoſa eſt, & decoctum vtile.

4. *Scrophularia*, quæ tuberculis & papilloſis capitulis ſcatet.

5. *Aron minus*, Tonſillas & Hæmorrhoides mulcet.

6. Inter Verbaſci Nomenclaturas eſt *Lupina Cauda*, à pilorum molli lanugine, quam imitatur: Eius decoctum etiam prodeſt.

## *HYDROPIS.*

1. Radix *Bryoniæ* habet ſignaturam pedum Hydropicorum: ideò Extractum aquas educit.

2. Radix *Michoacæ*.

3. *Dentaria* ſeu *Aneblattum* Cordi habet etiam ſignaturam inflationis Hydropicæ.

4. *Medulla* ligni *Sambuci*, preſſurâ etiã relinquit cauum veſtigium, quale videmus in pedibus Hydropicorum: ideò ſuccus arboris conducit, ſicuti etiam *Fungorum* Sambinorum deſtillata aqua.

5. *Mala Perſica* habent etiam ſignaturam: ideò flores Perſici & folia cum nucleo ſiccata & pulueriſata omnia debita quantitate leniter purgant in tumoribus & Hydrope.

## ICTERITIÆ.

1. *Chelidonia*, *Crocus*, quæ duo à ſimilitudine flaui coloris iuuant. Item Radix *Curcumæ*.

2. *Centaurea*.

3. *Pediculi*, *Scarabæi* flaui.

4.Cutis interior flaua *Oxyacantha*: Item medianus flauus Cortex *Sambuci*.

5.*Lapis* in *Felle* Boui repertus flauus.

6. *Anchuſæ* aruenſis radix colore rubro & ſapore amaro; Horum decocta iuuant.

7. *Tenca* viua ſupra vmbilicum ponitur, donec moriatur, præſertim in Ictero peſtis.

8. *Anthos* Roſarum peculiariter confert. Doſis drachma ſemis.

## *LENTIGINVM.*

1.*Betulæ* Cortex albis interlitus maculis, vt videatur ſturnum imitari; lentigines & faciei maculas abſtergit.

2.*Flores Sambuci* etiam maculati ſunt: ideò fotus ex decocto florum in aqua commendatur.

## *LEPRÆ.*

*Fraga* habent ſignaturam: ideò illorum deſtillata aqua palliat rubicundã Leproſorum faciem, ſi bibatur & liniantur maculæ. Quo nomine etiã Raymundus Lullius Fragorum in ſpiritu vini maceratorum vſum in palliandâ Leprâ plurimum commendat, in libro de Quinta Eſſentia.

*Viperæ*: ideò caro illarum præparata Leproſis cum commodo offertur.

## *LVMBRICORVM.*

1.*Viciæ* habent ſignaturam Lumbricorum: ideò decoctum illarum conducit in expellendis Lumbricis.

2. In cauitate Roſæ Caninæ interiore Tineæ quædam candidæ interdum occluduntur, quibus pulueriſatis ad expellendos vermes inteſtinorum, multi feliciter vtuntur.

## MENSTRVORVM RVBEORVM.

*Artemiſia rubra*: ideo efficaciſſimis virtutibus prędita herba, in ſiſtendis & corrigendis menſibus ſuperfluis.

## MEMBRORVM TABIDORVM.

*Salix* non fert ſemen, ſed virgula abſciſſa etiam ferè emarcida ſola infixione in terram creſcit: ideò Balneum è decocto ſalicis præſtantiſſimum ad membra tabida.

## MACVLARVM.

1. *Allium.*
2. *Arum*, *Ariſarum.*
3. *Dracontium.*
4. *Perſicaria.*
5. *Hirundinaria* minor. Omnes item Maculoſæ plantæ maculas corporis noſtri abſtergunt.

## NODORVM IN CARNE.

*Mercurialis* cum nodis: ideò decoctum eius cum Mechoaca, nodos cutis tollit.

## PRVNELLÆ.

1. *Sal Armoniacum*: ideò liquor eius deſtil-

latus

latus cum ſucco Aizoi eſt Euporiſton medicamẽtum: Extrahit enim Tartaricum ſublimatum Realgar, gutturi ſeu collo adhærens, & linguam nigredine afficiens.

2. Flores *Brunellæ* ſuâ forma guttur repræſentantes, commendantur etiam vt plurimùm in hoc morbo.

## PVNCTVRÆ LATERIS.

1. *Carduus Benedictus* ſuis punctionibus curam Pleureſis indicat, vt &

2. *Carduus Mariæ*: Vtriuſque ſtillatitius liquor vel decoctum plurimùm confert.

3. *Hyppogloſſum* alterum folium gerit maximè acutum, non ſine maximo aſpicientium miraculo, & Naturæ raritate: ad Laterum puncturas valere Neotericorum conſtat experimento.

4. Puncturis in corpore *Maxilla* ſeu *Crux* Lucij *piſcis* contrita & potui data ſubuenit.

5. *Conſolida regalis*, cuius tres vel nouem flores comedantur.

## PHANTASMATVM.

1. Fibræ ſuper folia *Hypericonis* habent ſignaturam; quod perforata certo tempore & debito modo collecta omnia Phantaſmata, & ſpiritus Phantaſticos ſine ſuperſtitione ab homine & extra hominem pellit, qui ſpiritus etiam Vermium ſpiritum in aliam Phantaſiam adigit, vt illorum ſpiritus animalis ab hoc ſpiritu fugiat. Nomen

Græcum denotat, quod ὑπ ἐρ εἰκόνας ſuper imagines & Spectra dominium habeat, Fuga Dæmonum vocatur: ideò fumigatio ſeminis eius, vt dicit expertiſſimus Philoſophus Lullius, fugat omnem Dæmonem à proprietate corporis, vel à domo: Portus Neapolitanus affirmat obſeſſos nec odorari, nec ſupra ſe ferre valere: Vt enim Sol cœleſtis ſua Luce fugat omnes malignos ſpiritus in Tenebris gaudentes: ſic Hypericon (inter herbas Solares numeratur præcipua) à Paracelſo Solis Terreſtris Nomine inſignitum, eiuſdem efficaciæ deprehenditur.

2. *Ruta*, propter Crucis ſignum ſemini impreſſum.

3. *Crux Baccis Iuniperinis* innata, præſertim magnis granis, nucis auellanæ quantitatem æquantibus, qualia inter peregrinandum in copia prouenire vidi in agro Neapolitano ad litus maris Tyrrheni: ideò experientia demonſtrat, quod proſint maximoperè à Spiritibus malignis obſeſſis.

4. *Anthirrinum* contra Phantaſmata & Incantationes. ſemen enim quaſi Sceleton repræſentat, defunctique Hominis Caluariam oſtendit.

## *PANARICII.*

*Archangelica* ſeu *Vrtica Alba* habet ſignaturam, contuſa & impoſita confeſtim necat.

## *PESTIS.*

1. *Bufo, Cochleæ, Rana*: ideò vtiliter ab extra imponuntur, ſiquidem Venenum attrahunt: Fu-

turæ

turæ ac inſtantis Peſtis ſigna in linguis Ranarum maculatis apparent, ac vbi cateruatim ſeſe mutuo conſcendunt, tot funera ſimul ſepelienda prædicere ſolent.

2. Anthracis & Carbunculi ſignatura eſt in *Sapphiro* in quo eſt peculiaris virtus Anthracem ſine corroſiuo tollendi & in Eſcharam promouendi. Similis eſt etiam in *Laçerta* vis, ideò extrahit Eſcharam.

3. *Gamandræa* cum rotundo pomo etiam Peſtis ſignaturā habet: ideò infecti herbam hanc ſed ſub ſuo climate productam magno iuuamine macerāt in quotidiano potu: Ita Tubera rotunda Quercubus adnaſcentia ſiue recentia ſiue pulueriſata feliciter imponuntur Peſti: Sic & puluis Nuciſtarum maceratarum applicatus extrahit venenum.

## *SEMINIS PROFLVVII SEV Gonorrhea.*

*Vrtica mortua, Galeopſis*: ideò Carrichter decoctum eius in vino plurimum commendat.

## *SCROFVLÆ.*

1. *Scrofularia* mas & fœmina.

2. *Scrofularia* minor: ſeu *Chelidonium* minus, cuius ſtrumoſa radix è multis granis frumenti videtur coaluiſſe.

## *SQVINANTHIÆ.*

*Fructus Mori* habent Squinanthiæ ſignaturam: ideò ſuccus eius & folia gargariſando conducunt.

## *SCABIEI CORPORIS ET Pedum.*

1. *Arbuta* ſeu Piceæ Coni ſquammulis loricati: decoctum illorum cum capite mortuo Vitrioli præſtantiſſimum medicamentum externum eſt.

2. *Scabioſa* in ſummis caulium capitulis florum calices promit compactili ſquammarum ordine ſtructos: ideò Scabiei medetur.

3. *Polypodium* in dorſo ſcabritiem habet: ideo à proprietate ſua decoctum eius pellit Scabiem.

## *SQVAMMARVM Cutis.*

1. *Vitis & Reſinifera* quæ corticem abiiciunt, ad cutem deglubendam & Squammarum vitia conducunt.

2. Sic ad Squammas capitis Herba *Filicis* vel *Filiculæ* conducit.

## *SQVAMMORVM PEDVM.*

*Scoria Ferri* habet ſignaturam oſtracoſorum labiorum vlceris: Vt enim Scoria hæc inter fundendum à ferro ad Superficiem eiicitur: ita etiam ab interno Hominis Archæo ſeu Arte Naturæ fit ſeparatio Mineralium & Excrementorum in corpore microcoſmo: ideò Crocus Martis & oleum eius in tali caſu plurimum proſunt.

## SPASMI.

1. *Limaces* vix commoti contrahunt ſe: oſſiculum exiguum in Limacibus albis per medium ſciſſis, in papiro reconditur, & in Spaſmo efficaciſſimè exhibetur.

2. *Poples Leporis* animalis velociſſimi in curſu, itidem prodeſt.

## STRVMARVM.

1. *Gladiolus* radice geniculata conſtat, paruorum Bulborum modo ſuper alium inſidente, inferior gracilis, ſuperior vegetior, Strumis certò medetur.

2. *Scrophularia* radicem habet tuberculis aſperam & papilloſis capitulis donatam, ſtrumoſo ſubtus porrecto ceſpite, Vlceribus ſtrumoſis & tuberculis ab humore frigido glaciatis emolliendo opitulatur.

3. *Ficus* Strumæ modò tument, valēt ad eaſdem.

4. Sic *Spongia Marinæ.*

5. *Iridis* radix ſtrumoſa delet ſtrumas.

6. Eſt & *Scrophularia* minor dicta herbula foliis hederæ, habet radices quodam callo pendentes paruas, complures, vt grana tritici in aceruі modum collectas quarum tres vel quatuor in lõgius protenduntur. Hâc recentiores in eximendis ſtrumis, ficubus & mariſcis magna vi & experimento vtuntur.

7. *Sal Vngaricum* ſeu *Tranſyluanicum* natiuum multas grumas Strumæ inſtar habet, cu-

ius frequentem vſum vt & Salis Gemmæ Paracelſus in depellendis ſtrumis ſtudioſè commendat.

## SVGILLATIONVM.

1 *Perſicariæ* folium liturâ maculæ modo conſcriptum, quæ Cornicularis Lunæ imaginem refert, ſugillata delet.

2. *Chelidonium* minus etiam propter foliorum magicam ſignaturam in hoc caſu ſpecificum eſt: nec ſolùm ab extra vnguentis admixtis illinitione delet maculas externas, ſed etiã in vino macerata & quotidie ter vel quater hauſta, ab intra ſanguinem concretum è corpore ad miraculum expellit.

## TARTARI VENTRICVLI.

*Caſſutha* ſeu *Cuſcuta* ſignaturam habet: Eius decoctum maximoperè commendatur.

## VRINÆ RETENTÆ.

1. *Medulla* in Calami Anſerini concauitate contenta: ſiccata & tuſa, mirè in vino remoratam vrinam pellit.

2. *Anima* Halecis (vt vulgus vocat) coloris argẽtei repræſentat etiam cauum penis ductum: pulueriſata & exhibita efficaciſſimè vrinam ciere ſolet.

## VENENI.

1. *Syderica*, *Dracontium* Maius, in quolibet

folio

folio habet figuram ſerpentis: Inde magico indicio confirmamur, quod decoctum contra ictus ſerpentum ſit efficaciſſimum.

2. *Dracunculus Minor* ludentis Naturæ miraculum ad primas ſerpentum Vernationes exerit ſe terrâ & cum iis in terram conditur, nec omninò occultato eo apparet ſerpens: officioſo Naturæ munere remedium demonſtrantis & formidinis tempus præmonentis.

3. *Biſtorta*, Serpentaria, Colubrina, ad viperarum & ſerpentum morſus.

4 *Ophioglossum*, vt & præcedens Herba figuram habet ſerpentinæ linguæ cupientis lædere.

5. Inter *Alij* genera *Ophioſcorodon* ſignatum eſt. Omnes autem plantæ, quæ ſerpentis Exuuium maculoſum exprimunt, & verſicolores viperarum maculas oſtendunt, imò ſerpentum effigiem ex omni ſua parte conſpicuam reddunt, contra eorum morſus valent.

## VERRVCARVM.

*Culmorum Nodi* habent Verrucarum ſignaturam: ideò etiam magneticâ curâ per illos tollũtur.

## VVLNERVM.

1. *Sapena Riparum* ſeu *Hydropiper*, in aquis pigro lapſu repentibus naſcens, propter maculas ſanguineas in foliis, medetur Vulnerum recentium ſuperuenientibus ſymptomatibus: ſiquidem fluxus ſanguinis in ſanguineo Perſicariæ pedunculo, Soli obiecto apparet. Hæc *Perſica-*

*ria* à Paracelſo vocatur Mercurius Terreſtris, & dicit in illa eſſe Influentiam Carnalem ſeu Attractiuum Influentiale non aliter, vt Sol & omnia ſydera ab inferioribus attrahunt, & inferiora viciſſim à ſuis ſuperioribus: Guttæ in foliis habent ſignaturam.

2. *Hypericonis* Folia innumeris foraminulis quaſi acu traiectis perforata videntur: ideo ad omnes externas & internas cutis læſiones proſunt: Et quia flores etiam poſt putrefactionem in formam ſanguinis abeunt, ſignant vſum peculiarem ad Vulnera.

3. *Millefolium*, & *Betonica*, lancinatis & inciſis foliis.

4. *Gentianella* ſeu *Cruciata* cuius radix in modum Crucis transfoſſa eſt.

5. *Aſcyrum*.

6. *Vlmus* etiam perforata folia habet: & ſic omnes Plantæ perforatis foliis ad Vulnera corporis valent.

## MEDICAMENTA A SIMILITVDINE IVVANTIA.

NOtandum etiam eſt, quod quædam medicamenta à ſimilitudine prodeſſe, & miro modo à morbis liberare deprehendimus, quia vnum alterius Anatomiam habet; cui enim potius comparandum eſt ſimile, quàm ſuo ſimili?

*Arſenicus* vlceribus Arſenicalibus ſubuenit: Inter omnes fructus Aquæ, non eſt maius Venenum quàm in materia Reſinorum, & omnis Veneno-

Venenoſitas Reſimorum, confirmante Paracelſo, confluxit in Arſenico, tanquam in vnum corpus.

*Aconitum* ex vino tepido datum percuſſis à Vipera aut Scorpione ſalutiferum eſſe expertum eſt à nonnullis medicis peritiſſimis, adeò Venena plerunque Venenatis ſunt Venena.

*Boletus Ceruinus* Fungus eſt, quem ad res Venereas adhibent, & ſemine eius Animalis genitali oritur.

*Cancer*, quia corpus ipſis tumet, ideò *Carcinomata* & Perniunculos cum decocto melle lenit: fluuiatilium Cancrorum cinis vtiliter etiam inſpergitur.

*Cancer* item viuus, ligatis chelis *Cancro* imponitur, donec moriatur, item Cancer Cancrum interficit, qui ſi ſit exulceratus, poſtea quouis opodeltoch curatur.

*Cardiacam* tollit puluis *Cordis Perdicis*.

*Capilli* Hominum ſi diſtillentur, egreditur ſuccus, qui *Capillis* prolongandis inunctione prodeſt.

*Cerebrum Suillum*, *Phreneticis* prodeſt: ideo etiam ij, qui memoriam amiſerunt, cum iuuamento veſcuntur Cerebro Porcino, cum myriſtica & cinamomo aromatiſato.

*Cor Mortacillæ* cum ſucceſſu appenditur in *Congelatione*,, vbi *Cor riget*.

*Cor* Hominis in *Cardiaca* & Syncope corroborat Eſſentia præparata de *Cordis Cerui* Oſſibus.

*Coli* cruciatus demulcet particula de *Vmbilico* infantis recenter nati, in argentea capſula vel

annulo incluſa,& ita geſtata vt carnem attingat, certiſſimo experimento multorum accepi.

Nota de craneo.

*Cranium* Hominis *Epilepſiæ* ſubuenit, ſumatur autem pars anterior, non poſterior, & fœminæ fœmineum, mari maſculum accommodetur.

*Cucumeris* ſylueſtris fructus maturi, leuiter contrectantem maculant, dum de ſe ſolo tactu ſuccum eiaculantur: ſic huius coagulati ſucci ſeu Elaterij vſus, hoc magico iudicio, ſeroſos Humores corporis Humani vehementer expurgat.

In *Dyſenteria* maximo iuuamine adhibetur rubra illa medulla, quæ in Lapicidinarum iuncturis reperitur & eruitur, vulgus *Iecur Lapideum* vocat.

*Epilepſia, Alcis & Hirundines* corripiuntur: ita etiam contra eundem morbum ſpecificè inſtar Amuleti conducunt Alcis poſterioris pedis dextra vngula, quàm auriculæ ſiniſtræ ingruente paroxiſmo immittunt, ſéque hoc pacto à paroxyſmo liberant: Ex Hirundinibus Aqua Antiepileptica ſingularis paratur.

*Fœtum* excludit Exuuij *Serpentis* Cingulum, quo ſi inſtante partu nudum grauidæ corpus cingatur, feliciter enititur.

*Flauam Bilem* expurgat *Rhabarbarum* eiuſdem coloris.

*Fungi* in agro Neapolitano propè vrbem Somam, quotannis è *Lapidibus* Terrâ ſaltem obrutis enaſcuntur, qui ſiccati & pulueriſati pondere drachmæ ſemis in Aqua appropriatâ manè & veſperi exhibiti, ad miraculum omnem *Calculum*

*lum* comminuunt,& inſtar farinæ expellunt.

*Gladiolus* tuſus & impoſitus, *Spicula,& Spinas* extrahit à ſimilitudine.

*Globus* ſeu Pila à Scarabæo conglomerata ſuppoſita,extrahit *Globos Plumbeos* è corpore.

*Hæmorrhoides* in locis obſcœnis ſe manifeſtant, ſanantur à Scarabæis in equorum excrementis latitantibus, in cinerem prius redactis & inſperſis.

*Hydrophobiam* tollit inopinatus, ſubitúſque impulſus in Aquas: Ita metus diſcutitur.

*Iecur Lupinum* confert *Iecinoris* infirmitatibus.

*Linguæ* Hircinæ ſemen, *Echium*, Viperinus capitulis ſimile: ideò *Viperarum*, cæterorúmque ſerpentum morſibus medetur, & prophylacticum eſt medicamentum.

*Lumbrici* Maioris & Minoris Mundi *Lumbricis* Hominis medentur: Eiuſmodi autem vermes exſiccati,& in puluerem redacti, propinati ac in lacte caprilio exhibiti Lumbricos in ventriculo & inteſtinis morantes interficiunt, & è corpore eiiciunt ac expellunt.

*Lumbricus viuus* per viginti quatuor horas *Panaricio* circumligatus, donec moriatur, interficit ipſum.

*Lupus* corporis Humani, curatur beneficio vnguentorum & cataplaſmatum à Carne & Pinguedine *Lupina* præparatorum.

*Matricis* Gallinæ puluis in collum *Matricis* iniectus, eiuſdem fluorem exſiccat, & ſterilita-

tem fœminis indè cauſatam tollit, & conceptionem iuuat.

*Mammarum* Muliebrium fiſſuris medetur inunctio Glutinis ex *Vberibus* Vaccinis præparati.

Naſcuntur in Podice veluti fructus *Mori* cruēti, molles, & in Scroto, qui ex fructuum *Mori*, frondiúmque puluere ſanantur.

*Oculi Bouis* Humor Cryſtallinus deſtillatus, omnibus *Oculorum* vitiis ſuccurrit.

*Pedum* Anſerinorum abſtracta cutis, *Pedibus Refrigeratis* (vt & Panaricio) medetur, cum Artemiſia fiat decoctum, quod vtiliter imponitur.

*Priapus Tauri* aut cerui, *Penis ἀτονίαν* aufert, & Venerem ſuſcitat: Horum enim Animalium Natura luxurioſa.

*Profluuium Menſtrui* immodicum, dum purus ſanguis ſimul effluere incipit, ſiſtunt tres vel quatuor guttæ puriſſimi illius *Sanguinis* vltimò effluentis, fœminæ patienti inſciæ in vini vel cereuiſiæ potu exhibiti.

*Pulmo Vulpis*, afflicto *Pulmoni* prodeſt.

*Renouant* noſtra corpora & iuuentutem reſtituunt, quæcunque *Animalia* habent in ſe Virtutem *Renouatiuam*, vt de Vipera & Serpentibus traditur.

*Sanguis* è Naribus & Venis profluens, torrendo friabilis factus, Narium & Venarum *Hæmorrhagiam* inſufflatus & inſperſus ſiſtit. Datur etiam intra corpus.

Similiter *Sanguis* è *Vulneribus* effluxus calidè *Vulneri* iterum immittitur, vt nimiam Hæmorrha-

morrhagiam eius ſiſtat.

*Sagittas* extrahit Herba *Sagittalis* in pratis ad ripas creſcens, & ſagittam repræſentans.

*Scorzonera* radix ad ſerpentis cuiuſdam *Scorzone* dicti formam effigiata, contra eiuſdem morſum vnicum Antidotum.

*Serpens* ſi filo lineo ſuſpendatur & ſuffocetur, funiculus in Angina & Apoſtematibus faucium valet plurimum.

Contra *Synouiam* offertur ipſi patienti aliquid ſupra particulam panis præſentaneo ſucceſſu.

*Secundinam*, Secundina lota ac in fictili torrefacta, & drachmæ ſemis pondere in iuſculo gallinarum exhibita, mirificè educit.

*Stomachi* Lupi Corium geſtatum *Stomachi* iuuat digeſtionem: Ita etiam Vulturis & Oloris pelles ab alutario præparatæ.

Spiritus Tartari fœtor, fœtorem humorum putridorum in Peſte è corpore humano expellit.

*Tartarus* ſeu Sal vrinæ Hominis contra Tartarum & *Calculum* ſingularis eſt.

*Tormentillæ* Radix *Nodoſa*, tuſa & impoſita Nodos in cute tollit.

*Torſionibus* inteſtinorum in Colica conducit Inteſtini Lupi exiccatum Cingulum, vt & Excrementa eius geſtata.

*Tumori* ſeu Gummi, quod noſtris membris innaſcitur, diſſoluendo medetur Gummi illud è Ceraſo deſudans, aceto diſſolutum & appoſitum.

*Variolis* infantum, ſeminis Raparum & Len-

tium decoctum medetur à ſimilitudine.

*Vertigine* non corripiuntur Damæ & Serpentes loca inuia accedentes: ideò illarum pinguedo, ſi tantillum de illâ Temporibus illinatur, contra Vertiginem maximoperè confert: vt & Ciconiarum Eſſentia Quinta, ſiquidem Ciconiæ longo tempore in aëre in gyrum circumuolitare conſueuerunt.

*Paracelſus vocat das ferch idiomate Germanico.*

*Vitalis* ſpiritus ſeu Vita in muſculis formâ refert Animam Halecis, vt loquuntur, ſeu argentum Argento viuo ſuperinductum: vbi in ſanguine refrixit, euaneſcit, punctim vel cæſim vulnerato, vbi in ſanguine profluente apparet ſine mora patienti in potu exhibetur, non ſine manifeſto iuuamento.

*Veſica* Bouis, omnibus Veſicæ morbis medentur.

Veſicam Suis, quæ terram non attigit, pubi impoſitam, vrinam ciere dicit Plinius.

*Veſica Ouilla vel Caprina* cremata, & ex poſca bibita, iis, qui vrinam inuiti reddunt, benefacit.

*Veſica Carpionis* ſiccata & pulueriſata, ſingulariter prodeſt parturientibus in ipſo enixu adeò læſis, vt aquam continere non poſſint, & vrinam inuitæ reddant

Cum *Veſicis* nigris in pedibus ſubortis, Vuæ Verſæ, ſeu Aconiti ſalutiferi folia nigra cum baccis ſignaturam habent. Cum hâc herbâ Phædro magneticè, vt & Paracelſus cum Perſicariâ, admiranda in deploratis vlceribus curandis ſe præſtitiſſe affirmat.

*Ventri-*

*Ventriculus* Gallinæ interior ſcilicet membrana *Ventriculo* malè affecto ſubuenit.

Zibetta Colicæ ſtercora expellit.

## *VENENOSI MORBI plerunque proprijs Antidotis ſanantur.*

*Aconitum* vt dictum eſt medetur morſui Viperarum,& Scorpionum.

*Araneus* mus qui morſum intulit diſſectus ſi apponatur,ictus ſui maleficia luit.

*Apum Aculeos* fixos, Mel ſanat.

*Bufonio* Lapide in capite Bufonis reperto eius morbi curantur.

*Bufonius* puluis morſui venenato impoſitus Venenum attrahit.

*A Bufone* permicti, Bufone ſicco cum iuuamento ſe demulcent.

*Canis Rabidi* morſui eiuſdem Canis primo pili imponuntur ab extra vulneri, ſiquidem venenum attrahunt, ſimiliter exuſti propinantur, deindè iecur Rabioſi toſtum, demorſum ſi comedit liberat, & tuetur ne tentetur Aquæ metu, quo nomine etiam eiuſdem Canis dentem exemptum,& pelliculæ inditum pro Amuleto,brachio annectunt.

*Crocodili* adeps ſuos morſus ſanat.

*Murium* morſus, Murium combuſtus puluis ſanat.

*A Muribus* permicti, eorundem cinerem inſpergunt,antequam carnem exedat.

*Os Cordis Cerui* venenatæ Caudæ Ceruinæ deguſtatæ ſuccurrit.

*Serpentum* Axungia etiam commendatur aduerſus ſuos morſus.

Contra ictus *Serpentum*, Capita Serpentum trita, vel Exta illorum præcipuè Fel impoſitum.

*Scorpius* ipſe, qui ictum vibrauit, tritus, & percuſſo loco impoſitus, ſuæ plagæ Remedium eſt, ob cæcam quandam Naturarum Diſcordiam: Vnde profectum malum, inde remanat Remedium.

Sic etiam Oleum Scorpionis aduerſus ſuos ictus.

Sic aliquando geminata, commixtáque contrariæ facultatis Venena, remedio ſunt non exitio: Fuerunt qui bubonem peſtiferum exciſum & exſiccatum puluériſarunt, & infectis exhibuerunt, non abſimili modo, vt Scorpionis oleum cótra venenum Scorpionis adminiſtratur, atque ſic Venenum ſibi congeneris Veneni exterminium molitur.

Quemadmodum ab Ouo frigore congelato per impoſitionem in aquam frigidiſſimam ad tempus, frigus inſtar glaciei extrahitur, & in integrum reſtituitur: ita etiam membra frigore vitiata ſanantur, per impoſitionem frigidæ aquæ Niualis: Ita frigus extrahit frigus.

Simili modo, membra ſupra modum incaleſcentia reſtaurantur, per appoſitionem Spiritus Vini rectificatiſſimi (qui merus eſt Ignis vel Sulphuris Quinta Eſſentia) Sic calor vi magneticâ extrahit calorem.

*Chiro-*

*Chiromantiæ* cognitio quantoperè medico neceſſaria ſit dictum eſt ſuperius : Nam ex Chiromanticis Lineis Remedia illi Homini conuenientia ſciri poſſunt.

Qui lineam Architectam in manu habet, ille obnoxius eſt Colicæ, & ex illa moritur: ideò Linea Architecta in Herbarum foliis, medicina in Colica eſt.

Ita etiam Linea Anchora eſt Linea Apoplexiæ : ideò Linea Anchora in Acoro eſt medicina Apoplectica.

# SIGNATVRARVM CORRESPONDENTIÆ MAIORIS ET MINORIS Mundi.

## IN MVNDO.

| *Minori* ſeu *Microcoſmo.* | *Maiori* ſeu *Macrocoſmo.* |
|---|---|
| *Phyſiognomia* ſeu faciei forma. | Cœli Facies. |
| *Chiromantia.* | Mineralia. |
| *Pulſus.* | Motus Firmamenti. |
| *Anhelitus.* | Eurus,Zephyrus. |
| *Febrium* Horror. | Terræ motus. |
| Lienteria, Dyſenteria, Diarrhœa. | Pluuiæ. |
| *Torſiones* Colicæ. | Ventorum Tonitru. |

Quot enim Naturæ Ventorum in Mundo, tot ſpecies Colicæ in Homine.

*Eadem Apoplexia qua Fulminis generatio, vtriuſque etiã operationes admiranda.*

| | |
|---|---|
| *Difficultas* meiendi in dolore Nephritico. | Corruſcatio. |
| *Apoplexia.* | Ecclipſis, Coniunctio ſeu Fulmen. |
| *Tabes,Phthiſis* ſeu Aridura microcoſmi. | Siccitas. |
| *Hydrops.* | Inundatio, Diluuium. |
| *Epilepſia.* | Tempeſtas. |

Quæ enim Generatio Tempeſtatis & Tonitru in mundo maiori,eadem etiam Epilepſiæ in minori:

*Tonitru demõſtrat cauſam, materiam,originem Caduci.*

nori: Et ſi ut Tempeſtas mutat & labefactat Animalem ſenſum & Intellectum, vt apparet in crocitatione Gallorum gallinaceorum inuſitatâ, inſueto item cantu & clamore aliarum auium & beſtiarum, mordenti inſuper muſcarum furore: ita etiam in Epilepticis.

| *IN MACROcoſmo.* | *IN MICROcoſmo.* |
| --- | --- |
| 1. Fit Mutatio aeris Tempeſtate inſtante. | 1. Mutatio Rationis ingruente Epilepſiâ. |
| 2. Nubila ſuccedunt. | 2. Oculi Tenebroſi, Somnus. |
| 3. Ventus. | 3. Colli & Ventris inflatio. |
| 4. Fractio & Tonitru. | 4. Fractio Veſicæ & Concuſſio corporis. |
| 5. Fulgetra & Corruſcationes. | 5. Ignei & lucentes oculi. |
| 6. Pluuia. | 6. Spuma. |
| 7. Fulminis ictus. | 7. Spiritus coacti lacerantes artus in cute clauſa. |
| 8. Serenum Tempus. | 8. Reditus ad mentem, & ſermonem. |
| Poſtquam vitæ lutoſæ pluuiâ madidæ ſunt à Sole iterum exiccatæ. | Vbi ſcilicet Homo ad ſe redit & Sol Microcoſmi, Rationem, Mentem & reliquas corporis functiones poſt requiſitam quietem iterum in priſtinum ſtatum reſtituit. |

*Quot genera lignorũ in mũdo, tot genera oſſiũ in Homine*

*Omnium mẽbrorũ Hominis Forma reperitur in Vegetabilibus, Lapidibus, Animalibus & Mineralibus*

*Homo cognoſcitur ex Natura Animalis, cuius primum eſſe in ſe dominatur.*

*Hinc illud Chaldaeorũ: Homo varia ac multi formis & deſultoria Natura Animal.*

| | |
|---|---|
| Lapidicinæ, quæ ſunt oſſa magnæ matris. | Oſſa in Carne: Vt enim Terra lapidibus: ita corpus oſſibus munitum eſt, quæ auro aſſimilantur, vtpote eiuſdem Naturæ. |
| *Terra.* | Caro. |
| Flumina magna. | Venæ magnæ. |
| *Mare.* | Veſica. |
| Septem Metalla in montibusvel ſeptem Planetæ cœleſtes. | Septem Membra principalia in Homine. |

Et ſicuti in Terra Flores ſtellarum colores: Ita Sydera in Cœlo Terræ pratum oſtendunt.

Nihil eſt in Mundo, cuius proprietas non etiam in Homine Microcoſmo reperiatur. Deus enim Glorioſus non creauit aliquam Creaturam ſapientiorẽ ac nobiliorem *Homine*. quia omnium Animalium mos ac Primum Eſſe in ipſo reperitur, ac cùm ſit omnium Creaturarum Faſciculus, ſe ipſum eſſe in omnis Carnis Faciem, in omnis Creaturæ Ingenium, inſtar Poëtici alicuius *Protei*, effingit, fabricat, & transformat: Nam vt reconditioris Literaturæ ſcientiſſimus *Picus Mirandulanus* aſſerit, Naſcenti Homini, omnifaria ſemina, & omnigenæ vitæ germina indidit Pater Cœleſtis, quæ quiſque excoluerit, illa adoleſcent, & fructus ſuos ferent in illo: ſi Vegetabilia, Planta fiet: ſi Senſualia, obruteſcet: ſi Rationalia, Cœleſte euadet Animal: ſi Intellectualia, Angelus erit & Dei Filius: Et ſi nulla Creatu-

rarum ſorte contentus, in *Vnitatis* ſuæ Centrum ſe receperit, Vnus cum Deo ſpiritus factus in ſolitaria Patris *Caligine*, qui eſt ſuper omnia conſtitutus: omnibus anteſtabit: Et hanc conditionem, quam in Vniuerſi ſerie ſortitus eſt Homo, meritò idem Picus, non brutis modo, ſed Aſtris & Vltramundanis Mentibus inuidioſam dicit. Homines autem Animales & Aſtrales de Arbore propriæ ſuperbiæ comedentes, qui neglecto Patrimonio æterno, Aſtrorum mancipia in hoc mundo viuunt, & ſe à ſpiritu Aſtrorum (quibus Sapiens ſpiraculum vitæ agens, ſeu Deus potius in Sapiente dominatur) regi patiuntur, poterunt in ſe poſt excitationem (vt paulò poſt dicetur) obſeruare parentum ſuorum deliteſcentes mores. Nullus Homo tam pius & iuſtus eſt, in quo non lateant occulta illa malignorum Aſtrorum ſemina, Sapientum precibus quotidianis ſuffocanda & ſupprimenda, ne creſcendo ſe manifeſtent, ſiquidem in Impiis, præſeruante Gratiâ Dei deſtitutis, facilè erumpunt: Ideò Propheta Dauid conqueritur de publicata malitia Hominum Belial, & Deo agit gratias, ſuam meſſem in Herba ſuffocari *Chriſtus* & Apoſtoli Aſtronomis fuerunt incogniti: Credentes enim ſeu Renati Aſtris non ſunt ſubiecti, ſed ſunt Domini Firmamenti, & ſeptem ſpirituum in Firmamento: Quo nomine *Filius Dei* ſuos Diſcipulos ſupernè *Regeneratos*, poſt abiectionem & valedictionem omnium Aſtralium vocat *Lumina Mundi*, & *Sales Ter-*

*Vir ſpiẽs dominatur Aſtris, præcipit, cogit, mãdat. Hoſ. 2. ſect. 18. Hieb. 5. ſect. 23.*

*Hinc illud vulgare, Aut ſumus aut fuimus aut poſſumus eſſe quod hic eſt. Eccleſ. cap. 7. ſect. 21. 2. Sam. c. 23. ſect. 6. & 7.*

*Homo habet Patrẽ æternum, huic debet viuere, nõ Spiritui animali.*

*Deus rogauit ipſi Animale corpus non vt in illo viuat, ſed ſaltem ad Tempus habitet.*

*ra.* Paracelſus dicit, quamprimum Homo in Ratione obbruteſcit, æquum eſt, ſi ſecundùm illum ſpiritum Brutalem viuit, vt illius Bruti nomine nuncupetur: Qui verò ſecundùm ſpiritum Humanum inſtar Hominis Rationalis viuit, Hominis Nomine nominari debet, ſic Saluator noſter Herodem Vulpem vocat.

*Luc.13. ſect.32.*

## *SIGNATVRAS SVAS SVMpſerunt Homines.*

*Animoſi*, audaces fortes, & magnanimi: à *Leonibus* & *Aquilis*.

*Amicitia ſuum.*

*Amici Fidi:* *Delphinis*, quorum Fidelis Amicitia erga Homines in hiſtoriis nota: Ita Conſtantis Amicitiæ ſignum in *Porcis* apparet, læſo & gruniente vno, grunniunt accurrendo & ſuppetias ferendo, reliqui cateruatim omnes: Diuerſum in Canibus videre eſt, ſi ſaxo impetitur vnus, & dolorem eiulanti ſignificat, aufugiunt alij omnes.

*Amici veri & Conſtantes:* *Hedera*, quæ poſt mortem etiam arboribus adhæret ſuis radiculis, è germinibus inter folia emiſſis, illáſque etiam emortuas amplectitur.

*Amici Fraudulenter* Miſericordiam Mentientes: *Crocodilis*, qui lachrymis ſub ſpecie miſericordiæ decipiunt.

*Amici Corticarij* ad Fortunæ motum ſe mouentes: *Auibus Æſtualibus* quæ æſtate fortunâte nobis adſunt, incle-

inclementia frigorit pulſæ recedunt.

*Ambulãtes Peripatetici:* *Cornice*, quæ frequenter ſola ſecum ſicca ſpatiatur arena.

*Adulatores:* à *Felibus & Canibus* caudâ abblandientibus: Hæc enim Animalia habent facilem conſuetudinem cum Hominibus.

*Adulteri:* *Sargo* mirè ſalaci piſce, qui è mari egreſſus alienas vxores deperit, fœdo caprarum amore mirè tenetur, ſicuti ab Oppiano deſcribitur:

*Inuadit Sargos caprarum mira cupido.*
*Qui madidi ſi mas cupiunt tractare Capellas.*
*Montanis gregibus, quamuis tot agmina Ponti.*

Ἄστοργοι: *Struthiocamelo.* *Hiob. c. 39. ſect. 19*

*Auari* & Auſteri: *Coruis.*

*Caſti & Cœlibes:* *Monocerote.* Ideò non ſine myſterioſa ſignificatione in Sanctiſſimæ Virginis Mariæ ſinum caput inclinare à veneranda ac ſapiente Antiquitate depingitur. *Vide Paracelſum in ſuo Azoth.*

*Crudeles & Impij:* *Leæna.*

*Damnum Sibiipſis Inferentes:* *Turdis* cacantibus ſibi proprium malum, videlicet viſci gluten, quo capiuntur poſtea.

*Deuoti:* 1. *Pullis Ceruorum.* *Pſ. 147. ſect. 9.*
2. *Alauda*, quæ ante & poſt cibum volando verſus cœli conuexum Deum ſuis Hymnis ſuo etiam modo laudat. Sic etiã *Elephantibus* quadã Naturæ *Hiob. c. 39. ſect. 3.*

recondita Ratione Religio & Veneratio ſyderum eſt.

| | |
|---|---|
| *Deſperati:* | ab *Elephante.* |
| *Diſcipuli Dociles* diſcendi facilitatem dicerunt: | *Simia, Pſittaco, Elephante.* |
| *Diſcipuli Indociles:* | *Ariete & Aſinis.* |
| *Diſſoluti* & Vagabundi: | *Apris.* |
| *Fatui:* | *Pecude.* |
| *Feroces & Sæui:* | *Tigridibus.* |
| *Fœcundæ Mulieres* & Fertiles: | *Lepore & Cuniculo,* qui fœcundiſſimi duodecies in anno generant pariúntque. |
| *Fures:* | *Coruis & Sturnis.* |
| *Gementes:* | *Turture & Palumbis.* |
| *Horridi:* | *Struthiocamelo.* |
| *Immundi* & Spurci: | *Porcis.* |
| *Impudentes & Importuni:* | *Muſcis,* quę licet ſępius abactæ, continuò nihilominus, redeant. |
| *Inuida Maledicentia Mordaces:* | *Canibus.* |
| *Inobediētes & Rebelles:* | *Regulo.* |
| *Ingrati:* | *Cuculo.* |
| *Indomiti* & Faſtuoſi: | *Tauro.* |
| *Inimici Maledicentes:* | *Angue:* nam hoc Animal nullo alio membro pollet quàm ore. |

Im  An

*Inſenſi* omnibus: ab *Anguillis*. Hæ enim ſeorſim ab aliis piſcibus degunt, nec iunctæ cum aliis inueniuntur: Ita enim *Noctuæ* omnibus Auibus.

*Iracundi*: *Gallinis Indicis*, præ irâ nimiâ intumeſcentibus.

*Latrones*: *Vrſis*.

*Lachrymantes*: *Vitibus* deputatis.

*Libidinoſi*: *Paſſeribus*.

*Liberales*: *Gallis Gallinaceis*, quos præcipuè excitandis in opera mortalibus rumpendóque ſomno Natura genuit.

*Loquaces*: *Pſittacis, Sturnis, Monedulis, Graculis & Picis*, quæ in vocis imitatione ſingularem Naturam ſortita eſt: Indè,

*Pica loquax, varias modulatur gutture voces,*
*Scurrili ſtrepitu, quicquid & audit, ait.*

*Luxurioſi* & fortis amoris: *Cuniculis & Scaro* qui Mites inter piſces clamore tremendo Intonat, & ſolus pallentes ruminat herbas.

*Lucifugi*: *Noctuis & Veſpertilionibus*, quæ ſunt Nocturnæ Aues.

*Magnates Conſortis Impatientes* de Dominatu concertantes: *Tauris*.

*Matrimonij Laudabilis Mutuus Amor*: *Palumbis*, qui ex auibus caſtiſſimi ſunt.

Mas & Fœmina tanquam nuptiis alligati mutuâ conſenſione adeò ſtabili, certo connubio per ſummam caſtimoniam adhæreſcunt, vt neuter alienum cubile attingat: ſi impudico amore capti, ad alienam vxorem oculos adiecerint, eos reliqui circumſedentes diſcerpunt, & fœminæ fœminas, teſte Æliano. Simili modo idem Autor narrat Columbas cum aliis vxores coire non pati, neque coniugium iam indè à primo ortu initum deſerere, niſi cœlibes aut viduas: ab adulterio illæ caſtiſſimæ ſunt: nunquam enim ex ſocietate inter ſe inſtituta, neque mas niſi morte ipſa deſtituitur, neque fœmina diſſociatur niſi vidua fuerit: in partu mas adeſt, & cultu omníque officio fungitur: fœminam pigrius ad nidum euntem alis percutit mas, cogítque intrare, quum pepererit oua cogit vt incubet, incubantque ambo viciſſim, mas diu, noctu fœmina cibo potúque omni abſtinens longo tempore luget & ſe diſperdit: Tantus eſt mutuus amor Columbarum, vt fœmina marem etiam non admittat, niſi ante oſculatus fuerit.

| | |
|---|---|
| *Manſueti:* | ab *Agnis.* |
| *Malitioſi:* | *Bubonibus.* |
| *Meticuloſi* & Timidi: | *Leporibus.* |
| *Melancholici & Sordidi:* | *Vpupa*, quæ nigris maculis colorata, & ob id melancholicæ complexionis, deſertas |

quærit

quærit nemorum & inuias plagas, ſpurciſſima anis, in ſepulchris commorans, & oleto nidum circumliniens.

*Mundi:* à *Catis.*

*Muti:* *Piſcibus.* Ideò Pythagoræi teſte Athenæo, à Piſcibus abſtinebant ἐχεμυθίας ἕνεκα.

*Muſici:* *Carduele & Philomela,* quæ vocis modulatione mirificè delectant, & quibus inter Aues, nullæ ſuauiori cantu dulcius aures demulcent, & exhilareſcunt: Ex omnibus Auibus ſola *Luſcinia* ſomni expers eſt, & dum oua gremio fouet inſomnem noctis laborem cantilenæ ſuauitate ſolatur.

*Mulieres Obſtreperæ, Linguaces, & Loquaces.* *Anſeribus & Anatibus,* gregatim vociferantibus: Imò etiam à *Cicadis* aſſiduè adeò vocalibus, vt clamando diſrumpantur.

*Nocui:* *Muribus.*

*Otioſi:* *Cicadis.*

*Obſtinati & Laſciui:* *Vitulo.*

*Paraſiti & Scurræ:* *Simiis*, ad omnia imitanda habilibus.

*Parricidæ:* *Hippopotamo*, qui parricida ingratitudinem meritorum & iniuſtitiam nuntiat.

*Petulantes & Salaces:* *Hircis.*

*Philoſtergi:* *Hirundine & Cygno.*

Sunt enim pullorum maximè amantes: Hirundo non niſi quinque pullos parit, in quibus educandis & paſcendis tam Mas quàm Fœmina ſummâ laborant æquitate, incipientes ab eo, qui maximus eſt natu, & ita in cæteris ortus rationem habentes.

*Pÿ* erga *Parentes*: à *Ciconia & Cucupha*, quæ aues ſunt piiſſimæ, & gratitudinis ſignacula: Solæ enim hæ parentibus ſenio confectis gratiam referunt.

*Prudentes* & Circumſpecti: *Serpentibus*.

*Prædones*: *Lucio* piſce, & *Accipitre*. Inde Naſo:

*Odimus Accipitrem, quia ſemper viuit in Armis.*

*Recalcitrantes*: *Mulis*.

*Ridentes*: *Mao* aue riſum & chinnum humanum ad miraculum imitante: Eiuſmodi aues duæ è Turcia Imperatori noſtro Rvdolpho allatæ fuerunt, vna per incuriam Hortulani auolauit, altera adhuc Pragæ in Horto ſuæ Maieſtatis cum aliis Exoticis volucribus aſſeruatur.

*Sapientes & Prouidi*: *Formicis & Apibus*, quæ norunt ſibi prouidere pro hyemis neceſſitate & tutas parare latebras: Mirum Formicam ſentire vices ſyderis, Interlunij tempore ceſſare, & in Plenilunio noctibus operari dicitur.

*Prouerb. 6. ſect. 8. Item 30. ſect. 25.*

*Scientia*

*Scientia* pleni & Humiles: *Spicis*, granis onuſtis, ſemper ſe demittentibus & inclinantibus.

*Scientia* Inopes, & tamen videri volentes: à *Spicis* vacuis, ſpontè ſe ſe erigentibus. Item à Fæce & Spumâ in olla bullientis carnis ſemper ſuperficiem occupante. Eodem ſenſu Dolia vacua ſunt ſonora, Dolia plena nullum edunt ſonum.

*Simplices:* *Columbis.*

*Solertes:* *Paſtinaca* Marina, quæ ex occulto in tranſeuntes radium figit.

*Somnolenti* *Herinaceo & Gliribus*, qui totam hyemem ſic obdormiunt, ſic ſomno expirant, vt vix igni reuocari queant: Diſſectus immobilis tanquam mortuus manet, donec coquatur, tùm primùm in bullienti aquâ, diſſecta membra vitam oſtendunt. Hi fortè (vt nunc Ciconarium & Hirundinum hyeme ſubmerſarum & verno tempore reuiuiſcentium ex Piſcatorum relatu Hiſtorias taceam) ſuas ſignaturas Hominibus in Ruſcia dederunt, qui hyemis frigore aſperrimo in ſyluis perire, & aduentante æſtate reſurgere dicuntur: Porrò Animantia illa, quæ ſine cibo hyeme viuunt in cauernis, ex eorum ſubſtantia viuunt, ſicuti videmus in Arboribus perpetuâ coma virentibus, vbi ſuccus in cauſa eſt, qui ſuo lentore facit vt ſibi ipſi ſufficiat. *Fides ſit penes hiſtoricos.*

Kk

*Stolidis, Pigri, Patientes:* *Aſinis.*

*Supplicabundi:* à *Canibus.*

*Superbi:* *Capris, Equis, Pauonibus.*

*Triſtes & Melancholici:* *Noctuis*, quę aues ſunt Saturnales & Solitariæ.

*Triumphantes* de *Hoſtibus:* *Gallis Gallinaceis*, qui victi ſilent, canût autem ſi vicerint, & ſuperbo ingreſſu, ſpectatiſſimum illud Naturæ acceptum inſigne, Criſtam videlicet erigunt.

*Verſuti:* *Chamaleonte*, qui præ nimio metu colore mutato multiformis efficitur.

*Verſipelles, Doloſi & Fraudulenti Hypocritæ:* *Vulpibus, Polypo, & Sepia*, quæ ſuo aſtu nô vacat: vbi enim piſcantem ſenſére ſeu præſentiam voraciorum piſcium, effuſo attramento, quod pro ſanguine ipſis eſt, aquâ abſconduntur.

*Veloces & Agiles:* *Capreolo.*

*Voraces, Inſatiabiles & rapaces:* *Lupis* pilos & oſſa deuorantibus.

*Vindictam* de ſe ipſis ob perpetrata ſcelera ſumentes: *Camelo*, qui dum ignorans matrem ſuam init, poſtea id deprehendens, ipſe ſibi propriis dentibus genitalia abſcindit tanquam vindicans in ſe inceſtum.

Vxori

*Vxorij, & Zelotypi:* *Galli Gallinaceis*, qui matre gallinâ extinctâ incubant, pullóſque ex ouis excludunt; at tunc ſilentio vtuntur, quod ſanè ſibi conſcij ſint, muliebre munus obire: Certant inſuper quemadmodum & *Cerui* pro fœminis, ſicque mutuis vulneribus, vt & mortis periculo conficiunt.

Et ſic conſequenter ex his reliqua ſuo marte quilibet coniiciat.

Ita plurimi *Mechanici* ſuorum *Artificiorum Modum & Scientiam* didicerunt, nimirum

*AEdificandi artem:* à *Cochleis, Hirundinibus*, & induſtrioſiſſimis *Apibus*.

*Acupictoriam* Phrygiam Aulæorum parandorum, verſicolori textura ſpectabilium: à *Pratis Viridantibus*; variis colorum floribus pictis, eorundémque inenarrabilem varietatem repræſentantibus.

*Coloniam* docuerunt educere *Apes* ſuis examinibus. Item *Grues* qui ſui commodi cauſâ loca longinqua petunt, è Scythia ad Nilum ſe conferunt hybernatum.

*Excubiarum* modum: à *Damis & Gruibus*. *Grues* clamoſi ſunt, quicquid ſentiunt voce ſignificant: Excubias habent nocturnis temporibus, lapillum pede ſuſtinentes, qui laxatus ſomno decidens indiligentiam coarguat: Ducem eligunt, qui clamet, dum cæteruæ dormiunt:

dum volant in extremo agmine diſpoſitos viciſſim habent, qui acclament, & gregem voce contineant, quum in terram deſcendant, Dux multum clamat, vt omnes conueniant & ſimul paſcantur, quod ſi nimio clamore rauceſcet, alius ſubſtituetur. Quum peragrant, ob ſenſuum acrimoniam Trianguli formam efficiunt, vt aëra facilius aduerſum ſecent, deinde ſenſim ab vtroque latere tanquam remis ita pennis curſum alarum leuant: ſi ſæuit cœlum & ventus exoritur, non frontatim (at lunato globi ſitu volant, quum eſt tranquillum) ſed in cuneum momento ſe traducunt: ſi ab Aquila ſe impeti proſpiciant, in orbem conſiſtunt, & falcatæ tanquam in aciem ſtructæ pugnæ ſpeciem oſtendunt, quare Aquila regreditur: in volatu ad tergum præuolantium colla admittentes (id quod etiam Cerui in tranandis fluminibus faciunt) laborem facilem efficiunt, & prima deficiens incipit eſſe poſtrema: quum conſiſtunt, cæteræ dormiunt, Dux, quæ ſenſerit, voce vigilans ſignificat. Simili modo *Anſer* nocturnas excubias celebrat, & vigilias ſuas cantu aſſiduè teſtatur.

*Fabricandorum Armorum* ſcientiam: à *Cancris Crocodilis, & Teſtudinibus.*

*Glomerandi:* *Scarabæis*, qui medicos etiam docuerunt pilulas voluere: Scarabæus tondem digitis vel pedibus nititur

aurquot menſis diebus conſtat, in quibus Sol exoriens ſuos perſequitur curſus: is Solis & *Lunæ* coitum apertè demonſtrat, quandoquidem ex bubulo ſtercore pilulam ab ortu ad occaſum rorando verſans, in orbis imaginem effingit, quam viginti octo diebus facto humi ſcrobiculo adobruens, tantiſper celat, dum Signiferum ambiens Luna ad Intermenſtruum reuertens ſileat apertoque tum orbiculo coitus ſyderum denuntians nouam prolem edit, nec aliam naſcendi nouit originem.

*Luſum Pilæ Palmariæ*: à *Catis*.

*Monomachiam* milites docuerunt: *Galli Gallinacei*, qui inter ſe dimicantes, pugnaciſſimi ſunt, clari & in certaminibus pertinaces: Eis prærogatiuam quandam Natura largita eſt, quod ſoli inter aues tanquam galea criſtam gerant, & in pedibus calcaria, pennas per colla ceruicéſque diffuſas, quaſi iubas pugnaturi explicant: Cùm limen intrant, tametſi ſupremum altiſſimum exiſtat, tamen ſe inclinant, quod ſuperbia efficit, ne criſta vſpiam oſtendatur: Quum in certamine Victores, tùm oculorum eminentia, tùm ſuperbâ & arduâ ceruice elatâ, tùm in ſublime quoque caudâ falcatâ erectâ, cantus contentione inſolenter efferuntur, & Triumphanti Victor ſimilis efficitur: Victus autem occultatur ſilens, ægréque

ſeruitium patitur.

*Natandi* artem: ab *Anſeribus & Amphibiis Animalibus.*

*Nauticam:* *Sciuris.*

*Nendi:* *Vermibus Seriuomis.*

*Plauſtrorum* ſtructuram : à *Murmentis*, qui dorſo recubantes, extenſis quatuor pedibus currum efficiunt commeatum ab aliis pro futura neceſſitate operandum, & caudâ loco temonis in ſpeluncæ Horreum poſtea trahendum: ideò in Autumno tergus ſemper glabrum habent : Eadem ſolers prouidentia in *Caſtore* (animali Amphibio) obſeruatur, qui ſibi caſas in fluminum ripis conſtruit, cum aliquibus gradibus & pluribus tabulatis, vt aqua fluminis creſcente aſcendat, & deſcendente deſcendat, arborem quam elegit ſecandam, ad ſuæ domus ædificium & ad eſcam, non prius relinquit, quàm totam dentibus ſuis ferociſſimis & acutiſſimis diſſecuerit, & propè caſuram ſingulis ictibus ſuſpiciat, ne opprimatur improuidus. E ſuo genere peregrino & natu grandiori ad vitam inepto quum lignatum prodit, ſuper reſupinati ventrem ligna imponit, & ne labantur ligna, vt pro vehiculo ſit, inter crura artificioſè componit, & ſic onuſtum ad caſam trahit.

*Textoriam & Venatoriam.* ab *Araneis.*

Medici

*Medici & Chirurgi*, multa admodum *Morborum* Remedia & *Rerum virtutes à Brutis Animatibus* edocti ſunt, in quibus eſt Naturalis Peritia, & Ars innata Medicinalis.

*Dictamnum* herbam ad extrahendas *Sagittas* vtilem: item Clauum pedis plantæ infixum inhærentem docuerunt eximere *Cerui*, ſiquidem percuſſi telo venenato illud eius herbæ paſtu eiiciunt & excutiunt.

*Vomicæ* Curationem demonſtrarunt Chirurgis *Capreæ Sylueſtres*, quæ montibus oberrant, paſcuntúrque odoratis herbis & Nardo præcipuè: His ſanguis putreſcit intra cutem & carnem: concepta ſanies antequam vomica rumpatur, ſuapte natura ad maturationem ſpectat, ad quam cùm ventum fuerit, fera, titillantis humoris lancinatu noxio laceſſita, ſaxis & cotibus longo inſolatu candentibus ſeſe affricat magno oblectamento, donec facto vomicæ emiſſario, tota ſaniei vis à folliculo ſupra lapides effundatur, non aliter quam abſceſſus pure cocto farctus diſſilit: vlcus poſtmodum cicatricem ducit, rurſúmque ruens ſanguinis impetus eò ſe recipit, implétque vmbilicum dum abſcedens in conſimilem vomicam extuberet.

*Serpens Oculos* malè affectos *Fœniculo* curandos docuit: Item Vulnera, Serpentinâ, Colubrinâ & Conſolidâ.

Similiter *Feles* ad confortandum *Viſum* inſignem *Valerianæ* demonſtrarunt vſum: Sic *Hirundines*, *Chelidoniam Viſui* ſalubrem Herbam

*A ſpiritu enim Animali & Sydereo Brutorum tempore Tempore Priore electus fuit Animalis Hominũ ſpiritus Tempore Poſterior qui in ſe totũ collectum habet, quicquid in omnib. Animalibus diſperſum eſt.*

monſtrauere, quæ cum eâ pullorum ſuorum oculis medentur.

*Venæ ſectionem* & *Scarificationem* monſtrauit *Hippopotamus* ſeu Fluuiatilis equus, qui dum ſe aſſidua ſatietate grauatum ſentit, arundinetum ingreditur, caudici arundinis tandiu ſe affricat, donec rupta vena ſufficientia ſanguinis emiſſa ſit, aperturam poſtea limo ſeu cœno ſuperinducto ſiſtit, & ſanat.

*Vrſi*, quibus ad Oculorum hebetantium medelam aculei *Apum* loco ſcalpelli ſanguinem elicere ſolent, & ſic grauedinem illam leuare.

Eodem modo caliginem Oculorum dum *Caprinum* pecus patitur, eam optimè curare ſcit: quum enim Conturbatum *Oculum* & non probè affectum ſentit, eum ad Rubi ſpinam & admouet, & reſerandum permittit oculum; vt pupugit, Pituita ſtatim euocatur, & nulla pupillæ læſione facta, videndi vſum, teſtante Æliano, recuperat.

*Equi Vngarici* propriis *Dentibus* ſibi Naturali inſtinctu venas incidunt, & ſanguinem grauantem emittunt.

*Enematum* vſum habemus ab *Ibice* quæ prima Clyſteris vſum commonſtrauit, quod conſuetudinem habeat ſe purgandi, roſtri aduncitate eam proluens partem, quâ ciborum onera redduntur. Item ab *Ardea* ſibi ſuo roſtro ſalſam Aquam Marinam loco Clyſteris infundente.

## *VOMITIVORVM ET CAthartiçorum vſum habemus.*

1. *A Canibus*, qui eſu graminis ſe malè affectos

affectos per ſuperiora & inferiora purgant.

2. *Laro* Hiante(aue aquatica) qui adminiculo duarum anguſtarum arborum, preli inſtar ſe cibo nimis repletum exonerat.

Item ab illo Animali voraci & nunquam non inſatiabili quod quidam Latinè *Crocutam*, alii verò *Gulonem Boophagon*, à ſua voracitate vocitant, illud cum paſtu cadaueris præter modum ſatiatum, ex cibo ingeſto facultatis concoctricis calore potenti partem Nutrimenti nobiliſſimam exſuxit, inter anguſtias arborum ſiue rupium ſeſe comprimens, fæces virtute omni & eſſentiâ vtiliore ſpoliatas, tàm per interiora quàm per poſteriora excludit, humore ſolummodò alimentario in ſtomachum retento, vnde poſtea abſque omni cibo alio, longo tempore vitam miraculosè ſuſtentat, viréſque corporis integras ſeruat.

3. *Palumbi, Graculi, Perdices, Merulæ* Lauri foliis ac ſibi cognitis remediis annuum faſtidium purgant: Lauri folio Corui etiam Chamæleontis venenum expurgant.

4. Ita *Ceruæ* paulò ante partum purgant ſe quadam Herba *Seſeli*.

*Dignotionem Pulſus, Simiæ*, hominem in Arte Sphygmica longè ſuperantes, manifeſtarunt: vbi enim per tactum mortem deprehendit, vel morbum putridum, inuſitato narium ſtrepitu confeſtim eundem propalat.

*Iuriſperiti, Iudiciorum* conſeſſum in *Ciconiis* viderunt, Adulteria Leonum inſtar morte vindicantibus. Præter Guilielmi Pariſienſis relatio-

nemHiſtoricã intellexi è Viri fidedigni αὐτοψίᾳ. Ciconiam adulterio conuictam per olfactum maſculi, congregata à maſculo multitudine Ciconiarum ac detegente ipſo crimen fœmellæ, ipſam à tota illa multitudine, tanquam omnium iudicio ream iudicatam, deplumatam, ac propè vrbem Spiram, in Sylua diſcerptam fuiſſe: Miranda hæc & opinioni fortè inimica videri poſſent, niſi fidem etiam facerent creditæ Antiquitatum Hiſtoriæ.

*Sicquoque Elementa veteri abiecta palla & ſordeſua exuta reuireſcũt læta quadam Iuuenta: ſuis etiam Natura poſitis micat lætior exuuiis.*

*Philoſophi Hermetici Adepti*, modum *Renouandi* Iuuentutem didicerunt ab Halcione, Aquila, Cancro, Serpentibus, &c. quotannis ferè depoſitis antiquis exuuiis ætatem ſuam renouantibus ac Iuueneſcentibus: Si enim hoc Brutis animalibus conceſſum eſſe videmus, quidni Homini ad Imaginem DEI creato, & Intelligenti, poſſibile foret?

Aquila abiectione pennarum Senectam deponit, & Iuuentutem recuperat.

*Cancri ranarum ouis ſe renouant.*

*Gallina aranearũ vſu.*

*Aquila mediante teſtudine.*

*Serpentes paſtu bufonum. Cerui deuoratis ſerpentibus.*

Angues membranam Vernationis relinquunt & alia renaſcitur, dúmque renouantur, Ceruis etiam præſtant, vt renouentur, & ad noſtri corporis renouationem valent ac ſenectutem retardant. Oſtendit enim prouida Natura, vt iam dictum, quamplurima eſſe Animantia (vt Serpentes & Lacerti, inter marina Locuſtæ, Gambari & Cancri) quæ vere & autumno ſenectam exuunt, annuámque cruſtam deponunt, hominem admonendo, vt quam ipſa poſſident qualitatem eidem profuturam ſcilicet ad cutis decortica-

tio-

ſicationem vel innouationem valere. Ceruus ſiquidem ſentiens ſe grauatum ſenectute, ſpiritu ſuo per nares, munifico Naturæ beneficio è cauernis Serpentes etiam retinentes & pedibus conculcando enectos vorat, ac ſuperata veneni pernicie illorum pabulo reparatur ac iuueneſcit.

*Naribus ſuis in ſerpentis cauernam incumbẽs vehementiſſime reſpirando quaſi attractorio quodam etiam inuitum extrahit: ſic Rubeta muſtelam & hæc mures attrahit.*

Horum Brutorum animalium Exemplis & Prudentia moti Homines & excitati, etiam propter vtilitatem ſuam dictis animantibus multis modis feſtinationi moriendi obuiantibus, ſuámque vitam per Induſtriam Naturalem prolongantibus inſidiati ſunt, vt ſcirent Vires Herbarum & Lapidum & Metallorum, ac aliarum rerum, quib. poſtea ſua corpora rectificarent multis modis tanquam miraculoſis.

Refert Rogerius Bacchon, olim quendam Sapientem ſerpentem quæſiuiſſe, inuentum in parua fruſta ſecuiſſe, remanente nihilominus pelle ventris, ſupra quam reperet integra: ille ſerpens prout poterat repebat ad herbam quandam, cuius tactu ſanabatur ſtatim: & experimentator indè collegit herbam admirandæ virtutis, qua humana Ratio excitata per eiuſmodi Exempla brutorum excogitare poteſt vias meliores & omnem beſtialem Prudentiam ſuperare.

*Serpentes linguam amiſſam & à viris ad vſus magicos in Plenilunio extractam recuperant ſi dimiſſi Vrticam offendere poſſunt.*

Futuræ Reſurrectionis & Transformationis noſtræ, præter indubitatam Sacrarum literarum aſſertionem, habemus inter tot naturalia quotannis poſt hyemis ſepulturam, verno Reſurrectionis tempore ſe renouantia, etiam à Creatore certificatam adumbrationem, in duob. Exemplis manifeſtiſſimis *Formica* ſcil. & *Bombyce*, vt nunc

*Halcyon & Ibis inter omnes aues plurimum in ſe habent rerum arcanarum quarum etiã eſſentia non recedit à ſuo domicilio.*

tacebam Halcyona è primis Entibus nutrientem ſe, & quotannis ſuam cutem & plumas poſt mortem renouantem: Muſcas item, Hirundines, Veſpertiliones poſt hyemis ſepulturam in loco calido ac verno calore vitam recuperantes.

Rom. 8. ſect. 21. 22.

*Formica* laborioſiſſimum animalculum illam toti etiam Naturæ inditam habet promiſſioné, vt abſoluto ſuo curriculo poſſit ad meliorem ſtatum venire, & requiem habere plenariam ad quam omni conatu tendit: ideò inceſſantibus laboribus ad ſenium anhelat, ſiquidem in ſenectute mira & conſideratione digniſſima metamorphoſi Natura ei in præteritorum laborum ſolatium ac recompenſationem, Alas creat, & ex animalculo repente muſcam volantem facit.

*Hæc Animaliũ Regeneratio, verius eſt Transplãtatio, remanente Radice, nouo ſurculo inſerenda.*

Sic etiam videmus *Bombycem* (è ſemine perexiguo beneficio verni Solis excluſum) Vermem abiectum & deformem abſoluto functionis penſo emori, & poſt putredinem ſepoſitis prioribus Vermiculi repentis exuuiis in viuacem & volantem transformari & reſurgere Papillionem.

Nos breuitati hic ſtudentes Signaturæ ſtudioſis Rerum abdita, & in Naturæ receſſibus latitantia eruere Myſteria laborantibus, ſimilia inueſtiganda commendamus & proponimus, ſicuti hoc noſtro tentare Exemplo, de cætero feliciori poterunt ſucceſſu, per totam Naturæ Latitudinem, & conſenſum concordantiámque omnium magna cum iucunditate deprehenſam admirabuntur: Hîc digito tantùm Arcanarum rerum curioſis Exploratoribus iter indicare, cui inſiſtere debeant non amicè ſolùm, ſed & fideliſſimè voluimus.

Porrò

Porrò quæ Signatura ſit in Tritico Primi noſtri Parentis, quæ myſteria Deiparæ Virginis, in Vitis inciſione artificiali: Aquilæ bicipitis & aliorum myſteriorū è Filice, ſi artificio ingenioſo excindantur: & quæ ſunt Gladioli, Tonitru Cunei, vtriuſque *Victorialis* Radicis multis loricis perplexæ & conſtellato Tempore collectæ, vt & Herbæ Cruciatæ, contra armorum incidentium vim, ſigna magica Naturalia, ſolis veræ Magiæ alumnis & initiatis reuelanda, innuiſſe hac vice ſatis ſit, ne fortè litigioſis Sophiſtis contemnendi materiam præbeamus, aut impiis Hominibus anſam demus maleficia excogitandi, alioquin percupida mirabilium rerum diſcendi Ingenia pleniore demereremur obſequio. Vbi prius animaduertero, qua fronte hæc excipientur, poterunt me incitare ad vlteriorem euulgationem. *Hezra libro 4. c. 5. ſect. 23.*

Primò, Curationum Magneticarum, Magicarum & Characteriſticarum.

Secundò, Quo debito Conſtellationis Tempore Medicinalium maxima pars colligi debeat.

Tertiò, de Incantamentis & Veneficiis maleficiatis dignoſcendis & curandis.

Quartò, δοκιμασίας multorum morborum Conualeſcentiæ aut Mortis prænuncias veriſſimas.

Sed ne nimium CROLLI.

*Non iam ſumma procul villarum culmina fumant.*
*Maioréſque cadunt altis de montibus vmbra.*

Ergò laborioſâ (Dei Opt. Max. fauore & auxilio) nauigatione abſolutâ, qui lembum hunc Philoſophicum ad portum direxiſti felicem, *Hymnum* meruiſti Noctis Quiete gaudentem. Tibi igitur *Silentium Sacrum* (in cuius ſolius indeficienti Lumine Veritatem videmus indubitatam) Tibi inquam ſedenti ſuper Thronum, cuius magnitudo Effluentis Miſericordiæ eſt incomprehenſibilis, vnà cum *Agno* Immaculato ſit Laus, Gratiarum actio & Benedictio per infinita ſæculorum ſæcula. Tua ineffabili *Charitatis* Clementia efficias obſecro, vt omnium te in Nouitate vitæ per quotidianam mortificationem ac plenariam ſui abnegationem, cordialiter ſummoque ſtudio timere, tuáque mandata, mediante Gratia Tua, iuxta amorem proximi in hac Carnis infirmitate Religioſè obſeruare Laborantium (ſiquidem in hoc maligno mundo hic Veriſſimus Dei Cultus eſt) Oratio & Actio ſemper in Diuinæ Voluntatis tuæ Beneplacito conſiſtat, donec tandem mortalibus rebus ſuperatis & dimiſſis vnà cum Beatorum cœtu ad ſummum *Bonum* Principium & Fontem omnium ſcandere poſſimus, eiúſque Cognitione & Fruitione æterna gaudere Beatitudine,

*Eccleſ.* 12. *ſect.* 13. *Act.* 10. *ſect.* 34. *Ezech.* 18. *à ſect.* 5. *ad* 10. *Mich.* 6. *ſect.* 8. *Hiob.* 1. *ſect.* 1. *Zach.* 8. *ſect.* 16. 17. *Sirac.* 2. *ſect.* 17. *ca.* 10. *ſect.* 25.

Amen.

CoroL-

# COROLLARIVM.

*Vide Monadem Hieroglyphicam Ioannis Dee Londinenſis.*

ANtiquiſſimos ſapientes, quos Græco ſermone Philoſophos appellamus, ſi quæ vel Naturæ vel Artis reperiſſent Arcana, ne in prauorum notitiam deuenirēt, variis modis atque figuris occultabant: Eodem modo Philoſophi Hermetici certis notis Hieroglyphicis ſolebant inſignire Planetas Terreſtres, quibus eorum latentes virtutes intuendas, quaſi ob oculos intelligentibus & inſpicientibus filiis artis exponerent: Vt autem eiuſmodi ſigna ab interitu vel ſepulturâ vindicarentur, operæ pretium me facturum arbitratus ſum, ſi cum aliorum Mineralium Characteribus ad Profanum ac indignum Vulgus ab hoc ſtudio arcendum à Prouidenti Antiquitate excogitatis, in gratiam diſcipulorum Hermeticorum, nunc Reipub. Chymicæ vnâ operâ à me communicentur.

## NOTÆ METALLORVM.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Saturnus | Plumbum | ♄ | |
| Iupiter | Stannum | ♃ | |
| Mars | Ferrum | ♂ |  |
| Sol | Aurum | ☉ | |
| Venus | Æs, Cuprum | ♀ | |

Mercurius Argentum viuum
Luna Argentum

## NOTÆ MINERALIVM ET ALIARVM RERVM CHYmicarum.



Antimonium
Arſenicum
Auripigmentum
Alumen
Aurichalcum
Atramentum
Acetum
Acetum deſtillatum
Amalgama
Aqua vitæ
Aqua Fortis ſeu Aqua ſeparatoria
Aqua Regis ſeu Aqua Stygia
Alembicus
Borax
Crocus Martis
Cinnabaris, viſifur
Cera

Crocus Veneris, ſeu æs vſtum
Cineres
Cineres clauellati
Calx
Caput mortuum
Gummi
Lateres cribrati ſeu Tegularum farina
Lutum Sapientiæ
Marcaſita
Mercurius ſublimatus
Mercurius Saturni
Mariæ Balneum
Magnes
Oleum
Purificare
Realgar
Sal petræ
Sal commune
Sal geminæ
Sal Armoniacum
Sal Alkali



Sulphur
Sulphur Philoſophorum
Sulphur nigrum
Sapo
Spiritus
Spiritus vini
Sublimare
Seratum ſuper ſtratum
Tartarus
Tutia
Talcum
Tigillum
Vitriolum
Vitrum
Vrina



## *QVATVOR ELEMENTO-rum Notæ.*

Ignis
Aër
Aqua
Terra
Dies
Nox



*FINIS.*

# INDEX GEMINVS IN LIB. DE SIGNATVRIS.

*PRIOR*

BREVI SYNOPSI TOTIVS Opuſculi Seriem ordine exhibens.

SIGNATVRÆ PLANTARVM, *humana membra ſimilitudine repræſentantium* pag. 27
*Capitis* ibid.
*Capillorum* 28
*Aurium* ibid.
*Oculorum* 29
*Naſi* ibid.
*Gingiuarum* ibid.
*Dentium* 30
*Gutturis* ibid.
*Iecoris* ibid.
*Cordis*
*Pulmonis* ibid.
*Mamillarum* 32
*Fellis* ibid.
*Lienis* ibid.
*Ventriculi*
*Vmbilici* ibid.

*Inteſtinorum* 33
*Veſicæ* ibid.
*Pudendi* ibid.
*Teſtium ſeu Genitalium* 34
*Matricis & Vteri* 36
*Renum* 26
*Secundinæ* ibid.
*Spinæ Dorſi* ibid.
*Tibiarum & Oſſium* 36
*Neruorum & Venarum* ibid.
*Parorum cutis* ibid.
*Manus*
SIGNATVRÆ MORBORVM 38
*Apoplexiæ* ibid.
*Calculi* ibid.
*Cancri* 39
*Colicæ* ibid.
*Cicatricum* ibid.
*Dyſenteriæ*
*Eryſipelatis* 40
*Epileſiæ* ibid.
*Excreſcentiæ*
*Exanthematum* 41
*Fiſtulæ* ibid.
*Fœtus in Vtero* ibid.
*Fœtus vtero adnati*
*Faſcini* 42
*Herniæ & Rupturæ* ibid.
*Hemorrhagiæ* 43
*Hæmorrhoidum* ibid.
*Hydropis* 44
*Icteritiæ* ibid.

*Lentiginum* 45
*Lepræ* ibid.
*Lumbricorum* 46
*Menſtruorum rubeorum* ibid.
*Membrorum tabidorum* ibid.
*Macularum* ibid.
*Nodorum in carne* ibid.
*Prunellæ* ibid.
*Puncturæ lateris* 47
*Phantaſmatum* ibid.
*Panaricij*
*Peſtis* ibid.
*Seminis profluuij, ſeu Gonorrhœæ* 49
*Scrofulæ* ibid.
*Squinanthiæ* ibid.
*Scabiei Corporis & Pedum* 50
*Squamarum cutis*
*Squamoſorum pedum* ibid.
*Spaſmi* ibid.
*Strumarum* 51
*Sugillationum* 52
*Tartari ventriculi*
*Vrinæ retentæ* ibid.
*Veneni* 33
*Verrucarum*
*Vulnerum* 54
MEDICAMENTA *à Similitudine iuuantia*
VENENOSOS *morbos plerunque propriis antidotis ſanari* 55
CHIROMANTIA *medico maximè neceſſaria* 63
SIGNATVRARVM *correſpondentia Maioris & Minoris Mundi* 64

SIGNATVRAS ſuas è quibus animalibus ſumpſerint Homines

MECHANICOS plurimos ſuorum artificiorum modum & ſcientiam didiciſſe 77

MEDICOS & CHIRVRGOS multa morborum remedia & rerum virtutes à brutis edoctos eſſe 81

ijdem Vomitinorum & Catharticorum vſum à quibus animalibus acceperint 83

IVRISPERITOS in Ciconiis vidiſſe iudiciorum conſeſſum 84

PHILOSOPHI HERMETICI ADEPTI, à quibus animalibus modum renouandi iuuentutem didicerint ibid.

RESVRRECTIONIS & TRANSFORMATIONIS noſtræ exempla inſignia in Formica & Bombyce 85

Concluſio operis 87

vbi alij Tractatus IV. ab auctore promiſſi 88

COROLLARIVM de Characteribus Hermeticis 89

Notæ Metallorum ibid.

Mineralium & aliarum rerum Chymicarum 90

Quatuor Elementorum 92

# INDEX ALTER IN LIB. DE SIGNATVRIS,

*ea diligenter complectens, quæcunque ibi ordine alphabetico non traduntur.*

ACcipiter 74 herba oculorum hebetudinem pellit 29
aconiti vires 55.61
aconitum ſalutiferum, & eius vires 61
oleum ex eius granis 29
acorus 63
acorus paluſtris,& eius vſus 40
acori lutei radix,& eius vires 39
adiantum & eius vſus 28
Adr.Iunij lib.de phallo 35
ætites lapis,& eius virtus 41
agaricum,& eius vſus 28
agni 72
alaudæ hymni 70
alcis vſus in epilepſia 56
alkekengi,& eius vſus 33
alleluyæ folia 31
allium 46
alopeciæ curatio 28

amatoriis inſeruientia 32.36
amphibia 80
amuleta 39.41.56.61
anagallis mas, eiúſque virtus 34
anates 73
anchuſæ aruenſis radix, eiúſque vſus 45
aneblattum Cordi 44
anemone, & eius vſus 29
anginæ faucium medela 59
anguilla in colica peſtis 39
anguillæ 71
anguis *ibid.*
angues ſe renouant 48 *& ad marg. vide &* Serpens
anhelitus ſignatura in macrocoſmo 64
anima halecis 52.60
animalia quæ ſe extendunt & contrahunt 42
quæ ſine cibo hieme viuunt 75
anſeris excubiæ 78
anſeres 73.80
anſerini calami medulla 52
anthemis, & eius vſus 29
anthracis ſignatura & curatio 49
anthoræ radix 31
anthos roſarum, eiúſque vſus 45
anthirrhinum, & eius ſemen & vires 48
apoplexiæ ſignatura in macrocoſmo 64
remedia 38.65
apoſtematum in faucibus medela 59
apri 76
apum examina 77
prouidentia 74

ſtru-

ſtructuræ 77
aculeos quid ſanet 61
aquila ſe renouat 84. *& ad marg.*
aquilæ 68
araneus mus morſui ſuo medetur ipſe 61
araneis textoriæ & venatoriæ inuentio tribuitur 81
arbores perpetuò virentes 75
arborum excreſcentiæ 40
arbuta, & illorum decoctum 50
archangelica, & eius vires 48
ardea clyſtere vtitur 82
argemone, & eius vſus 29
aries 70
ariſarum 46
ariſtolochia, & eius vſus 35
aron 33.46 eius radix 42
aron minus, eiúſque vſus 44
arſenicum 54
artemiſia rubra, eiúſque vires 46
artes & artificia quæ à brutis didicimus 77.78
aſari folia 29
florum conſerua *ibid.*
aſcyrum 54
aſini 70.76
aſplenum 32
aſteris Attici flos, & eius vſus 29
aſtra ſubiecta ſapienti 67
aſtrorum malignorum ſemina latent in omni homine 67
aſtronomi ignorauerunt Chriſtū & Apoſtolos 67
auditus amiſſus quo recuperetur 29

auditum confortans 29
aues æſtiuales 68
aurium ſignaturæ 29

B.

BEloculus lapis,& eius vſus 29
betonica 54
betulæ cortex eiúſque vſus 35.45
bilis flauæ expurgatio 56
biſtorta, eiúſque vires 53
boletus ceruinus, eiúſque vires 35.55
bombycis transformatio 86
bombyces 79
brunellæ flores,& eorum vſus 46
brutis innata ars medicinalis 81
bryoniæ radix, eiúſque extractum 44
bubo peſtiferus in peſte pro remedio exhibitus 62
bubones 72
bufonis vſus in peſte 48
bufone permicti iuuantur bufone ſicco 61
bufonius puluis *ibid.*
bufonij lapidis vires. *ibid.*

C.

CÆpæ 38
calamus aromaticus 33
calculus hominis 38
calculi remedia 33.38.57
calor calorem extrahit 62
caltha,& eius vſus 29
camelus inceſtum in ſe vindicans 76

cancer

cancer cancrum interficit 55
cancri remedia 39
cancri 78 in ſe renouent 84.*ad m.*
cancrorum fluuiatilium cinis 55
canis rabidi morſus cura ex ipſo cane 81
canes 64 vt ſe purgant 53
capillares plantæ 28
capillorum ſignatura *ibid.*
capillorum homini ſuccus 55
capillos denſos, criſpos & pulcriores reddens 28
decidentes reſtituentia *ibid.*
prolongans 55
capitis ſignaturæ 27
capiti affecto vtilia *ibid.*
capræ vt oculos malè affectos curent 82
capreæ ſylueſtres vt vomicas ſuas curent 81
capreolus 76
capri *ibid.*
carbunculi ſignatura 49
carcinomata leniens 55
cardiacæ folia 31
cardiaci morbi medelæ 55
carduelis 78
carduus benedictus, & eius decoctum 47
carduus Mariæ, & eius decoctum *ibid.*
carnis ſignatura in macrocoſmo 66
carpionis lapis, & eius vſus 38
caſſia fiſtula 53
caſſutha, eiúſque decoctum 52
caſtoris ſolertia 80
catharticorum vſus à brutis 83
cati 73.79

cauda lupina, herba, eiúſque decoctum 44
caudæ ceruinæ deguſtatæ remedium 62
centaurea 44
ceraſorum nuclei 38
ceraſiorum gummi 59
ceruicaria 30
cerebri ſignaturæ, & eius membranarum 27
cerebri ſuilli vſus 55
cerebro conducentia 27
ceruæ ſe ipſas purgant 53
cerui natura luxurioſa 58
cerui 78 percuſſi dictamno ſe curant 81.85
iidem vt ſe renouent *& adm.* eorum zelotypia 77
ceterach 32
chalcanthum & eius combuſti vſus 43
chamæleo 76
characterum Hermeticorum notæ 89.&c.
chelidonia, & eius vires 44 eius vſus ab hirundinibus oſtenſus 82
chelidonium minus, eiúſque vires 49
chiromantia medico maximè neceſſaria 63
chiromantiæ ſignatura in macrocoſmo 64
chiromantica figura in plantagine 37
chirurgi multa à brutis didicere 81.&c.
Chriſtus & Apoſtoli cur Aſtronomis fuere incogniti 67
cicadæ 73
cicatricibus conducentia 39
cicer 34
cichorij piſtillum, & eius decoctum *ibid.*
ciconiæ pietas 74

ciconiæ adulteræ à reliquis damnatæ hiſtoria 84
ciconiæ verè reuiuiſcentes 75
ciconiarum eſſentia quinta 60
citrium 31
clauum pedi infixum eximere monſtrarunt cerui 81
clyſterum origo 82
cochleæ auritæ, & de iis oleum 29
cochleæ vſus in peſte 48
cochlearum domus 77
coitum inhibens 34
ſtimulans *ibid.*
colchotar vitrioli, & eius vſus 40
colicę tot ſpecies, quot naturæ ventorum 64
colicæ remedia 39.56.59.61.63
colicæ torſionum ſignatura in macrocoſmo 64
coli glandis ſignaturæ 34
colubrina eiúſque vires 33.82
columbæ 75 earum mutuus amor 72
colutea 33
conceptionem iuuans 38
conſerua de floribus aſari 29
conſolidæ vis 81
conſolida regalis, & eius florum vſus 47
conuolulus, & eius decoctum 39
cor in cardiaca & ſyncope corroborans 55
cordis ſignaturæ 31
cordis rigentis pharmacum 55
cordis motacillæ vſus *ibid.*
cordi conducentia 31
corallium 45
cornix 69
coroneco-

coroneolus lapis,eiúſque vires 43
corui 69 quo chamæleontis venenum expurgent 63
coruorum pulli 69
cranij ſignaturæ 27
vſus in epilepſia 56
credentes ſunt domini firmamenti 67
criſta gallorum 76.78
crocodili adeps ſuos morſus ſanat 61
crocodili 78
crocodilorum lacrymæ 66
crocutæ voracitas, vtque ſeipſam purget 83
crocus 44
crocus Martis & eius oleum 50
cruciata 54 eius ſigna magica 87
crux in craniis epilepticorum vel ſtrangulatotum, eiúſque vſus 40
crux ſemini rutæ impreſſa, & baccis iuniperinis 48
cryſtallus 38
cuculus 58
cucumeris ſylueſtris ſucci vſus 56
cucupha auis piiſſima 62
culmorum nodi & eorum vſus 53
cuniculi 69
cuniculi fœcunditas 67
curcumæ radix,& eius vſus 44
cuſcuta,eiúſque decoctum 52
cyclamini bulbus, eiúſque vires 36
folia,& radix 32
cycni 61
cydonia mala 31
cydo-

cydoniorum lanugo, & eius decoctum 28
cynoſorchidis flores, & eorum vires 35

D.

DActyletus, & eius vires 39
dæmonem quæ herbæ fugent 48
damæ 77 earum pinguedo 60
delphinorum fides erga homines 59
dentaria 44 eius radix 30
dentes firmans 30
dentium ſignaturæ *ibid.*
dolorem ſiſtentia *ibid.*
diarrhœæ ſignatura in macrocoſmo 62
dictamni vires à ceruis monſtratæ 81
diſcipuli Chriſti regenerati 55
dolia vacua ſonora, plena contrà 78
dracontium 46
dracontium maius, eiúſque decoctum 53
dracontij ſpecies 33
dracunculus maior, & eius vſus 35
dracunculus minor, & eius vires 53
dyſenteriæ remedia 39.56
ſignatura in macrocoſmo 62
dyſuriæ ſignatura in macrocoſmo *ibid.*

E.

EChij vſus 57
elaterij vſus 56
elementorum quatuor notæ Hermeticæ 88
elephas 42.69.*ibid.*
elephantum religio 68
enematum origo 82
enterocœlæ conducentia 42
epilepſiæ remedia 27.28.40.56

epilepſiæ ſignatura in macrocoſmo tempeſtas & tonitru, eáque inter ſe collata 53
epilepticorum in craniis oſſiculum 40
equi 76
equi Vngarici ſibiipſis venam incidunt 82
equiſetum 26
erinacei per hiemem dormiunt 78
eryſipelatis remedia 40
euphraſiæ flores, & eorum vſus 29
exanthemata quæ expellant 41
excrementorum ſignatura 39
excreſcentiæ arborum 40
excreſcentiæ artuum remedia *ibid.*
extractum de mentaſtro aquatico 29
radicis bryoniæ 44

F.

FAbæ 33 cur à Pythagora damnatæ 33 earum farina 33
facici maculæ quo abſtergantur 45
fæcis natura 75
faſcini ſignaturæ 42
faucium anginæ & apoſtematis medentia 59
febrium horroris ſignatura in macrocoſmo 64
feles monſtrarunt valerianæ vſum 82
fellis expurgandi pharmacum 32
fellis ſignatura *ibid.*
*ferch* 60. *ad m.*
ficus folia, & eorum vires 37
ficuum vſus in ſtrumis 51
ficuum ani remedia 41.51

fili

fili linei, quo ſerpens ſuffocatus eſt, vſus 59
filicis myſteria 36
filicis ſemina, & eius decoctum 87
fiſtularum cura 41
flores in terra oſtendunt ſtellarum colores 66
fœniculi vis 82
fœtus in vtero ſignaturæ 35. 41
fœtus adnati medicamen 41
fœtui feliciter enitendo quid faciat 56
folia herbarum manus 37
formicæ prouidentia 74
    in ſenectute transformatio 86
fraga & eorum vſus in lepra 45
fraxini folia, & oleum ex eius ligno 42
frigus extrahit frigus 62
frigore congelatorum membrorum cura *ibid.*
fuga dęmonum, herba, cúrque ita vocetur 48
fungus betulinus & quercinus, eorúmque vſus 37
fungorum ſambucinorum aqua 44
fungorum Somenſium vſus 56

G

GAlanga, & eius vires 32
Galli gallinacei 71. 76
galli indici 71
gallorum pugnæ *ibid.*
    zelotypia 76
gallinæ matrix 58
gallinæ vt ſe renouent 85. *ad m.*
gamandræa, & eius virtus 49

gargariſmi 31
galeopſis, eiúſque decoctum 49
genitalium ſignaturæ 33.34.35
gentianella 54
geranium, eiúſque puluis 37
geranium ſanguinarium, eiúſque vires 43
gingiuarum ſignatura 30
gingiuarum vitia curans *ibid.*
gladiolus, & eius vires 51.52.53 ſignáque magica 86
glans 34
glirium ſomnolentia 75
globos plumbeos extrahens 57
gluten ex vberibus vaccinis 58
graculi 71 ſeipſos purgant 83
gratia Dei, & eius puluis 37
gruum excubiæ, dux, & ordo 77.78
migrationes 77
gonorrhœæ ſignatura & medicamen 49
g lonis verocitas, & vt ſe hoc animal purget 84
gummi de ceraſo vſus 59
guttæ ſignatura 38
gutturis ſignaturæ 31

## H

HÆmatites 43
Hęmorrhagiam ſiſtentia 43.52
hęmorrhoïdum medicamina 43.44
halcyo 84 plurimum in ſe habet arcani 85. *ad m.*
eius renouatio 85
halecis anima, & eius vires 52

halicaca-

halicacabum, & eius 33
hedera 68
hepar, *vide* iecur
hepatica 31
herba Paris *v.*P.
herba quædam piloſa, & eius decoctum 28
herbarum manus ſunt folia 37
herbarum lanuginoſarum vſus 43
herbarum quæ per ſaxa enaſcuntur vſus 42 *v.&* plantæ.
Hermetici Philoſophi *v.*P.
hermodactylus exoticus officinarum 39
herniæ remedia 42
herniaria *ibid.*
Herodes vulpes 68
hieracium & eius vſus 29
hieracij caulis, & de eo decoctum 34
hippopotamus parricida 27 vt ſe grauatum ſatietate curet 82
hippogloſſum, eiúſque alterum folium mirabile 47
hircus animalium luxurioſiſſ. 35
hirci 71
hirudo ſpinoſa, & eius oleum 42
hirundinaria minor: eiúſque vſus 46
hirundines quo pullorum oculis medentur 82
vere reuiuiſcunt 75.85
hirundinum amor in prolem 74
aqua antiepileptica 56
nidi 72
homo omnium creaturarum faſciculus 66
variæ ac multiformis & deiul oriæ natu-

ræ animal 66
non debet viuere ſpiritu animali 63.67
brutalis,& rationalis 68.69
hominis creati nobilitas & præſtantia 66
homines vnde ſuas ſignaturas deſumſerunt 68
&c.
humores ſeroſi quo expurgentur 56
hyoſcyamus & eius ſeminis ſiliquæ, & oleum decoctum de radice 30
hypericon vnde nominatum,eius miræ vires contra dæmones & ſpectra 47.48
hypericonis folia & flores,eorúmque vires 54
hydrophobiæ medela 57
hydropiper,& eius vires 53
hydropis remedia 44
ſignatura in macrocoſmo 64

# I

IBis auis clyſteris vſum monſtrauit 82
plurimum in ſe habet arcani 86.*ad m.*
icteritiæ remedia 44.45
iecoraria fontibus adhærens 37
iecoris affectus & ſcirrhos curans 31
ſignaturæ *ibid.*
iecori conducentia *ibid.*
iecoris lapidei vſus 56
incantationes contra quid valeant 48
infantum adnatorum cura 41
incaleſcentium nimis membrorum reſtauratio 62
inteſtinorum ſignaturæ 33
inteſtinorum tormenta colica ſedans *vide &* Colica

lica 59
iridis radix ſtrumoſa 51
iſchiadis remedium 36
iuglandes,& in iis capitis ſignatura integra 27
iuglandium vſus 27.32
iuncus aquaticus, & exinde ſal 41
iuniperi baccis innata crux 48
iuriſperitos in ciconiis vidiſſe iudiciorum conſeſſum 84
iuuentutem recuperantia animalia *ibid.*
iuuentutis reſtitutio 58.59

## L.

LAcertæ vis 49
Lachryma Iobi,& eius vſus 38
lanuginoſarum plantarum vires 43
Lapicidinæ, otia magnæ matris 66
Lapis beloculus *v.* B.
carpionis 38
citrinus *ibid.*
in felle bouis 45
Iudaicus 38
lyncis *ibid.*
fabuloſus,eiúſque vires 37
Larus ſeipſum vt purget 83
Laterum puncturas ſanantia 47
Lauri folij vires 83
Leæna 69
Lentes,& decoctum illarum 41.51
Lentiginum medicamina 45

leones 68
leontopetali radix,& vires eius 36
leporis pes *v*.P.
leporis poples,eiúſque vſus 51
lepores 72 eorum fœcunditas 70
leproſis conducentia 45
libidinem excitantia 34
lichen 31
lienis ſignaturæ 32
lienoſorum medicamen 33
lienteriæ ſignatura in macrocoſmo 64
lilij conuallij flos,& eius vſus 38
limaces, & in iis oſſiculi vſus 51
linea anchora 63
architecta *ibid.*
lingua ceruina 31
linguæ hircinæ ſemen,eiúſque vſus 57
lithoſpermon, & eius vires 38
locuſtæ marinæ ſe renouant 84
lotium *vide* vrina.
lucius piſcis 74 eius maxilla vel crux, eiúſque vſus 47
Lullius expertiſſ.Philoſophus 48
lumbrici viui vſus in panaricio 57
lumbrici lumbricis medentur *ibid.*
lumbricos expellentia 46
lumina mundi, diſcipuli Chriſti regenerati 67
lunaria, eiúſque vires 39
lupi morbi cura 57
lupi excrementorum vſus 59
lupiſtomachi corium 59
lupi 76
lupina

lupina cauda *v.*C.
lupinæ carnis & adipis vſus 57
lupini inteſtini cingulum 59
lupinus & eius decoctum 33
luſcinia ſomni expers 73
luxuriæ ſedes 32
lyncis vrina & lapis, eorúmque vires 38

M

MAcis 36
Maculas corporis abſtergentia 51.46
maculoſarum plantarum virtus 46
mæus auis cachinnans 74
maleficiatorum ex incantatione remedium 35
mala cydonia *v.*C.
mala perſica *v.*P.
malicorium 36
malum granatum ſeu Punicum 36 acini, & eorum decoctum 30
malum vnde profectum, inde remedium emanat 62
mammarum fiſſuris quid medeatur 56
mamillarum malè affectarum remedium 32
mamillarum ſignatura *ibid.*
manuum figura in plantagine 37
ſignaturæ 38
mariſcas medicantia 41.51
matricis fluorem exiccans 58
matricis purgamen, 36
ſignaturæ *ibid.*

matricis gallinæ vſus 58
mechanici multorum artificiorum ſcientiam & modum didicere à brutis 77.&c.
medici multa à brutis edocti 81.&c.
medicamenta à ſimilitudine iuuantia 54.&c.
medulla in calamo anſerino, eiúſque vſus 52
medullæ rubræ in lapicidinis vſus 56
meliſſophylli folia 32
mellis vires 61
membrorum frigore vitiatorum, vel caleſcentium nimia reſtauratio 62
membrorum ſeptem principalium ſignaturæ 66
membrorum ſingulorum in plantis ſignaturę 27
membrorum tabidorum medela 46
memoriæ amiſſæ remedium 55
memoriam confortans 28
meningum cerebri ſignatura 27
menſes ſiſtens 46
menſtrui cura 38
mentaſtrum aquaticum, & eius decoctum 29
mentulæ ſignaturæ 34
Mercurius terreſtris 55
mercurialis, eiúſque decoctum 46
merulæ ſeipſas purgant 83
meſpilorum nuclei 38
metallorum notæ Hermeticæ 89
metus non diſcutitur 57
michoacæ radix 44
milium ſolis, & eius vires 38
millefolium 54
mineralium notæ Hermeticæ 90
moluccæ folia 32

monedulæ 71
monocerotis myſtica pictura 69
morborum ſignaturæ 38.&c.
mori fructus,ſuccus & folia 49
motacillæ coi v.C.
muli 74
mundi maioris & minoris ſignaturarum correſpondentiæ 64
mus araneus ſanat morbum à ſe illatum 61
mures 73
murium morſus vel permictionem vt ipſi ſanent 62
murmentis plauſtrorum ſtructuræ inuentio accepta ferenda 80
muſcus arborum oblongus,& eius decoctum 28
muſcæ vere reuiuiſcunt 86
muſcarum impudentia 71
muſtela mures attrahit 85.ad m.
myrobalanum 31

## N

NArdus 31
Narium ſanguis profluens vt ſiſtatur *ibid.*
naſi ſignatura 29
narium ſignatura 44
naturarum cæca diſcordia 62
neruorum ſignatura 37
noctuæ 71.76
nodi in culmis & eorum vſus 53
nodorum cutis remedia 46
nuciſtarum puluis 43

nuclei ceraſorum, perſicorum, meſpilorum 38
nymphæa, eiúſque vires 36

O

OBſeſſi non poſſunt ferre hypericon 48
Obſeſſis quæ proſint *ibid.*
oculi bouis humor cryſtallinus deſtillatus 58
oculorum affectorum remedia 29. 58
oculorum caliginem vt curent capræ 82
vrſi *ibid.*
oculorum ſignaturæ 29
oculos malè affectos vt curet ſerpens 81
odoratus amiſſi remedium 28
olea 39
oleum de cochleis auritis 28
de croco Martis 50
de granis herbæ Paridis 29
de hyoſcyamo 30
oloris pelles 59
ononidis fructus & ſiliquæ 38
ophiogloſſum 53
ophioſcorodon *ibid.*
orchides, & in iis teſticulorum diuerſæ vires 34
oſſis de corde cerui eſſentia & vires 55. 62
oſſiculi in craniis epilepticorum vel ſtrangulatorum vſus 40
oſſi ſana, eiúſque vires 37
oſſium in homine tot genera, quot lignorum 66
*ad marg.*
oſſium ſignatura 37
ouum congelatum frigida reſtituit 62
oxya-

oxyacanthæ cutis interior flaua 45
oxylapathi ſemen, eiúſque decoctum 40

## P.

PÆoniæ floris folliculus concluſus 27
Pæoniæ grana, eorúmque vſus 27.40
palma Chriſti 37
palumbes 71
vt ſeipſos purgant 83
palumbium caſtitas 72
panaricij curæ 48.57
papauer, & eius decoctum 27
Paridis herba, eiúſque grana, & oleum inde 29
partui feliciter enitendo quid faciat 41
parturientibus læſis, vt aquam continere nequeāt, medens 60
paſtinaca marina 75
paſſer in caduco peſtis 40
paſſeres 71
pauonis pennarum ſpecula, & eorum vſus 32
pauones 76
pecus 70
pediculi 45
penis cerui vel tauri vſus 58
penis inflammati cura 34
penis languor quo tollatur 58
perdices ſeipſas purgant 83
perdicis cordis puluis 55
perfoliata 45
pericranij ſignatura 27

vulnerum cura *ibid.*
perniunculos leniens 55
perſicaria 46
eius commendatio 54
folium 52
Perſici florum & foliorum & nucleorum vſus 44. 38
perſica mala 44
pes leporis, herba, & eius decoctum *ibid.*
pedum figura in plantagine 37
anſerinorum vſus 58
hydropicorum ſignaturæ 44
refrigeratorum cura io 58
peſtem prænuntiant linguæ ranarum maculatæ 49
peſtis remedia 48. 49 62
phallus 35
phantaſmatum pellentia 47. 48
pica loquax 71
piceæ coni & ex iis decoctum 49
Pici Mirandulani laus 66
pilæ luſus à catis 79
pilæ à ſcarabæo conglomeratæ vſus 57
pilorum profluuio ſuccurrens 28
pilulæ ſcarabæorum 79. 80
pinei nuclei 30
pini folia & eorum decoctum *ibid.*
fructus & nucleorum vſus 34
pira 30 conducunt iecori *ibid.*
piſa 35
piſces muti 73
piſtachiorum vſus 34

philomela 75
philoſophi Hermetici adepti à quibus animantibus iuuentutem didicerunt 84 eorum notæ occultæ 90
phreneticorum medela 55
phthiſeos ſignatura in macrocoſmo 64
phyllitis vulgaris 32
phyſiognomiæ ſignatura in macrocoſmo 64
plantæ foliis perforatis ad vulnera valent 54
plantarum maculoſarum inſtar viperarum vel exuuij ſerpentis vires 53 *vide & herbæ*
plantago herba chiromantica 37
pleureſis curæ 47
podici innaſcentiũ veluti fructuum mori cura 58
polypodium, eiúſque decoctum 50
polypus 76
polytrichon, & eius vſus 28
poma foliis querceinis adnaſcentia, & ex iis liquor 42
populi arboris oculi, & eorum vſus 44
porci 58 *vide & ſues.*
pororum cutis ſignatura 37
pororum obſtructionem tollens *ibid.*
porrum 35
portulaca 36
potentillæ flos & eius vſus 29
prata varia 77
prunellam medicantia 46. 47
pſeudohermodactylus Matthioli & Italorum 35. *ad marg.*
pſittaci 70. 71
pudendi ſignaturæ eorũ inflationẽ iuuantia 33. 34

puerperis opitulans 35
pulmonariæ, déque iis decoctum 31
pulmonis ſignaturæ *ibid.*
pulmonis vulpis vſus 58
pulmonum affectibus conducentia 31.58
pulſus ſignatura in macrocoſmo 64
pulſuum dignotio à ſimiis 84
punctiones lateris ſanantia 47
punctionum in corpore remedium 46
pupillę ſignaturæ 29
pyrola, & eius vſus 30
Pythagoras cur damnârit fabas 33
Pythagoræi cur à piſcibus abſtinebant 73

Q.

QVercinus viſcus 40
Quercinis in foliis poma, & eorum liquor 42

R.

RAnarum linguæ maculatæ prænunciæ peſtis 49
raparum ſemen 41 eiúſque decoctum 60
rapunculus, & eius vires 41
realgar tartaricum ſublimatum in gutture, eiúſque remedium 47
regulus 71
remedium inde emanat, vnde profectum malum 62
renati dominantur aſtris 67

renum ſignatura 36
reſiniferæ arbores 39.50
reſurrectionis noſtrę futurę exẽpla in brutis 86
rhabarbarum bilem flauam purgat 56
ros ſolis vel rorella 39
roſeti rubei fructus *ibid.*
roſarum anthos, eiúſque vſus 45
rubeta muſtelam attrahit 85.*ad m.*
rupturam ſanantia 42.43
Ruſciæ incolarum mira natura 75
rutæ ſemen 48

S

SAbina, & eius vires 36.37
Sagittalis herba ſagittas extrahens 59
Sagittas extrahere dictamno cerui docuerunt 81.82
Sal Armoniacum, eiúſque vſus in prunella 46.47
corticum iuglandium 27
gemmæ 52
iunci aquatici 41
Vngaricum ſeu Tranſyluanicum, eiúſque vires 52
vrinæ hominis 59
Sales terræ, diſcipuli Chriſti regenerati 67
Salix, & eius decoctum 46
Sambuci baccæ, earúmque vſus 39
cortex interior flauus 45
flores, & eorum vſus *ibid.*
medulla, eiúſque arboris, & fungorum vſus 44

ſanguinis è naribus & venis vſus vt & è vulneribus 59
ſanguinem concretum è corpore expellens 52
ſanguinem ſiſtentia 31.43
ſantalum rubrum, eiúſque decoctum 43
ſapena riparum & eius vires *ibid.*
ſapiens dominatur aſtris 66
ſapphirus, & eius virtus 49
ſarda lapis, & eius vires 43
ſargi ſalacitas 69
ſatyrion erythroneum ſeu verum Paracelſi 33.35
eius vires 35
ſatyrij eſſentia *ibid.*
ſaxifragiæ radices 38
ſcabiei medelæ 50
ſcabioſa & eius vſus 29.50
ſcarificationis inuentio 81
ſcarabæi natura 78.79
pilulæ 57
ſcarabæi flaui 44
equini 57
ſcarus 71
ſcincus 35
ſciuri 79
ſcolopendrium verum 32
ſcorbutum ſanans 39
ſcoria ferri 50.52
ſcorpionis oleum 62
ſcorpionum ictus ſanantia 55.61.62
ſcorzoneræ vſus contra cognominis ſerpentis morſum 59
ſcrophulariæ 41.44.49.51
ſcrophu-

Scrophularum medicamina 49
Scroto innaſcentium q. mororum cura 58
Scylla & eius vſus 28
Secundinæ cura 36. 59
ſignatura 36
torræfactæ vſus 59
Sedum minus, & eius ſuccus 29
Seminis profluuio medens 49
Semina ſaxea 38
Sepiæ aſtus 76
Seroſos humores expurgans 56
Serpens quibus oculos ſibi vulneráque curet 81
fili linei quo ſerpens ſuffocatus, vſus 59
Serpens diſſectus ſe herba reſtituit 85
Serpentis exuuij cingulum 57
Serpentis vſus contra ſuos ictus 62
Serpentes 74 linguam amiſſam vt recipiant 85
*ad marg.*
Serpentum axungiæ vel pinguedinis vſus 60. 62
Serpentum inuenta 85
morſus remedia 53. 57. 62
vſus in renouando corpore 58. 59
Serpentaria & eius vires 53. 82
Seſeli 83
Signaturæ membrorum 27. &c.
morborum 38. &c.
Signaturarum correſpondentiæ macro & microcoſmi 64
Signaturas ſuas vnde ſumſere homines 68. 69
Silex 38
Simiæ 70. 73

pulſus dignoſcendi peritiſſimæ 83
Sol terreſtris 48
Solanum 33
Spaſmi remedia 51
Spicæ vacuæ & plenæ quorum ſignaturæ 74.75
Spicula & ſpinas extrahens 57
Spinæ dorſi ſignaturæ 36 dolorum remedium *ibid.*
Spiritus vini virtus 62
Spodium, & eius vſus 42
Spongiæ marinæ 51
Sphygmicæ artis origo à ſimiis 87
Spumæ natura 75
Squamis capitis & cutis conducentia 50
Squamoſorum pedum curatio *ibid.*
Squinanthiæ remedium 49
Staphylodendros 33
Sterilitatis medela 58
Stomacacen pellens 29
Stomachi digeſtionem iuuantia 59
Stomachi lupi corium *ibid.*
Strangulatorum in craniis oſſiculum 40
Strumis medentia 50.51
Struthiocamelus 69.70
Sturni 70.71
Sugillationes ſanantia 52
Suis cerebrum *v.C.*
Suum amicitia 68
Sulphuris Quinta eſſentia 62
Syderica, eiúſque decoctum 53
Synouiæ remedia 59

T.

TAbis ſignatura in macrocoſmo 64
Tabida membra medicans 46
Tartari remedium 59
Tartari in ventriculo cura 52
Tartari vires 59
Tartarum in venis muliebribus diſſoluens 36
Taurus 58.70.71
Telephij radix 42
Tempeſtatis operatio in animo & intellectu hominis 65
Teſticulos inflatos ſanantia 35
Teſtium ſignaturæ *ibid.*
Teſtudines 78
Teſtudo, & calcinatæ eius puluis 42
Thapſia, & eius vſus 28
Tibiarum ſignatura 37
Tigrides 70
Tiliæ florum grana, & eorum virtus 42
Tinea, & eius vſus 45
Tineæ in cauitate roſæ caninæ 46
Tonitru cunei ſigna magica 86
Tonſillas mulcens 44
Tormentillæ radix, & eius vſus 43.59
Tragorchis, & eius vires 35
Transformationis noſtræ exempla in brutis 85
Trichomanes, eiúſque vſus 28
in Tritico primi parentis noſtri ſignatura 86
Tubera rotunda quercina, & eorum vires 49
Tuberculorum ab humore frigido cura 40
Tumorem in membris innaſcentem ſoluens 90

Turdi cacantes ſibi malum 69
Turtur 70

## V.

VAlerianæ vſus à felibus monſtratus 69
Variolorum remedium 60
Vberum ſignatura 32
Vberum muliebrium malè affectorũ curatio *ibid.*
Vberum vaccinarum vſus 58
Venæ ſectionis inuentio 81
Venarum ſignaturæ 57
Venarum magnarum ſignatura in macrocoſmo 66
Venenum veneni congeneris expulſiuum 62
Venena plerunque venenatis venena 55
Venenis reſiſtentia & remedia contra ea 27.53.61.62
Venenoſi morbi plerunque propriis antidotis ſanantur 61
Ventriculus quo ſeruetur 32
Ventriculi ſignaturæ 32.61
medelæ *ibid.*
Ventriculi gallinæ vſus 61
Venus ſine Baccho friget 35
Venerem excitantia 34.35.55.58
Verbaſci folia, eorúmque decoctum 44
Vermes inteſtinorum quibus pellantur 46
Verrucas tollens 53
Vertiginis remedia 60
Veſicæ ſignaturæ 33.66
Veſicæ morbis medentia 38.60
Veſicæ ſuillæ, ouillæ, caprinæ, carpionis, bouis,

vſus 60
Veſicarum nigrarum in pedibus ſignatura 61
Veſicaria & eius acinorum vſus 33
Veſicaria repens *ibid.*
Veſpertiliones verè reuiuiſcunt 71
Victorialis vtriuſque ſigna magica 87
Viciæ, & earum decoctum 46
Villoſarum plantarum vſus 43
Viperarum morſus ſanantia 53.54.57.61
Viperarum vſus in renouando corpore 58.59
Viperinæ carnis vſus 45
Virilitatis amiſſæ reſtitutio 35
Viſcus quercinus, & eius vires 40
Viſui ſalubria 29 quæ bruta monſtrarunt 81
Vitalis ſpiritus ſeu vita in muſculis 60
Vitis 50 eius myſteria 87
Vites deputatæ 71
Vitrioli colchotar, eiúſque vſus 40
Vitulus 73
Vlcerum deploratorum cura 61
Vlmus 39 eius folia 54 eorúmque veſiculæ 42
Vmbilicus, luxuriæ ſedes 32
Vmbilici ſignatura *ibid.*
Vmbilici infantis particulæ vſus 56
Vmbilicus Veneris, & eius vires 32
Vomitæ curatio à capreis monſtrata 81
Vomitiuorum vſus à brutis 82
Vpupa ſpurca auis 72
Vrinæ, ſi inuitis redditur, cura 60
Vrinam cientia 60 vel remoratam 53
Vrſi 59 vt oculos curent hebetes 82
Vrtica alba, vel mortua 48.49

Vteri ſignaturæ 36
Vua verſa, eiúſque vires 61
Vuarum acini 36
Vulnerum curatio 39.54.59
Vulpes 76
Vulturis pelles 54
Vuularia 30

Z.

Zibettæ vires 61
Zingiber 31

FINIS.

Basilio
Chimico
Croli.

XXIV·6·16